


6.a.4-
7




7 400 40

Galja

MADE IN SPAIN

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29



R. P.
**PETRI DE
MEDRANO**
SOCIETATIS JESV.

ROSETVM THEOLOGICVM
scholasticum tertiæ parti à quæst. 27. vsque
ad 31. Doctoris Angelici
correspondens.

HISPALI:

*Apud Ioann. Francisc. de Blas, eiusd. Civit.
Typ. mai. Ann. 1702.*



ROSETVM
THEOLOGICVM
SCHOLASTICVM

MARIANVM
SIVEROSÆMARIANÆ
MORE SCHOLASTICO ELUCI-
DATÆ; REFLORESCENTES E VETERI
SANCTORVM PATRVM PARADISO:

COMPLECTENS VETERES , ET NO-
vas disceptationes de Deipara Domina ; ipsius
dotibus naturalibus, ac supernaturalibus; Con-
ceptione ; Virginitate; Maternitate;
Merito ; Gratia , &
Gloria.

CONTINENS INSUPER PLVRES VARIAS
difficultates Theologicas, & Phylosophicas, ad plenam
elucidationem deservientes : ac denique Tractatum
Appendicium Disputationum Phylosophicarum, quæ
pro complemento possent desiderari: cum
Indice tripartito.

AVTHORE

R. P. PEDRO DE MEDRANO,
*è Societate Iesu, Peruano Limensi, Sacræ
Theologiæ Primario Professore, olim Cuz-
copolitano, deinde Limano, illiusque Regiæ
Univerſitatis Cancellario simul ac
Studiorum Præfecto.*



*Dulce tuum MARIA est nomen, si pulchri a corona,
Lucentes gemmæ, quam mihi quinque notant.*

LABYRINTVM
NOMINIS DVLCISSIMI
MARIÆ.

Mens- Mihi-- Magna Movet Memori Modula-Mine-- Mufa-- M;
Ampl--Aquia Ad i Audé dAtur,--- Ac prAeconiz-- A, caufA;
Rem miRo nostRam--- Re----- Rum geRere oRdine Recto---R
Iist----- Itu----- It, facIet mIhi grandIa mIra, vIder-----I
Alma fAlus fAnctis nAm prAep--- Arat Aure-----A fact....A

TOta pulcra es Maria, & macula originalis non est inte: tu gloria Ierusalem; tu lætitia Israel; tu honorificentia populi nostri; tu advocata peccatorum. O MARIA! O MARIA! Virgo prudentissima; Mater elementissima: Ora pro nobis, intercede pro nobis ad Dominum Iesum-Christum: Amen.

DICO EGO OPERA MEA REGINÆ, ROSARUM, ac scientiarum coronis redimitæ. Inviolatæ Virginitatis, & Divinæ Maternitatis Rosæ coronatæ: Deiparæ Dominæ Sacratissimi Rosarij.



DICARE CONOR; CORDIS ELOQVIVM SPB ROSA DIF-

fluit. Dicere cogor; oris eloquie rosas diffundit. Dicitum, priusquam dictum; adscriptum, non dum scriptum, Rosetum hoc Theologicum, neutiquam meum, sed tuum, totum namque Marianum, tot tibi titulis debitum, quot nominibus devinctum, O Rosa Mystica MARIA Deipara Virgo Domina Sacratissimi Rosarij, minimè facio, sed fateor. Harpocrati tamen non libo; sed libens, supra *Mida Rosetum*, supra *Biferi Rosaria Pasti*, pensum tibi venerabundus persolvo. Gratum, nè graveris, accipere gratitudinis monumentum, graphici ànimi, & ardētis amoris mnemotivum. pro vestibulo, lacratum, tui Sacrarij, ut in intimis adytorum aris ardeat, odoriferumque in holocaustum accendatur.

Rosetum dico, nec dico Rosas; *nec enim sum satis ad tanta preconia laudis. Quæ enim lingua eloquium est S. Basilij Seleucensis, orat. de Verb. incarn. (adeò diserta, & sonora est, quæ Virginem illam pro dignitate decantare queat, Ex ipsa namque flos Jesse exortus est; genusque nostrum gloria, & honore coronatum est. Consonat S. Ioannes Damascenus orat. 1. de Assupt. B. V. sic: Quid ergo? An, quia eam pro dignitate laudare non possumus, idè metu reprehensi concite scemus? Minime sane: quin potius temperata metu cupiditate, contextaque corolla sacra reverentia, tremente manu, cupido animo, viles ingenij nostri primitias Regiæ Matræ, de universa naturæ benemeritæ, grato, candido que animo, tanquam debitum quoddam persolvemus. Hæc ille; hæc et ego in presentiarum.*

Sileat igitur sub Rosa Harpocratis profanus Martialis lib. 6. Epig. 17. vbi immerito dicatas nescio quas Rosas, ficcine decantabat.

*Ut nova dona tibi, Caesar, Nilotica tellus
Miserat hybèrnas ambitiosa Rosas.
Tantus veris honos, & odora gratia Floræ,
Tanta que Pastanæ gloria ruris erat.*

Forte fortunâ inde veterum Indotum mos erat, Roseis spolijs, Rosetis ve decerptis, oneratos calathos suis Regibus offerre, eorumque pedes trophæis floriferis coronare. Quid nî potius Roseus hic liber, nullis proprijs innixus pennis, ad tuos Regios pervolet pedes, pro florido trophæo, pro pulvine rosaseo? Et si quisquam Momus in murmure mordet, verat que ambitiosæ honoris, ac gloriæ cupiditati, tantum ex ambire fastigium. Faustum pro re natum extat facinus Phidiæ strenuæ antiquitatis statuarij. Minervæ miræ scientiarum pariter ac rosarum deæ (è Iovis cerebro simul exortæ confabulantur) simulacrum graphice effinxit, ad cuius pedes propriam ipsius Phidiæ effigiem infloridissimi animi signum consecravit: verum enim vero licet sic fati suum erga Rosarum, ac scientiarum deam studium divulgavit, invidum dentem diffugere non valuit. Nec cedo Phidiæ, nec cedit ficto factum, dum feliciori fortunâ tibi simul me ipsum confecro, melior Minerva MARIA, inflexo que genu exoro venerabile Numen.

*Calitum Regina potens, misere clientis,
Et votum exaudi supplicis, aure pia.*

Affer.

Affer opem ; subito noctem , tenebrasque silentes,
 Imbelli quam quam lampade, vincet Hymen.
 Hoc age Dia Parens; flux affulserit illas
 De Concluso horto ferta decora legam:
 Lilia, mandragoram, nardum; cyprumque, Rosamque
 Quaque habet Gala ad munera, quaque Bethet.
 Sic tua dum cernam spirare als aria fertis,
 Florifera He speridum qualiter arua rubent:
 Sape tuum limen, multus venerabitur hospes,
 Sape canet laudes ore, lyra que tuas:
 Et dicit; *MARIE* vere est domus ista; *MARIA*
 Digna domus talis; digna *MARIA* Adomo.

Dominicana, inquam, augusta tua aula, quam sane antiquum clementiæ templum, meo
 videri, ad vnguem adumbrasse videtur: audio namque Statium Thebaid 12. topogra-
 phice describentem, & concinentem sic: *Posuit clementia sedem; & miserfecere sacram-*
auditi quicumque rogant, noctesque, dieque, iradarum, & solis Numen placare querelis: lacry-
mis altaria sudant.

Sacratiora tamen oracula ausculto, dum accipio aurea ad rem verba B. Alberti Magni
 in Biblia Mariana sic: *Beatissima Virgo MARIA secundum Joannem in Apocalipsi, dicitur sedes*
Filij Dei, Apocal. 4. vidi, & ecce sedes (scilicet MARIA) posita erat in caelo, id est, in Ecclesia;
(Ecclesia enim, de qua loquitur, caelum est) hac sedes vocatur totius nobilitatis, quia solus Deus
sedet in ea: unde supra sedem sedens, id est Deus, & homo. Item hac sedes vocatur sedes totius
propitiacionis; unde Iris (ecce typum Sacratissimi Rosarij, Mariani) erat in circuitu sedis, id
est, pax; & propitiatio, qua est in circuitu protegens. Et de sede, & Throno procedebant fulgura
comminationis, & voces admonitionis, & tonitrua summa placationis. Ipsa est sedes totius pul-
chritudinis; unde et septem lapides adrentes ante Thronum, id est, septem dona Spiritus Sancti, quibus
ipsa praecunctis mortatibus illuminata fuit. Hac est Thronus, de quo Apocal. 7. dicitur; vidi turbant
magnam, quam dinumerare nemo poterat. Et clamabant voce magna, dicentes. Ideo sunt ante Thro-
num Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Item ipsa est Altare oblationis, Apocal. 9. audivi
vocem unam, id est Mariam, de quatuor cornibus altaris aurei, super quod quidquid offertur, acci-
pitur. Item ipsa est Regina duodecim prerogativis coronata, Apocalip. 12. signum magnum appa-
rui in caelo, id est, in Ecclesia; mulier amicta Sole, id est, MARIA Christo; quia induit Christum, qui
eam illuminat: Luna sub pedibus eius, id est, omnia terrena: & in capite eius coronata stellarum
(corona Rosarum legitur ab Episcopo Crotoniensi, tomo 3. suae Epitomes) id est, privile-
giorum; quibus coronatur. Haec tenet Magnus Albertus.

Testes contestor vos, O! clarissima mundi lumina, caelestia sidera maioris mag-
 nitudinis, Dominicana Guzmani dum nobilissima corona; in qua aequae virtutum Rosae
 vigent, ac scientiarum Rosae virefcunt; Albertum vestrum accipistis; quod ergo vidistis,
 quod audistis, quod manus vestrae contrectaverunt de hoc, annuntiate nobis: sin autem,
 pro vobis omnibus una loquatur Rosae Diva Rosa a Sancta MARIA, quae inde divinas
 nuptias promeruit, inde Marianum cognomentum desumpsit; ibi haec Peruntina Rosa
 floruit sanctitate floridissima; inde refloruit gloria, & honore merito coronata. Sed iam
 (Echena idis instar, quae velut iniecta properantem compede puppim detinet) a proprijs praconijs
 abstinere cogit; & in miraculosa Imaginis Deiparae Dominae sibi dilectissimae de Rosa-
 rio elogio, orationem convertere compellit.

Rosa Regina florum; calorum ac deorum delirium, decantatur ab antiquis
 Achille, Tacio, Anacreonte siccine concinente: *si floribus vellet in piter imponere regnum,*
excellit Rosae floribus: Tu vero Regina etiam Rosarum; MARIA Sacratissimi Rosarij,
seu Roseti sine sentibus floridissimi; plus omnibus alijs florefcis, floribus quereis, nec Rosae
neclilia desunt, dum circumdant te flores rosarum, & lilia comhallium: unde quod de vana
venusta venere confixit antiquitas: Rosarum scilicet esse deam, (purpureis namque
rosarum rubor veneris cruore esse credebantur) in te, O Rosaea Virgo Deiparens, im-
marcescibilem veritatem oblituisse videtur. Ueneris in super filias formosissimas, tres
gratias, siue tres Charitas Rosarum coronis condecoratas constringebat; in eis que tripar-
titam,

titam, siue in tres partes divisam coronam tui Sacratissimi Rosarij conspicio; in cuius
 gratiam ipsas commentitas gratias siccine concinere, reciproca carminum repercussione,
 falsit.

Thespjades te iure canant, Charitesque sorores,
 Rores divinos da generosa Rosae.
 Certatim coleris, platu clarifcis, amaris,
 Aris; & cordis dulce adamare, mare.
 Mira Minerva vales, quod finxit pallida Pallas,
 Alas da, vt vigeat sacra sophia pia.
 Christiparens Virgo, cui cedit clarus asiris;
 Iris adesto mihi; Pallas amica, mira.

Sed hoc vt gratior praestes, Praestantissima Virgo Deipara Domina mea de Rosario,
 quam a puero tyroneulum reilitariae ardenter adamavi, quam que quotidie saluta-
 turus activi, ad sacros tuos pedes provolutus, salutationem Angelicam, tibi gratissi-
 mam, dulcisono saphico carmine commentatam concino sic.

Alma fidorum requies colentum,
 Mytticam veris tegetem sacro;
 Te salutata, subeo laborem,
 AVE MARIA.

Exitus felix veniens vt ornet
 Cepta, tu captis oriens adesto,
 Subveni, perfla, merito vocata,
 GRATIA PLENA.

Auspicans cursu maneat perenni
 Ipsa si mecum, Dominus manebit;
 Namque vbi assistis, reperitur ipse
 DOMINVS TECVM.

Flumine immenso benedictionum
 Dulcium florens, manibus refertis
 Quinque nunc praesta; benedic alumnos.
 TV BENEDICTA.

Mentis affectum, calamique cursum,
 Literam praeli, labij loquelam
 Tange; erit linguae benedictus instar
 FRUCTVS IESVS.

Nec vltra desinam pro coronide (coronae enim speciem Rosa praefert) te in
 Sacra pagina Ecclesiast. 24. Ierochuntinae Rosae merito comparari, vt pote de qua eru-
 dite testatur attica fide Theatrum vitae humanae, verbo Rosa, in ternarium numerum suos
 caudices dissequare; Authores autem alij ex laudato B. Alberto Magno, folia ipsius jero-
 chuntinae Rosae centum quinquaginta numerarunt: vnde nil vltra pro florido symbolo
 Sacratissimi tui Rosarij desideratur. Sed quid in hoc argumento dilucidando moras
 neceto, cum vltiores rosas annecto! Sarcinim in toto hoc tuo Mariano Theologico Ro-
 seto Regina rosarum pariter ac scientiarum scholastico more demonstratis, dum tibi
 roseas coronas contexo, quas ex Hibleis Theosophiae topiarijs, ex Thesaliae vernanti-
 bus viretis, ex Eliflorum delitiosis paradisis, vigilans decerpit studium, atque studiose,
 ac argumentose ad instar apis in vnum florilegium, florum ve fasciculum, colligavit;
 vt tibi, mortalium aequae, ac immortalium Reginae, verborum flosculis, quasi stemmate,
 triumphales corollas consecraret. Liber ergo hic, non calamifstro, sed calamo exaratus,
 sub

sub tua lucis umbra in publicam lucem prodire exambiens, ab invidis inimicis liber semper evadat: navique Regiæ ipsum importanti, splendida maris stella *MARIA*, roseis stellis redimita Regiæ cæli, soli, clara ad sis Cynolura, ut aurea prora crispantis crystalli lymphas derideat, & spumantis dorsi rabie superata, Neptuno devicto, felici zephyro hausto, velis intumentibus, portum felicitatis attingat.

Nè vnquam hæc impolita panegyris finem tuorum præconiorum, sed lux temeritatis metam attinget: subindeque ad rem concludo cum aureo Aurelio, seu augusto Augusto, te alloquente sic: *Pande sinu roseos tuos igitur, Virgo perpetuas emissiones enixa tuæ paradisus, teste Sponso, Canc. 4. Nam omnia tua, (interprete tuo mellito Bernardo) amantatis sub plena: Eva ergo spina fuit; MARIA Rosa exiit; Eva spina vulnerando; MARIA rosa omnium affectus vulcendo; Eva spina insingens omnibus mortem; MARIA Rosa reddens salutiferam omnibus sortem. Ni liceat vltra loqui, aut potius filere, cum tuo amantissimo Antelmo, lib. de excel. B. V. cap. 2. Sc. 11, sic: Ad sis igitur Domina; & non mea merita, quæ excceptor, sed tua, quæ precor in illis digneris attendere, quæ vereor; tu quia em nosti mentem meam in hoc esse quod me omnino indignum iudico, de te loqui, aut aliquid scribere. Hæc illæ; hæc & ego; omnia tamen sub rosa: fave, & fove, intende, prospere, procede, & regna.*

Servus tuus omnium minimus.

Petrus de Medrano
de Societate IESU.

RATIO

RATIO OPERIS AD LECTOREM.

BENE nosti Benevole Lector, veteres fabellarum amatores Plutonem divitiarum Deum Rosarum fertis redimitum depinxisse: nec te lateret, ita in Pluto ne Peruntinū hoc Regnum divitijs affluens adumbrari, utpote quod reliqua Regna mundi cumulatissimè locupletat, ac distat; quodque Rosarum fertijs coronatur, dum vna pro mille Peruana Diva Rosa à Sancta *MARIA* Myltica Rosa distat. Distantia tamen, quæ divitijs auri, & argenti inimica non est, non verca sanè fuit semper thesauris ditioribus scientiæ, roseis quæ fertis sapientiæ, quibus certè hoc Peruvicum Regnum, ingeniozum copijs plusquam metallorum opibus opulentissimum, luxuriat. Subindeque pauci Peruani numerantur, qui ex hac disita America in Europam prælodandos libros transmissent, in qua equidem, pro vtili ac vberi doctrina, *faciendi plures libros nullus est finis; Ecclesiast. 12. vers. 12.*

Ausus tamen sum ego Amicorum suasionibus, Rosetum Philosophicum, seu integrum cursum philosophicum trienalem in Maximo hoc nostro Collegio Limano Sancti Pauli dictatum, diligentèr digestum ac limatum, amandare, anno elapso 1690. cui cōtigit calamitosa clâsis, cladesque deploranda per ævum; ibique Rosetum meum in Rosetum maximum commutatam est; de quo Plinius in roseæ speciem spargi commemorat, ut mihi natum esset illud Poetæ:

*Sive per immensas iactabor naufragus undas,
Nostraque longinquus vi sacra piscis edat.*

Cum tamen opus illud Philosophicum eo tenderet, ut præcursoris munere fungeretur ad opus Theologicum, quod iam tunc temporis mente versabam; opere pretium duxi, & inanimè omnino induxi, statim manum, calamumque convertere ad brevem elucidationem Theologicam Scholasticam de Deipara Domina, quæ, utpote splendida stella maris, me in portum felicitatis deduceret; ita ut si per tempus liceret, appendicem etiam apponere n aliquarum quæstionum Philosophicarum, quæ ad plenam, ac planam noticiam earum, quæ in hoc Roseto Theologico indagantur, desiderarentur; quando quidem mihi non licet, pro temporum angustia; in rescribendo integro Roseto Philosophico immorari.

Hoc animo incidi in ea aurea verba nostri Eximij Doctoris P. Francisci Suarez, quæ à me præmittuntur in Proœmio huius Operis pag. 1. vbi apertè perspicies, ipsum merito iure in querelas abire, ni dicam expostulationes exprimere, eo quod Theologi Scholastici disputent ex professo de Angelis, & non de Angelorum Regiâ Matre Dei, de qua post Deum, & Christum Dominum, Theologis Scholasticis, maiori diligentia, manūque plena, differendum erat; licet eius divina dignitas, nec satis verbis exprimat, nec satis prematur silentio. Et quidem, ut hoc ad praxim annualis tractationis reduci posse pro scholastico pulvere, perspicuum fieret, in maiorem gloriam Deiparæ Dominæ inferentem necessario maiorem Dei gloriam, Rosetum hoc Theologicum Scholasticum Marianum in publicam lucem prodire decrevi: licet audierim Sanctum Bernardum serm. 2. in *Salve Regina*, de ipsa prædicantem; *nemo, neque in cælo, neque in terra; inventus est dignus aperire librum prerogativarum eius, & dignè solvere signacula eius: nunquam enim hoc pro dignitate fieri omnibus pervium est, cum lippis, & toloribus pateat:*

*Quod si digna tu minus est mea pagina laude;
At voluisse sat est, animum, non carmina, iactio.*

Nec brevitatis operis obstat ipsius commendationi; nos enim (loquor cum Quintiliano lib. 4. institut. Orator. cap. 2.) *brevitatem in eo ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur, quam oportet.* Consonat quæ Seneca epist. 38. vbi ait: *paucis opus est, sed efficacibus.* Nec inde iactio novitatem opinandi, nec laborem disponendi in methodum scholarum presentem tractationem: sed tantum exoro, ut antequam de Deipara Domina nostra aperientur

das prerogativas, picturandumque paradifum percurras, illi te ipfum devoveas oratione fequente.

ORATIO.

O Deipara Domina, Inviolata Virgo, magna Mater Dei, Regina mundi, ad thronum gloriae tuae prostratus ego N. quo possum cordis, ac oris affectu, gratulari Coronae, Sceptroque Maieftatis tuae; vellemque, omnes creaturae orbis offerrent tibi Dominae obsequium debitae servitutis. Subindeque ego ad genua provolutus, coram Curiae Caestri, tibi, Domina mea, me totum offero, ac devoveo, non solum in clientem, cultoremque tuum aeternum, sed etiam in perpetuum servum, ac mancipium. Et in signum abdicatae libertatis meae, initaque nova servitutis, hoc amoris vinculum importo, (scilicet Rosarium Marianum, aut carenulam ferream) statuoque cum ipso vivere, mori, & sepeliri mancipium Mariae. Te ergo rogo, Regina mea, Domina mea, grata hoc accipias amoris monumentum, meque semper a vinculis peccatorum liberum reddas, & inferni catenas dirumpas; ac demum post mortem, hoc funiculo amoris; hoc vinculo charitatis, trahere me post te currentem in odorem unguentorum tuorum ad Paradifum Coelestem, vsibi laudem te per omnia saecula saeculorum. Amen.

FACULTAS R. P. FERDINANDI CASTELLANO, Provincialis Provinciae Beticae.

FERDINANDUS CASTELLANO PROVINCIALIS SOCIETATIS IESU in Provinciae Batica, potestate ad id mihi facta a R. A. P. N. Thyrso Gonzalez, Praeposito Generali Societatis IESU, facultatem concedo, ut opus, cui titulus: *Rosarium Theologicum Scholasticum Marianum*, compositum a P. Petro de Medrano nostrae Societatis gravium, doctorumque eiusdem Societatis virorum iudicio examinatum, & approbatum, Typis mandetur. In quorum fide has literas manu nostra subscriptas, & sigillo officij nostri munitas, ac testimonio Secretarij nostri firmatas dedimus in Collegio nostro Societatis IESU Urrecaesi, die vigesima secunda mensis Octobris anni millesimi septingentesimi.

Ferdinandus Castellanus

*Sebastianus Gonzalez
Secret.*

CEN-

**CENSORIA SIMVL AC LAVDATORIA HVIVSCE
Roseti Theologici Scholastici Mariani commendatio
concinata a R. A. P. M. Ioanne de Figueroa ex Sacro
Praedicatorum ordine in suo Gaditano Convētu Priore
dignissimo.**

PARADISVM voluptatis amenissimum contigit in prospicere, dum floridissimum hoc opus *Rosarium* inscriptum ingredi licuit; vt pore in quo Rosas loquitur floridus Auctor, Rosarij que Mariani ardens amator, & in quo Rosa Regina florum caput, extollit coronatum trophaeis, licet omnes floridae species in vnum speciosum, & que ac spatiosum Paradifum conspirarint; Paradifum vtique voluptatis, quem nec Alcyonus novit, nec Priapus excoluit, nec semiramis penili artificio libravit, nec Pomona laboriosa industria irrigavit.

*Nam hic prata micant, manibusque subdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colonis
Qualiter herbosis spirant violaria campis,
Albaeque purpureis lilia mixta Rosis.*

Paradisus hancque hic, non tantum emulatur, sed etiam imitatur alium, de quo dicitur Geneleos 2. *plantaverat autem Dominus Deus Paradifum voluptatis a principio; in quo posuit hominem; lignum etiam vitae in medio Paradisi, lignumque scientiae.* Vnde vana finxit antiquitas arborem Cyproos viridarij venustae veneris Rosarum Deae apud Ovidium lib. 104 Metam.

*Medio nitet arbor in arvo,
Fulva comas, fulgor ramis trepitantibus auro;
Hinc tria, sorte mea, veniens de caeptra serebana
Aurea poma manu etc.*

Venustioris etenim Venetis (cuius flores fructus honoris, & honestatis) hic Paradifus est; immo & Rosarum Deae, divinae scilicet MARIAE de Rosario, cui Rosetum hoc merito iure consecratur. Taceat, aut male audiat; Virgilianum illud:

*Quamvis Elycios miretur Graecia campos
Fortunatorum nemorum, sedeque beatas.*

Beatorenim, verusque Paradifus Deiparans Virgo MARIA a Sanctis Patribus passim decantatur: difluant tamen pro alijs pluribus melliflua verba S. Bernardi Abbatis, sermo super *Salve Regina Mater*, vbi Clara vallis apes e floribus mellitum favum construit sic: *Paradisus plane deliciarum est, quem non modo afflaverit, sed & perfalaverit superveniens. Asserit ille divinus; ut undique fluant, & affluant aromata eius, tharismata scilicet gratiarum.* Consonatque Angelicus noster Doctor Aquinas, tomo 15. oper. in cat. aur. sermo. de Annuntiatione, ad illa verba *Haec 11: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet;* illustrata ab ipso sic: *Adhaec primum notandum, quod Beata Virgo est speciosa, & gloriosa, speciosa propter candorem virginis, ruborem charitatis, & rectitudinem sanctitatis, benignitatem humilitatis, & propter flores desiderabilium morum; & propter pulcherrima folia verborum.* Hoc vt comprobet assumptum adducit S. Doctor ibidem illud Cantic. 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argentearum, reclinatorium aureum, ascensum purpureum; mediis charitate constavit.* Quid ni ad rem, & prore nostra, plusquam Salomon hic merito decantatur; qui non fecit sibi, vt Salomon, sed Deiparae Dominae de Rosario tanquam divinae

sapientia Matri, & sedi sapientiz, contruxit olim simile ferculum, quod nostrum Dominicanum ordinem illustrat, nostra que gratitudinis aeternum extat monumentum erga sapientissimum Auctorem huiusce Roseti Theologici Mariani nunc ab ipso consecrati, ut eidem Deipate Domine manu, & calamo famuletur.

Paradisiacum igitur hoc opus est, in quo equidem conflorescunt ingenij lilia, eruditionis viola, subtilitatis hyacinthi, sapientiz cariophylla, & Mariani affectus rubentes Rosæ sine sentibus sane, sed non sine acumine, quo strenue decerrat, ingeniose convincit, & feliciter triumphat: vnde hic vere compertum conspiciamus, Martem armigerum abire in floridum Narcissum, Bellonam in Floram, spicula que in lilia, hastas denique in Rosas transmutari, iuxta illud Claudiani de nuptijs Honorij, & MARIE.

*Mavortia signa rubescunt
Floribus, & subitis animantur frondibus hastæ.*

Hinc floridissimi huius Paradisi custos Cherubinus sapiens, flammeo, ac versatili gladio obarmatus designatur; cui græve etenim sub sapientis Cherubini custodia manet sapientia Paradisi, gratissimis problematum areolis distinctus, ingeniosis argumentorum pulvinis ornatus, venustis omnigenæ sapientia floribus coronatus, venustate auctoritatis nobilis, novitate rationis nobilitatus; ut in simili argumento eloquitur Florens Tertullianus ad Corinthios in. Hic si quidem vigent simul ac virescunt subtilitas cum soliditate, & perspicuitas cum brevitate; quin Fides Catholica, nec sani mores, in hoc novo Paradiso voluptatis serpentinum venenum, sed sapientia fructum percipiant. Videat igitur publicam lucem, non solum prælo, sed etiam cedro dignum hoc opus, quod sane se ipsum commendat, atque existimationem de se petit, uti de simili opere prædicat S. Cyrillus, lib. 10. thes. cap. 9. sic censo Gadibus, in hoc nostro Dominicano Conventu de Rosario; die 19. Martij, Anno 1694.

Fr. Ioannes de Figueroa.

INDEX

INDEX

TRACTATVVM, DISPVTATIONVM, SECTIO-
num, & Subsectionum, quæ in hoc volu-
mine Roseti Theologici Scholastici
Mariani continentur.

Numerus paginam indicat.

TRACTATVS I.

DE PERFECTIÖNIBVS
naturalibus SS. Virginis
MARIE, atque de electio-
ne, seu prædestinatione ip-
sius in Matrem dignam
Dei. pag. 2.

DISPVTATIO I.

DE ORIGINE, ET GENEALOGIA
SS. Virginis MARIE; de eiusque na-
turali corporis, ac animæ perfectione, &
Nominè. pag. 2.

SECTIO I. Ex quam profapia origi-
nem duxerit nobilitas naturalis Sanc-
tissimæ Virginis MARIE? pag. 2.

SUBSECTIO I. Veritas catholica circa
Parentes, & alios Progenitores Sanctissi-
mæ Virginis MARIE, duplici conclu-
sione stabilitur. pag. 3.

SUBSECTIO II. Argumentorum vis
eneruat. pag. 5.

SECTIO II. An Sanctissima Virgo MA-
RIA habuerit verum ius in Sceptum
Juda, & Regnum Israël? pag. 6.

SUBSECTIO I. Affirmativa sententia
eligitur, ac stabilitur. pag. 6.

SUBSECTIO II. Effugia adversa præ-
cluduntur, & argumenta profligantur.
pag. 8.

SECTIO III. De pulchritudine Corpo-
ris, & Animæ Sanctissimæ Virginis MA-
RIE. pag. 10.

SECTIO IV. De Nominè Sanctissimo
MARIE. pag. 12.

SECTIO V. An Sanctissimum Nomen
MARIE sit nobis vtilius, & efficacius
ad bona consequenda, quam divinum
Nomen IESUS? pag. 13.

SUBSECT. I. Mens nostra aperitur, &
conclusio probatur. pag. 13.

SUBSECTIO II. Respondetur obiectio-
nibus. pag. 15.

DISPVTATIO II.

DE PRÆDESTINATIONE SANCTI-
ssimæ Virginis MARIE ad ea donâ
naturalia, & supernaturalia, quibus cir-
cumornata est ut digna Mater Dei. pag.
17.

SECTIO I. De veritate, quidditate, &
terminis prædestinationis Sanctissimæ
Virginis MARIE. pag. 17.

SECTIO II. De signo, & prioritate præ-
dictæ prædestinationis Sanctissimæ Vir-
ginis MARIE. pag. 18.

TRACTATVS II.

DE VIRGINITATE, SIMVL AC
Maternitate Dei, ad quam Sanctissima
Virgo MARIA prædestinata fuit in
ordine ad Incarnationem Verbi Divini
pag. 19.

DISPVTATIO I.

DE VIRGINITATE ILLIBATA SAN-
ctissimæ Virginis MARIE Matris Dei.
pag. 20.

SECTIO I. Quid sit Virginitas? & an seni
per in violata permanferit in Sanctissima
Virgine MARIA. pag. 20.

SUBSECTIO VNICA. Veritas catho-
lica statuitur, & ab Hæreticorum morti-
bus vindicatur. pag. 20.

SECTIO III. Vtrum Sanctissima Virgo
MA-

MARIA Princeps, & Principia omnium Virginum fuerit in uocanda uirginitate Deo? pag. 21.

SVBSECTIO I. Eligitur sententia affirmans, & probatur. pag. 22.

SVBSECTIO II. Argumentorum vis enervatur. pag. 23.

SECT. III. Vtrum Sanctissima Virgo MARIA eligeret potius uirginitatem, quam Maternitatem Dei eligibilem sub disunctione? pag. 25.

SVBSECT. I. Mens aperitur, & probabilius sententia propugnatur. pag. 25.

SVBSECT. II. Satis fit obiectionibus pag. 27.

DISPUTATIO II.

DE MATERNITATE DEI, AD quam Sanctissima MARIA predestinata fuit. pag. 36.

SECT. I. An Sanctissima Uirgo MARIA uere dicatur, & sit Mater Dei? pagina 36.

SVBSECT. I. Veritas catholica affirmans stabilitur. pag. 36.

SVBSECT. II. Hereticorum deliria diluuntur. pag. 36.

SVBSECT. III. Dubiola aliqua coincidentia breui calamo resolvuntur. pag. 38.

SECT. II. An necessarius fuerit concursus physicus effectivus unionis hypostaticae ad hoc ut Sanctissima Uirgo MARIA sit uere Mater Dei: & qualis fuerit de facti talis concursus? pag. 39.

SUBSECTIO I. Duplex conclusio pro resolutione questionis stabilitur. pag. 40.

SUBSECTIO II. Obiectionibus occurruntur. pag. 41.

SUBSECTIO III. Specialis alia difficultas discutitur. pag. 42.

SECTIO III. An Maternitas Dei sit forma relativa infinita simpliciter? pag. 45.

SUBSECTIO I. Affirmans sententia ostenditur. pag. 45.

SVBSECTIO II. Respondetur argumentis. pag. 46.

SECTIO IV. An Maternitas Dei secundum se sit forma sanctificans; immo praestantior gratia habituali in ratione forme sanctificantis? pag. 49.

SVBSECTIO I. Sententia affirmans quoad utramque partem frabatur. pag. 51.

Subsectio 2. Satis fit obiectionibus. pag. 52.

SECTIO V. An Maternitas Dei possit dici constituere essentialiter Sanctissimam Uirginem MARIAM in esse personali? pag. 57.

SVBSECTIO VNICA Affirmantis sententiae fundamentum refertur, ac refellitur. pag. 57.

DISPUTATIO III.

DE MATERNITATE DEI TERMINO, scilicet Verbo Divino Incarnato. pag. 59.

SECTIO I. An sit possibile Verbum Divinum incarnari in Virgine Matre? pag. 60.

SVBSECTIO I. Veritas catholica proponitur, & probatur. pag. 60.

SVBSECTIO II. Satis fit argumentis. pag. 61.

SECTIO II. An defacto incarnatum fuerit Verbum Divinum in Virgine Matre? pag. 66.

SUBSECTIO I. Veritas catholica ostenditur. pag. 66.

SVBSECTIO II. Respondetur obiectionibus. pag. 67.

SECTIO III. An mysterium Incarnationis fuerit conveniens, & respectu quorum talis convenientia consideretur? pag. 69.

SUBSECTIO I. Stabiliens convenientiam Incarnationis respectu Dei. pag. 69.

SVBSECTIO II. Statuens convenientiam Incarnationis respectu humanitatis assumptae. pag. 79.

SVBSECTIO III. Ostendens convenientiam Incarnationis respectu Deiparae Dominae, & respectu totius uniuersae. pag. 80.

SECTIO IV. An cognoscibilitas mysterij Incarnationis ita supernaturalis sit, ut nequeat hoc cognosci euidenter positive ab intellectu creato solis uiribus naturae? pag. 81.

SUBSECTIO I. Sententiae referuntur, & propria probatur. pag. 81.

SVBSECTIO II. Argumentationes solvuntur. pag. 82.

SECTIO V. Dubia aliqua coincidentia breuiter resolvuntur. pag. 84.

SECTIO VI. An saltem euidenter negative cognosci possit ab intellectu creato, solis uiribus naturae? pag. 84.

SVBSECTIO VNICA. Eligitur sententia

negans, & ab argumentis liberatur. pag. 85.

SECTIO VII. An saltem ex suppositione revelationis possit hoc mysterium cognosci ab intellectu creato euidentia naturali directa? pag. 86.

SVBSECTIO VNICA. Negativa sententia defenditur, & ab obiectionibus vindicatur. pag. 86.

SECTIO VIII. An detur in Deo necessitas aliqua absoluta ad optimum Incarnationis, siue ad incarnandum in Virgine Matre? pag. 88.

SVBSECTIO I. Notamenta necessaria praemittuntur, & variae sententiae referuntur. pag. 89.

SVBSECTIO II. Eligitur sententia, & probamentis fulcitur. pag. 90.

SVBSECTIO III. Obiectiones dissoluntur. pag. 91.

SECTIO IX. Speciali modo aliqua dubia pro complemento huius Tractatus resolvuntur. pag. 96.

TRACTATUS III.

DE IMPECCABILITATE SANCTISSIMAE VIRGINIS MARIAE ut Matris Dei; de eiusque immunitate a peccato Originali.

DISPUTATIO I.

DE IMPECCABILITATE SANTISSIMAE VIRGINIS MARIAE, ut Matris Dei. pag. 104.

SECTIO I. An fuerit omni modo impeccabilis Sanctissima Virgo MARIA ut Mater Dei? pag. 104.

SVBSECTIO I. Non nulla necessaria praemittens. pag. 105.

SVBSECTIO II. Deiparae Dominae impeccabilitatem omnimodam varijs conclusionibus stabiliens. pag. 107.

SVBSECTIO III. Obiectiones aduersas dissolvens. pag. 110.

SECTIO II. An impeccabilitas Sanctissimae Uirginis MARIAE tanta sit, ut eam deberet mundare ab omni reatu? pag. 112.

SUBSECTIO VNICA. Affirmans sententia eligitur, & ab obiectionibus vindicatur. pag. 112.

SECTIO III. An impeccabilitas Deiparae Dominae tanta sit, ut extinxerit

fomittem peccati? pag. 113.

SVBSECTIO VNICA. Sententia affirmativa stabilitur, & ab argutijs liberatur. pag. 114.

DISPUTATIO II.

DE IMMUNITATE DEIPARAE DOMINAE a peccato originali in particulari. pag. 115.

SECTIO I. An defacto Deipara Domina praeservata fuerit, & immunis a peccato originali? pag. 115.

SVBSECTIO I. Sententiae referuntur. pag. 116.

SVBSECTIO II. Vera sententia statuitur omnigena auctoritate. pag. 117.

SVBSECTIO III. Eadem veritas stabilitur multiplici ratione. pag. 119.

SUBSECTIO IV. Exarmatur opposita opinio Bandelhezantium. pag. 120.

SECTIO II. An defacto Deipara Domina fuerit immunis a debito peccati originalis? pag. 121.

SUBSECTIO I. Stabilitur sententia affirmativa immunitatis a debito proximo, factus tamen a debito remoto. pag. 121.

SVBSECTIO II. Difficultas decretorum diuinorum expenditur, & expeditur. pag. 122.

SVBSECTIO III. Difficultas redemptionis praeservativae Deiparae Dominae placatur. pag. 123.

SECTIO III. An possit verificari, & componi, Sanctissimam Uirginem MARIAM defacto peccasse in Adamo, & tamen non contraxisse peccatum originale?

SVBSECTIO I. Mea mens aperitur duplici conclusione. pag. 125.

SVBSECTIO II. Fundamenta aduersa evertuntur, & argumenta enervantur. pag. 128.

SECTIO IV. An stabilitum mysterium Immaculae Conceptionis Mariana fit iam proxime definibile de fide? pag. 131.

SUBSECTIO VNICA. Affirmativum placitum defenditur, & ab argutijs liberatur. pag. 131.

SECTIO 5. An esset uerus Martyr ille, qui mortem subiret pro ueritate huius mysterij in presenti statu tuenda? pag. 132.

SVBSECTIO VNICA. Sententia affirmans propugnatur. pag. 133.

SEC.

Sectio VI. An Deipara Domina sub dis-
iunctione eligeret potius immunitatem
a peccato mortali originali, aut immuni-
tatem a peccato veniali personali? pag. 134.

Subsectio 1. Sententia media inter relatas
defensatur. pag. 134.

Subsectio 2. Quid sit dicendum in hoc
puncto de homine peccatore? pag. 136.

Sectio 7. An Deipara Domina caruerit
pœnis, ac effectibus temporalibus pecca-
ti originalis? pag. 135.

DISPUTATIO III.

DE PECCATI ORIGINALIS EXIS-
tentia, ac essentia; & de alijs pœnis ip-
si correspondentibus. pag. 136.

Sectio 1. An sit, seu existat peccatum ori-
ginale? pag. 136.

Subsectio 1. Veritas catholica affirmans
stabilitur. pag. 137.

Subsectio 2. Hæretica tela conteruntur.
pag. 138.

SUBSECTIO III. Comprobantur dicta
ex gravitate peccati originalis, & extral-
laratione voluntatum facta a Deo. pag. 139

Subsectio IV. Corollaria colliguntur ex
dictis. pag. 142.

Sectio II. Quid sit peccatum originale, &
in quo consistat? pag. 143.

Subsectio I. Hæretici errores extricantur.
pag. 143.

Subsectio II. Variæ opiniones referuntur,
& refelluntur. pag. 144.

Subsectio III. Sententia propria pro-
ponitur, & probatur. pag. 147.

Subsectio IV. Respondetur obiectioni-
bus. pag. 148.

Subsectio V. Corollaria ex dictis, & speciale
additamentum. pag. 149.

Sectio 3. An sint, & quænam, pœnæ tem-
porales correspondentes peccato origi-
nali? pag. 151.

Subsectio unica. Veritas catholica pro-
ponitur & propugnatur. pag. 151.

Sectio 4. An sint, & quænam pœnæ æter-
næ correspondentes peccato originali?
pag. 152.

Subsectio 1. De pœna ignis æterni. pag.
pag. 153.

Subsectio 2. De pœna æterna damni, &
eius effectibus. pag. 155.

Subsectio 3. De beatitudine naturali, &
de loco, in quo parvuli permanserunt

in æternum. pag. 157.

TRACTATUS IV.

DE MERITIS DIGNIFICATIS A
Maternitate Dei in particulari: & de
Merito incommuni nonnulla necessaria
pro eisdem. pag. 158.

DISPUTATIO I.

DE MERITIS DIGNIFICATIS A DEI
maternitate, & premio correspondente
ipsis in particulari. pag. 159.

Sectio 1. An Deipara Domina meruerit
de facto, modo connaturali, primam gra-
tiam habitualementem, & primam gloriam,
habituque per se infusus supernatura-
les? pag. 159.

Subsectio I. Proponitur sententia vera, &
probatur. pag. 160.

Subsectio 2. Argumenta petita ab aucto-
ritate simul ac ratione dissolvuntur.
pag. 162.

Subsectio 3. Argumenta adversantia *moda
connaturali* enervantur. pag. 165.

Subsectio 4. Argumenta alia extricantur
pag. 169.

Subsectio 5. Respondetur re liquis argu-
mentis. pag. 172.

Subsectio 4i. Quid in hoc puncto dicendum
sit de christo Domino? pag. 174.

Subsectio 7. Quid in hoc puncto dicen-
dum sit de puro homine? pag. 176.

Sectio 2. An Diva Virgo MARIA me-
ruerit, aut mereri potuerit Maternitatem
Dei? pag. 180.

Subsectio 1. Conclusio prima proponitur,
& propugnatur. pag. 180.

Subsectio 2. solutio obiectionum. pag.
181.

Subsectio 3. Conclusio secunda, in qua
principium meriti posse cadere sub me-
ritum, singulariter elucidatur. pag. 182.

Subsectio 4. Argumentorum dissolutio.
pag. 184.

Subsectio 5. Corollaria ex dictis notan-
da. pag. 187.

Sectio 3. An Diva Virgo MARIA me-
ruerit, aut mereri potuerit incarnatio-
Verbi Divini quoad substantiam, vel
quod circumstantias? pag. 188.

Subsectio 1. Resolvitur quaestio duplici
conclusionem. pag. 189.

Sub-

Subsectio 2. Respondetur obiectionibus.
pag. 191.

Sectio 4. Quænam alia specialia dona pro-
meruit, aut mereri potuerit, sibi ipsi, Dei-
pari Domina? pag. 193.

Subsectio 1. De merito suæ existentia. pag.
194.

Subsectio 2. De merito incorruptionis sui
corporis. pag. 194.

Subsectio 3. De merito anticipatæ resur-
rectionis sui corporis. pag. 195.

Sectio 5. Quænam dona promeruit Dei-
para Domina Angelis, & hominibus?
pag. 197.

Subsectio 1. Sententia propria statuitur cir-
propositionem hanc: *impossibile est, Dei-
para Domina cultorem damnari.* pag. 198.

Subsectio 3. Sensus exponitur, in quo pos-
sit verificari, Deiparam Dominam eri-
pere ab inferno suum cultorem, adhuc
damnatus supponeretur. pag. 199.

DISPUTATIO II.

DE MERITO INCOMMUNI NON
nulla necessaria pro meritis dignificatis
a Maternitate Dei. pag. 20.

Sectio 1. Definitio Meriti incommuni ex-
penditur. pag. 201.

Subsectio 1. Proponitur definitio meriti
ut sic. pag. 201.

Subsectio 2. Respondetur obiectionibus.
pag. 202.

Sectio 1. Divisio Meriti explicatur. pag.
204.

Sectio 3. An possit dici condignum meri-
tum, quod in re est superabundans? pag.
204.

Sectio 4. De proprietatibus, sive prædica-
tis proprijs meriti condigni, aut supera-
bundantis apud Deum? pag. 205.

Subsectio 1. De libertate meriti. pag. 205.

Subsectio 2. De supernaturalitate meriti.
Vbi definitio Entis supernaturalis stradi-
tur. pag. 206.

Sectio 5. De differentia meriti a laudabi-
litate; impetratione; satisfactione, &
satisfactione. pag. 208.

DISPUTATIO III.

DE SATISFACTIONE MERITI
dignificati a Maternitate Dei. pag. 210.

Sectio 1. An semel supposita condigna sa-
tisfactione pro peccatis in merito digni-
ficato a Maternitate Dei, adhuc esset
metaphysicè necessaria Incarnatio Ver-
bi Divini? pag. 210.

Subsectio 1. Nonnulla necessaria præmit-
tuntur. pag. 211.

Subsectio 2. Resolutio affirmativa pro-
pugnatur. pag. 211.

Sectio 2. An semel supposita condigna sa-
tisfactione pro peccatis in merito dig-
nificato a Maternitate Dei, esset necessa-
ria simpliciter ad illam æqualitas perso-
næ satisficientis respectu personæ offen-
sæ? pag. 212.

Subsectio 1. Resolutio negativa propo-
nitur, & probatur. pag. 213.

Subsectio 2. Respondetur argumentis. pag.
214.

Sectio 3. An semel supposito, quod nulla
alia pura creatura potuerit satisfacere de
condigno pro aliquo peccato lethali Di-
va Virgo MARIA ut Mater Dei con-
dignè saltem satisfacere potuerit pro illis
pag. 216.

Subsectio 1. Affirmativum placitum eli-
gitur, & probatur. pag. 216.

Subsectio 2. Satisfit obiectionibus. pag.
217.

Sectio 4. An prædicta satisfactio Deipa-
ræ Dominae foret superabundans pro
peccato mortali adhuc infinito? pag.
220.

Subsectio 1. Affirmans conclusio stabili-
tur. pag. 220.

Subsectio 2. Obiectionum vis enervatur.
pag. 221.

Sectio 5. An supposito, quod satisfactio
Deiparæ Dominae esset finita simpliciter
foret condigna, & superabundans pro
peccato mortali adhuc infinito simplici-
ter? pag. 223.

Subsectio 1. Affirmativum placitum eli-
gitur, & probatur. pag. 223.

Subsectio 2. Argumentationes examina-
tur. pag. 224.

Sectio 6. An supposito, quod Maternitas
Dei non esset forma sanctificans, posset
satisfactio ab illa dignificata esse condig-
na, & superabundans pro peccato mor-
tali adhuc infinito simpliciter? pag. 226.

Subsectio unica. Affirmativa resolutio pro-
ponitur, & propugnatur. pag. 227.

Sectio 7. An supposito, quod per impossi-
bile Deipara Domina peccaret mortaliter,

¶¶¶¶

¶¶

posset in tali statu satisfacere condignè; & superabundantè pro illo peccato infinito simpliciter: pag. 228.

Subsectio 1. Conclusio affirmans stabilitur. pag. 228.

Subsectio 2. Satis fit objectionibus. pag. 229.

Sectio 8. An maior obligatio submitteudi se Deo ex dignitate Maternitatis divinæ arguat in Deipara Domina impotentiam satisfaciendi pro peccato mortali: pag. 231.

Subsectio unica. Negativa resolutio eligitur, probatur, & propugnatur. pag. 231.

Sectio 9. An supposito, quod Maternitas Dei non esset forma elevans moralitèr personam Deiparæ Domine ad altiorem ordinem merendi, & satisfaciendi, obligatio orta ex tali dono divino minueret eius valorem meritorium, ac satisfactorium in ordine ad vitam æternam: pag. 233.

Subsectio unica. Negativa resolutio eligitur, & elucidatur. pag. 233.

Sectio 10. An supposita simplicitate simplicitèr peccati, posset Deipara Domina satisfacere pro toto cumulo peccatorum saltem condignè: pag. 234.

Subsectio 1. Affirmans sententia stabilitur. pag. 235.

Subsectio 2. Respondetur argumentis. pag. 236.

Sectio 11. An supposita infinitudine simpliciter alicuius peccati, & satisfactorie saltem condigna Deiparæ Domine pro illo, debeat necessario sequi Deiparam Dominam posse satisfacere saltem condignè pro toto cumulo peccatorum adhuc infinitorum simpliciter: pag. 237.

Subsectio 1. Conclusio proponitur, & probatur assertivè. pag. 238.

Subsectio 2. Obiectionum vis enervatur. pag. 239.

Sectio 12. An supra stabilita vis satisfaciendi Deiparæ Domine arguat similem virtutem in nonnullis alijs, v. g. Sancto Iosepho Sponso ipsius. pag. 241.

Subsectio 1. Negans resolutio ostenditur. pag. 241.

Subsectio 2. Obiectiones evertuntur. pag. 242.

Subsectio 3. Corollaria ex dictis: ubi obiter elucidatur sententia sæpe allegata de unione physica reali substantiali Deiparæ

re Domine cum Christo Domino. pag. 243.

TRACTATUS V.

DE SACRO VERO MATRIMONIO; & alijs Sacramentis susceptis à Deipara Domina. pag. 244.

DISPUTATIO I.

DE SACRO VERO MATRIMONIO Deiparæ Domine, & Sancti Iosephi. pag. 245.

Sectio 1. An potuerit esse, & de facto fuerit verum Matrimonium inter Deiparæ Dominam, & Sanctum Iosephum, non obstante voto absoluto virginitaris, quod antecedentèr erant obstricti Sacri Coniuges: pag. 245.

Subsectio 1. Sententia affirmans eligitur, & fulcitur. pag. 247.

Subsectio 11. Obiectiones ab autoritate petite diluuntur. pag. 249.

Subsect. 3. Obiectiones à ratione desumptæ dissolvuntur. pag. 251.

Sectio 2. Pro complemento præcedentis conclusionis investigatur tempus celebrati Matrimonij, & cohabitationis Deiparæ Domine cum Sponso Divo Iosepho: pag. 255.

Subsectio 1. Vera sententia stabilitur. pag. 255.

Subsectio 2. Respondetur objectionibus. pag. 256.

DISPUTATIO II.

DE BAPTISMO, ET ALIJS SACRAMENTIS susceptis à Deipara Domina. pag. 257.

Sectio 1. An Deipara Domina suscepit Sacramentum Baptismi: pag. 257.

Subsectio unica. Affirmativa sententia vera statuitur, & ab argucijs liberatur. pag. 257.

Sectio 2. An Deipara Domina Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum frequenter suscepit: pag. 259.

Subsectio unica. Sententia affirmans ostenditur, ac elucidatur. pag. 260.

Sectio 3. Quid sit dicendum de susceptione Sacramenti Confirmationis: pag. 261.

Sectio 4. Quid dicendum sit de receptione Sacramenti Extreme Unctionis: pag. 261.

Sectio U. Quid nam de Sacramento Ordinis? pag. 262.

TRACTATUS VI.

DE GRATIA HABITVALI; VIRTUTIBUS, & Scientijs supernaturalibus Deiparæ Domine. pag. 263.

DISPUTATIO I.

DE GRATIA HABITVALI Deiparæ Domine. pag. 263.

Sectio 1. An Gratia habitualis Deiparæ Domine fuerit infinita simpliciter, aut intensivè? pag. 263.

Subsectio 1. Sententiæ referuntur, & non nulla necessaria prænotantur. pag. 264.

Subsectio 2. Mens aperitur duplici conclusione. pag. 265.

Subsectio 3. Respondetur objectionibus. pag. 265.

Sectio 2. An Gratia habitualis Deiparæ Domine fuerit tanta, ut exceßerit omnes Sanctos Angelos, & homines puros ratione illius, licet collectivè sumantur? pag. 268.

Subsectio 1. Sententiæ referuntur; & affirmativa stabilitur. pag. 268.

Subsectio 2. Satis fit argumentis. pag. 269.

DISPUTATIO II.

DE VIRTUTIBUS SUPERNATURALIBUS Deiparæ Domine. pag. 270.

Sectio 1. An Deipara Domina decorata fuerit omnibus virtutibus supernaturalibus in gradu heroico perfectionis: pag. 270.

Subsectio unica. Affirmans conclusio statuitur, & elucidatur. pag. 271.

Sectio 2. An Deipara Domina in exercitio virtutum omnium responderit semper omni motioni divinæ? pag. 272.

Subsectio unica. Affirmans sententia propugnatur. pag. 272.

DISPUTATIO III.

DE SCIENTIJS SUPERNATURALIBUS Deiparæ Domine. pag. 273.

Sectio 1. An scientia supernaturalis per se

infusa exornaverit intellectum Deiparæ Domine? pag. 274.

Subsectio unica. Stabilitur vera sententia affirmans. pag. 274.

Sectio 2. An ex vi huius scientiæ supernaturalis cognoverit Deipara Domina mysteria theologica Fidei, & alia ad se ipsam pertinentia præcognoverit? pag. 274.

Subsectio 1. Circa mysteria theologica Fidei affirmatur. pag. 275.

Subsectio 2. Circa prædestinationem Maternitatis Dei. pag. 275.

Subsectio 3. Circa prædestinationem gloriæ Deiparæ Domine. pag. 276.

TRACTATUS VII.

DE BEATITVDINE SUPERNATURALI, seu Gloria essentiali Deiparæ Domine. pag. 277.

DISPUTATIO I.

DE ESSENTIA BEATITVDINIS formalis supernaturalis, seu Gloriæ essentialis secundum se. pag. 378.

Sectio 1. An Beatitudo formalis supernaturalis sit aliquid increatum, aut aliquid creatum productum à Beato? pag. 278.

Subsectio 1. Non est illius Dei in Beatum. pag. 278.

Subsectio 2. Non est aliquid divinum, aut increatum de facto. pag. 279.

Subsectio 3. Quid dicendum de potentia absoluta Dei? pag. 279.

Subsectio 4. Concluditur, Beatitudinem formalem supernaturalem esse aliquid creatum productum à Beato. pag. 281.

Sectio 2. An Beatitudo formalis supernaturalis consistat in actu intellectus, aut in actu voluntatis, vel in viroque? pag. 281.

Subsectio 1. Non consistit essentialitèr in actu amoris. pag. 281.

Subsectio 2. Non consistit essentialitèr in actu gaudij. pag. 283.

Subsect. 3. Consistit essentialitèr in sola visione intuitiva Dei. pag. 284.

Sectio 3. Elucidantur breviter principia Beatitudinis formalis supernaturalis. pag. 285.

Subsectio 1. Circa intellectum magis, aut minus perfectum alio, respectu Beatitudinis formalis supernaturalis. pag. 286.

Subsectio 2. Circa lumen gloriæ respectu
Beatitudinis formalis supernaturalis,
pag. 288.

SECT 4. An ratio Beatitudinis supernaturalis
supposita communissima eius definitio-
ne essentiali, conveniat proprie Materni-
tati Dei scilicet a Unione Beata? pag.
289.

Subsectio 1. Affirmans assertum ostendi-
tur. pag. 290.

Subsectio 2. Respondetur objectionibus,
pag. 291.

DISPUTATIO II.

DE ESSENTIA BEATITVDINIS
formalis supernaturalis, seu Gloriæ
essentialis Deiparæ Dominæ, pag. 292.

SECTIO I. Quænam sit præstantia Bea-
titudinis formalis supernaturalis, seu
Gloriæ essentialis Deiparæ Dominæ. pag.
292.

SUBSECTIO I. Non nullâ notantur: &
vetera sententiâ stabilitur pag. 293.

SUBSECTIO II. Specialis alia conclu-
sio proponitur, ac illustratur. pag. 294.

SUBSECTIO III. Obiectionum ob ex-
cessum dicitur. pag. 295.

SECTIO II. Quænam sit præstantia Glo-
riæ accidentalis Deiparæ Dominæ? pag.
296.

SUBSECTIO VNICA. Vera sententiâ
stabilitur, & propugnatur. pag. 296.

TRACTATUS VIII.

DE DOTIBVS, ET AVREOLIS,
seu Laureolis, Deiparæ Dominæ in cælo.
pag. 298.

DISPUTATIO I.

DE DOTIBVS RELVCENTIBVS IN
Deipara Dominæ. pag. 298.

SECTIO I. Dotes corporis Deiparæ Do-
minæ dilucidantur. pag. 298.

SECTIO II. Cur dotes non tribuantur
Angelis? Vbi de Custodia Angelorum
respectu Deiparæ Dominæ. pag. 299.

DISPUTATIO II.

DE AVREOLIS, SEU LAUREO-
lis condecorantibus Deiparam Domi-
nam in cælo. pag. 301.

SECTIO I. Quænam sit, & cotuplex
Aureola in cælo? pag. 301.

SECTIO II. An triplex recensita Aureola
Decoratus, Virginitatis, & Martyrij,
condecorat Deiparam Dominam in cælo?
pag. 302.

SUBSECTIO I. Decoratus aureola osten-
ditur in Deipara Dominæ specialiter.
pag. 302.

SUBSECTIO II. Virginitatis aureola
demonstratur in Deipara Dominæ singu-
lariter. pag. 303.

SUBSECTIO III. Martyrij aureola elu-
cidatur in Deipara Dominæ inculcens.
pag. 304.

TRACTATUS IX.

DE ADORATIONE DEBITA DEI-
paræ Dominæ, & cultu ipsi exhibendo,
præsertim per coronam Sanctissimi Ro-
sarij. pag. 306.

DISPUTATIO I.

DE ADORATIONE DEBITA DEI-
paræ Dominæ. pag. 307.

SECTIO I. An vere debeat adorari Dei-
para Dominæ? pag. 307.

SUBSECTIO VNICA. Affirmans veri-
tas probatur, & propugnatur. pag. 308.

SECTIO II. Quænam adoratio debeat
adorari Deipara Dominæ? pag. 309.

SUBSECTIO I. Stabilitur adoratio Hy-
perdulæ. pag. 309.

SUBSECTIO II. Explanatur adoratio
respectiva Patriæ. pag. 310.

SUBSECTIOS III. Expenditur singu-
lare privilegium pro adoratione Deiparæ
Dominæ. pag. 311.

DISPUTATIO II.

DE CVLTV EXHIBENDO DEI-
paræ Dominæ, præsertim per Coronam
Sacratissimi Rosarij. pag. 312.

SECTIO VNICA. De excellentia Cor-
onæ Sacratissimi Rosarij Deiparæ Do-
minæ. pag. 313.

SUBSECTIO I. Excellentia principalior
elucidatur. pag. 314.

SUBSECTIO II. Eadem excellentia vlti-
ore elucidatione illustratur. pag. 315.

SUBSECTIO III. Eximie aliæ excellen-
tiæ explanantur. pag. 316.

SUBSECTIO IV. Egregia vltior excel-
lentiâ exponitur. pag. 318.

SUBSECTIO V. Extrema excellentia
exarat. pag. 320.

COM-

CENSURA R. A. PATRIS IO ANNIS
Machado ex Sacra Religione SSmæ. Trinitatis
Redemptionis Captivorum, olim in Romana Curia
Procuratoris Generalis, nunc Regij concionatoris,
Ex Provincialis que sua Provinciæ Bethicæ, ip-
susque Patris, ad Generale Capitulum Generalis
Electoris destinati, Archiepiscopatus Hispalensis à
Capitulo, Sede vacante officio Examinatoris Sy-
nodalis decorati, ac tandem Ministri huius Regalis
Conventus Sanctarum Virginum, & Martyrum
Iustæ, & Rufinæ, qui pro ingenij sui tenuitate, &
Superiorum obedientia libentissimè coactus hanc
censuram, seu potius censuram ex iustitia debitam
voluntate, & voluptate persolvit.



EMANDATO Illustrissimi, ac Reve-
rendissimi D. D. ac semper Domini
mei D. Ioannes Domonte Erasmo Almæ
Cathedralis Metropolitanæ, atque Pa-
triarchalis Ecclesiæ Hispalensis Cano-
nici, & Decani, librum, cuius titulus
est, Rosetum Marianum, Authore R. P.

M. Petro Medrano ex illustrissima, numquam que satis
laudata, semper, semperque laudanda Religione Societatis
Iesu, venerabundus legi, opus vere aureum, & omni veneratione
dignum, cuius conspectu interiore admiratione
commotus cum Propheta clamare non cesso, *consideravi
opera tua, & exproavi*, Author enim, utpotè Studijs Præfec-
tus, præficitur omnibus, quinimo profuit non solum stu-
dentibus, sed doctissimis etiam Magistris. In hoc opere nil,
non magnum, nil, non eruditum, nil, non selectum, ita, ut
desiderans Mariæ colligere Rosas, Rosetum hoc adire te-
tebitur, hic Maternitatis erumpentem gemmam cum vir-
ginitatis flore coniunctam, amoris pariter, & honoris fruc-
tus quis colligere potest, ipsa attestante: *Et flores mei fructus*

Ecclesiæ.
24.

hono-

honoris, honoris dico, non solum Mariæ, verum etiam Illustrissimi Authoris; quidquid enim in obsequiū tantæ, tantæque Virginis Matris cōcipitur aptissimè felicissimo concipienti, tamque felicissime parturienti per optime adaptatur; minor tamen opus tot Rosarum varietate ita mire contextum, ut voluptatis Paradisum redoleat, agrumque illum omnibus refertum floribus, quibus Iacobi vestimenta odorem maximum, maximeque naturalem spirantia Patri Isaac concialeuere voluntatem, ad captandam cœlestem benedictionem, ipso dicente, *ecce odor filij mei*, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, etenim Rosas vndeque video iam de virginitate candidas, iamque demerito charitatis purpureas, ex quibus regium Mariæ diadema compactum est, sic enim Ioannes in Apocalypsi, *Et in capite eius corona stellarum duodecim*, seu Rosarum potius ex Episcopo Cratonienfi, hoc signum magnum virginis singularis Victoriæ, iuxta illud Exodi, *iamque aduenerat vigilia matutina*, siue Aurora rosea, decantante Poeta: *Aurora fulgebat roseis Aurora Capillis*, hinc enim Pater Antonius Deslions in laudem virginis, nec non & Illustrissimi Authoris, singularis, miræque, ac felicissimo conebat ingenio.

*Ore rosas totidem fundere visus erat,
Floribus ex istis virgo fecisse coronam
Fertur, & augustis imposuisse comis;*

Ab istis ergo Rosis omne caput debet redimiri corona, multo verius, multoque felicius, quam Sapientiæ iuvenes roseis marcescibilibus ante marcidam tragædiam; coronari peroptabant, quia profanæ, naturalesque rosæ brevissimâ periodo clauduntur, & in ipso natiuitatis flore senescere videntur, hinc Poeta.

*Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam
Et dum nascuntur consensisse rosas.*

Mariæ autem Rosæ nunquam senectutis noctem agnoscunt, quin potius æternitatem sapiunt, & ideo, quia virentes

virentes plantantur, & plantatæ ita virescunt, quasi novo calore, & colore perfundantur, iuxta illud Ecclesiastici, *sicut plantatio rosæ in Hiericho*; Hinc iudico æternitati commendandum Rosetum hoc, in quo nil contra fidem, nil contra bonos mores inuenio, quin potius publica luce dignum, censeo, imò quod lux ipsa hoc Roseto illustrata Marianū diem lucidissimum omnibus intuentibus patefaciet, sic in isto Regali Conventu Sanctarum Virginum, & Martyrum Iustæ, & Rufinæ Ordinis SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum die 1. Martij, anni Domini 1702.


Magister Frater Ioannes Machado.

NOS el Lic. D. Juan Domonte y Erafo, Dean, y Canonigo en la S. Iglesia Metropolitana, y Patriarcal desta Ciudad de Sevilla, Provisor, y Vacario General en ella, y su Arçobispado por su Señoria, los señores Dean, y Cabildo, Canonigos in Sacris de dicha S. Iglesia, Sede vacante, por muerte del Illustrissimo, y Reverendissimo señor Don Jayme de Palafox y Cardona, que Santa gloria aya, Arçobispo, que fue desta dicha Ciudad, &c. Damos licencia por lo que toca à este Tribunal, para que se pueda imprimir vn Libro de à folio, cuyo titulo es: *Rosetum Marianum Theologicū Scholasticū*, cuyo Author es, el R. P. Pedro de Medrano de la Compañia de Jesus. Atento à q̄ por nuestro mandado ha sido visto, y examinado dicho libro, por el M. R. P. M. Fr. Juan Machado, del Sagrado Orden de la SSma. Trinidad Calçados, Redempcion de Cautivos, Provincial, que ha sido desta Provincia de Andaluzia, y no ha hallado en èl cosa que se oponga à nuestra Santa Fè Catholica, y buenas costumbres, ni à la Doctrina de los Santos Padres, sobre que ha dado su censura, y parecer; la qual, y esta nuestra licencia mandamos se imprima al principio de cada tomo de los que se reimprimieren. Dada en Sevilla, à nueve de Março de mil setecientos y dos años.

Lic. D. Juan Domonte y Erafo.

Por mandado del señor Provisor.

*Juan Francisco de Alvarado
Notario Mayor.*



COMMENTARIA

IN TERTIAM PARTEM

DIVI THOMÆ, A QVÆTIONE

27. vsque ad 31.

PROEMIVM.




PROEMIVM OPERVM CHRISTI DOMINI dicitur, & decantatur à Græcanis Hymnosophistis Christiparens Domina, omniumque Dominatrix MARIA; proindeque ipsa sibi Proemium est, quo nil illustrius; mihi opere pretium; ac præmium est, quo nil gloriosius. Vnde de eius gloriosis prærogativis, privilegijs, ac charismatibus agendum est cum Angelico Doctore D. Thoma 3. part. à quæst. 27. vsque ad 31. per plures articulos elucidatos à Theologis Scholasticis, & Marianis; inter quos omnes caput extullit Eximius meus Doctor P. Franciscus Suarez, tom. 2. in 3. part. vbi in præfatione iure merito abit in querelas à scolastici pulveris Theologis petitas per aurea verba, quæ in frontè huius Proemij proponere fas est: *neque*

existimandum est, præsentis Disputationis materiam ex ea parte, quæ ad Beatam Virginem spectat, esse ab instituto Scholastico alienam: Ego enim post ipsius Dei, ac Christi cognitionem, nullam, aut utiliore, aut vni Theologo digniorem existimo. Neque intelligo, cur de gratia Angelorum, de que illorum meritis, ac statu via, ac dem que de eorum gloria, ceterisque scientia, & gratie donis, & ministerijs, seu officijs, tam accuratè Theologi disputent; de Angelorum verd Regina, eiusque dignitate, gratia, scientia, meritis, ac singulari felicitate, longe maiori diligentia differendum non sit. Alià addit Pius, ac Eximius Suarez ibidè: sed hæc mihi sufficiunt, vt ad piùm hoc institutum ex professo absolvendum, animum, & calamū converterim. Et quidem hæc est sapientia domus, & Davidica Turris, quæ adificata est cum propugnaculis; Cantic. 4. sive vt vertit Hebraica litera; quæ constructa est ad disciplinas; scilicet ad docendū & discendum, vt legit Pagninus. Ad hanc igitur confugio, nam mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium; ad quam etiam sæpe video confugere Scholastici pulveris Theologos pro quæstionibus titularibus in suis primarijs Capitularibus Conclusionibus defensandis, quin in manuscriptis, aut prælo datis Auctoribus, res pro dignitate digestæ sæpe sæpius inveniuntur; quæ hic ad delicias vique tractantur.



TRACTAT. I.

DE PERFECTIOIBVS
naturalibus Sanctissimæ
Virginis MARIÆ; atque
de Electione, seu Prædestina-
tione ipsius in Matrem
dignam Dei.



TRACTATVS hic quæ
si Proemialis, primus
ordine, secus dignita-
te, ianuam aperiet ad
præclaras caelestes ex-
cellentias pertractan-
das eius, quæ ianuæ Ce-
limeritò indigitatur:
initium tamen à quam exordiar
Obruit namque manum, ac calamum matè-
riæ vndique felix fecunditas. Primam igitur
lucem Marianam ab ortu prospiciam,
vt auream deinde Auroram, electam dein-
ceps, vt solam Deiparam Dominam eliotro-
pij more, & amore, persequar perscrutabor
igitur singillatim eius perfectiones.

DISPVT. I.

DE ORIGINE, ET GE-
nealogia Sanctissimæ Virgi-
nis MARIÆ, de eiusque
naturali corporis, ac ani-
mæ perfectione, &
Nominæ.

1 CVM naturâ præsupponat gra-
tia, vt bene testatur Eximius
Suarez hic, disput. 2. lit. C. mi-
ror sandè, tam ipsum ibi, quam P. Rhodès

hic, quæst. 1. priuilegiis de gratia Mater-
nali Deipara Domina, quam de naturali
personali perfectione Sanctissimæ Virginis
MARIÆ: maxime cum ipsa natura magis-
tra, & Aristotele Præceptore, quisque didi-
cerit à facillioribus, & notioribus incipiendū
esse in rebus agendis: rationemque reddit
Apostolus ad Romanos, 1. vers. 20. *Invisi-
bilia enim Dei à creaturâ mundi, per ea, quæ sac-
ta sunt, intellecta conspiciuntur:* proinde que
sit

SECTIO I.

EX QUANAM PROSA-
pia originem duxerit Nobi-
litas naturalis Sanctis-
simæ Virginis
MARIÆ;

2 NON est in præsentiarum sermo
de Nobilitate supernaturali
Sanctissimæ Virginis MARIÆ ex suprema
dignitate Maternitati Dei, de qua loquitur
S. Ambrosius lib. 2. de Virg. dūm ait: *Quid
nobilitus Dei Matre? Quid splendidius eā, quam
splendor elegit?* Sed de ipsius naturalinobi-
litate, de qua loquitur S. Bernardus in Senē-
sis, tom. 1. serm. 61, cap. 1. vbi ait: *Beata
Virgo fuit nobilitus individuum, seu nobilitor crea-
tura omnibus indiuiduis, seu creaturis; quæ in
humana natura fuerunt, aut possunt, aut poterunt
generari: quia omnes præclaritates, ingenuitates,
præfecturas, dignitates, & nobilitates, quæ pos-
sunt esse in aliquo indiuiduo humano secundum
originem sanguinis, describunt Evangelistæ in hac
puella oportet, nos eorum testimonio eam præ-
ferre omnibus Principibus, Regibus, Imperatoribus,
Reginis, Imperatricibus, omnibus Iustis, et
Tribunus, & linguis totius vniuersi.* Quid cla-
rius, & præclaritius? Consonant plerique
Sancti Patres adversū Mariomastiges, Cal-
vintum, Brentium, & alios eiusdem ignobi-
lis farina hæreticos, qui serpentine ote
evomente sulphureum flumen denigrare hæc
Illustrē mulierem Solis, Lunæ, & Stellarū
radijs splendentem. Apoc. 12. pertentantini;
casu tamen conatu, nec enim satis super sy-
dera extollitur, quæ vsque ad ipsum Deum
nobili-

nobilitata sublimatur à S. Luca 3. eius na-
turalem genealogiam recentente, vbi versū
38. concludit sic: *Qui fuit Henos, qui fuit Seth,
qui fuit Adām, qui fuit Dei.* Quid plura?

SVBSECTIO I.

VERITAS CATHOLICA
circa Parentes, & alios Pro-
genitores Sanctissimæ Vir-
ginis MARIÆ, duplici
conclusionē stabi-
latur.

3 DICO primò. Certum est de Fi-
de, ex inconcusâ tradi-
tione Ecclesiæ Catholi-
cæ, & communi consensu Sanctorum Patrū,
ac Doctorum; Parentes, seu Patres Sanctis-
simæ Virginis MARIÆ fuisse Sanctum
Ioachimū, & Sanctam Annam; Sanctis-
simos consortes; pro quò fati esset,
illos, vt tales solemnè Ritū Catholicam Ec-
clesiam concelebrare, vt omnibus pervium
est. De veritate tamen hac, qui plura ve-
lit, adeat Patres Canisium lib. 1. cap. 3.
& 4. Pozam, lib. 2. tract. 1. & sequent.
Vegam tom. 1. palæstra 10. cert. 4. Rhod-
tom. 2. disput. vnic. de B. V. quæst. 3.
sec. 1. §. 4. Spinelūm cap. 18: Castrum
in vitâ Virginis. & Eximium Suárez hic disp.
2. sect. 1. Sed ne debitum memoriæ, &
gratitudinis monumentum tantis Deiparæ
Dominæ Parentibus denegare videamur,
fas est ex eorum fonte non nihil delibare:

4 Fuerunt enim Præclato; Regio san-
guine Nobiles, sed sanctitate nobiliores, vt
ipsa etiam nomina testantur: nam iuxta San-
ctum Ioannem Damascenum orat. de laud.
Virg. sub initium: *Ioachim interpretatur præ-
paratio Domini; eo quod in illo preparatum sit
Templum Domini; nempe Virgo: Anna similiter
interpretatur gratias, propterea quod Ioachim, &
Anna gratiam acceperunt; vt accedentibus præ-
cibus; talem fructum germinarent sanctam Vir-
ginem adepti. Ioachim siquidem precabatur in
monte, & Anna in horto suo.* Vnde divinitus
fuit prænuntiata, & revelata vtrique parē-

ti seni, & sterili, tanta filii felix, ac secunda
conceptio, vt docent aliqui Sancti Patres,
& convincitur à simili in Isaac, & Ioannis
Baptistæ conceptionibus divinitus prænun-
tatis; ita tamen, vt sicut hi fuerunt geni-
opera viri, & femina; ita etiam fuerit ge-
nita Sanctissima Virgo MARIA, vt rectè
ostendit contra aliquos figmentarios Sap.
P. Didacus de Granado; disp. 3. de Concep-
cap. 1. sect. 1. Alioqui enim nec præserva-
tiva redemptio verificaretur de Sanctissima
Virgine MARIA, vt alibi demonstrabitur.
Licet negari nequeat, huiusmodi concep-
tionem fuisse miraculosam ex capite sterili-
tatis, non minus quam fuit miraculosa con-
ceptio Sancti Samuelis ex alia sterili Anna,
lib. 1. Regum, cap. 1.

5 Alia missa facta de laudibus, & ex-
cellentijs Sanctissimæ Ioachimi, & Annæ,
de quibus consuli possunt Interpretes Sacræ
Paginæ, & PP. Rhodès, & Vega locis supra
citatis; mihi enim sufficit dixisse; debitos
fuisse Parentes Dei genitricis Sanctissimæ
Virginis MARIÆ; quorum nomine, pau-
cis ab hinc annis, innumera miracula Hispa-
niæ perpetratus est Venerabilis Servus Dei
Fr. Ioannes à Sancto Ioachimo Carmelita-
nus, vt videre est in eius vita Hispano idio-
mate novissimè per vulgata. Vnum tamen
adnotare pro iam dicendis necessariam, non
omittam: scilicet, Sanctam Annam fuisse
vni viram, sive vnitus viri Sancti Ioachimi
confortem, vt in Ecclesia Catholica nunc
temporis receptissimum est, ac proinde Sac-
tissimam Virginem MARIAM fuisse fi-
liam vnicam, & vni genitam suorum paren-
tum, ita vt in hoc sensu accipiantur commu-
niter illa verba Canticorum cap. 6. *Vna est
columba mea, perfecta mea; vna est Matri suæ, e-
lecta Genitrici suæ;* vnde non sunt audier-
di aliqui antiqui Doctores, qui ex Divo
Ambrosio asserunt, Sanctam Annam tres hæ-
buisse maritos, & ex illis tres filias procrea-
se nomine MARIAS; vt habetur in Glos-
sa ordinaria in Epist. Divi Pauli ad Galat.
2. hoc tamen nunc temporis inter pios viros
non audiunt, iminò scandalum pareret in-
ter alios. Videantur pro nostro placito plu-
res Sancti Patres alegati à P. Vega; vbi supra
palæst. 10. art. 4. num. 923;

6 Dico secundò. Certum est de fide,
Progenitores Sanctissimæ Virginis MA-
RIÆ fuisse Reges, & Sacerdotes, quatenus
non solum originem duxit ex Regia Tri-
bu Iudæ, & ex Familia Regis David; sed
etiam

etiam cognationem, & consanguinitatem habuit cum Sacerdotali Tribu Levi, & cum Familia Sacerdotis Aaron: ita tenet expressè laudatus P. Vega supra, cert. 2. num. 909. ubi pro hac conclusione allegat SS. PP. Augustinum, Nazianzenum, Hyppolitum, & Hilarium. Sed quia præfixa conclusio continet varias partes, per partes utique probanda est.

7 Probatur conclusio quoad priorem partem: tum quia in Sacra Pagina, tertio quoque verbo, ex hoc capite humanæ genealogiæ, & originis regni Davidicæ, quam habuit Christus Dominus ex sua Matre Sanctissima Virgine MARIA, indigitatur, ac prædicatur *Filius David*, ut etiam pueri proclamabunt, Matth. 21. *Osanna, filio David*; & adhuc cæcis notum erat, Matth. 9. *Miserere nostri Fili David*: tum etiam quia paulitèr Christus Dominus proclamat, non solum de familia David, sed etiam de Tribu Iudæ, ut videre est Apoc. 5. *Ecce vicit Leo de Tribu Iudæ, radix David* &c. Undè S. Paulus ad Hebræos, 7. ait: *Manifestum est, quod ex Iudæ ortus sit Dominus noster*: rursumque ad Romanos, 1. *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. Cui conforat Augustus S. Augustinus, tom. 6. lib. 23. contra Faustum, (melius esset, nominari Infaustum) cap. 9. per hæc verba: *Nos ergo credimus, etiam MARIAM fuisse in cognatione David, quia scripturis eis credimus, quæ utrumque dicunt, & Christum ex semine David secundum carnem, & eius Matrem MARIAM Virginem*: ergo certum est de fide, Sanctissimam Virginem MARIAM originem duxisse ex Regia Tribu Iudæ, & ex Familia Regis David.

8 Probatur conclusio quoad posteriorem partem: tum quia hoc definit S. Lucas in suo Evangelio, cap. 1. ex ore Archangelii Gabrielis alloquentis Sanctissimam Virginem MARIAM sic: *Ecce Elisabeth cognata tua concepit: quæ quidem erat filia Aaronis Sacerdotis, & uxor Sacerdotis Zachariæ, ut testatur ipse Evangelista Lucas: tum etiam, quia Sacra Pagina fundamētum tolti Sancti Patres Ecclesiæ eandem veritatem ostendunt varijs testimonijs; sufficiat dare verba Sancti Augustini Doctorum luminis, lib. 2. de consensu Evangelii cap. 2. Cum evidenter dicat Apostolus, Roman. 1. ex semine David secundum carnem Christum; ipsam quoque MARIAM de stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare utique non debemus; cuius famulatus, quoniam nec sacerdotale ge-*

nus taceat, insinuante Luca, quod cognata eius Elisabeth, quem dicit de stirpe Aaron, summissimè tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & Regum scilicet, & sacerdotum. Consonant S. Thomas quaest. 29. art. 1. ad 4. & alij SS. PP. citati supra, inter quos annumerandi sunt S. Thomas de Villanova conc. 1. de Nat. Virg. & S. Ambrosius lib. 3. in Lucam, & lib. de Benedic. P. triarci cap. 3.

9 Probatur in super uterique auctoritate, & ratione: cuius duo Sacri Evangelistæ, videlicet S. Matthæus cap. 1. & S. Lucas, cap. 3. unanimi consensu intendunt ex animo texere Genealogiam Christi Domini, exhibendo propriam, ac Progenitores Paternos, & Maternos Sanctissimæ Virginis MARIAE, de qua natus est IESVS qui vocatur Christus, sine conmixtione seminis virilis ut fidei sacrum est, licet in specie, & serie verborum videatur ab illis referri Genealogiam, seu præcipiam Sancti Iosephi Sponsi Sanctissimæ Virginis MARIAE, & Patris Regalis Christi Domini, quatenus consuetudo Scripturatum exigebat, ut non per feminas, sed per viros prosapia recenseretur: at ibi supputantur, ac subtribuntur plures Reges, & Sacerdotes: ergo. Ratio est, quia testantur plerique Doctores, inter quos nostris sunt Cornelius, Mariana, Tiranus, Pöza, Vega, & Rhodes, ubi supra, §. 3. Sanctissima Virgo MARIA, & eius Sponsus S. Iosephus per lineam paternam ut usque conforis, quam recenset S. Matthæus cap. 1. fuerunt progenti directè ex duobus fratribus, nempe Ioaachim, & Jacob; proindeque sapientissimè Sancti Patres appellant Sanctum Iosephum cognatum, seu consanguineum Sanctissimæ Virginis MARIAE, ut videre in Sancto Hilario, can. 1. in Lucam, & S. Ambrosio, in cap. 3. Lucæ: præterquæ quod solemne fuit in veteri testamēto; quod filij geniti ex duobus fratribus invicem conubia celebrarent, ut apud Laudatos Doctores perspicuum est. Rursus, per lineam maternam, quam recenset S. Lucas cap. 3. referuntur Progenitores ex Tribu Levitica Sacerdotales, qui naturales fuerunt respectu Sanctissimæ Virginis MARIAE, & legales tantum respectu Sancti Iosephi; nam ex communi consensu Sanctorum Patrum constat Heli non fuisse patrem naturalem, sed legalem tantum S. Iosephi; ut proclamatur P. Rhodes loco proximè citato: unde fit, quod S. Lucas eo cap. 3. intendit tradere

dere genealogiam maternam Sanctissimæ Virginis MARIAE naturalem, & Sancti Iosephi legalem, ut per aliam viam à Sancto Matthæo non tritam traderet dignoscendam nobilitatem naturalem Sanctissimæ Virginis MARIAE, & eius Filij Christi Domini.

10 Hoc totum innuit exprimere Sanctus Ambrosius eo lib. 3. in Luc. ubi hæc habet: *Quod verò per Salomonem Mathæus generationem derivandam putavit; Lucas verò per Nathanaë alter Regalem; alter sacerdotalem Christi familiam, videtur ostendere: fuit enim verè, & secundum carnem Regalis, & sacerdotalis familia; Rex ex Regibus; sacerdos ex sacerdotibus.* Alia missa factio, quia dicta sufficiunt ad utramque partem meæ conclusionis stabilendam, & concludendum cum laudato Sancto Augustino: *Firmissime tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & Regum scilicet, & sacerdotum.* Sed hæc amplius ex argumentorum solutione elucescent.

SVB SECT. II.

ARGUMENTORVM

vis enervatur.

11 **A**rguis, seu objicis 1. Evangelista à me allegati minimè enarrarunt genealogiam Sanctissimæ Virginis MARIAE, nec Christi Domini, sed tantum designarunt Progenitores Sancti Iosephi præferentis quandam affinitatem Patris legalis respectu Christi Domini: ergo.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas aperte constat ex hæcenus stabilitis, & petitis ab auctoritate, & ratione, pro solutione, instaurandis. Alia etiam solutio huius objectionis communiter petitur ex eo quod cap. 3. Numer. lata fuerit hæc lex præceptiva: *Omnes viri uxores, omnes femine viros, de sua Tribu accipiant*: unde credere fas est, Sanctissimam Virginem MARIAM, & Sanctum Iosephum, utpote iustos conforres, fuisse ex eadem Tribu Iudæ, & ex eadem Familia Davidica: existimo tamen non esse necessum recurrere ad prædictam legem, ad quam potius confugiunt Hæretici pro sugillanda, & impugnanda veritate catholi-

cæ meæ conclusionis, pro qua firmanda, confirmandaque aperte docent Sancti Patres Epiphanius, & Peda, illam legem non fuisse ita generalitèr latam, ut sub se comprehenderet Tribum Regiam, & Tribum Leviticam, his enim licebat ex peculiari privilegio ad invicem se coniungere mutuis conubijs, ut pervium est in Sacra Scriptura; nam Exodi 6. dicitur, Summum Sacerdotem Aaron cepulatum conjugio cum femina de Tribu Iudæ; & lib. 2. Paralip. cap. 22. dicitur, Sacerdotem Joiadā accepisse uxorem ex Kegia Stirpe, eo quod contraxerit cum filia Regis Ioram, immò etiam inter alias Tribus aliquando intercessit mutuum coniugium, cessante motivo allegatæ legis, ut videre est apud P. Vegam hic, cert. 2. num. 908.

12 **O**bjic. 2. Evangelistæ referentes Genealogiam Christi Domini sibi invicem contradicunt, & contrariantur; nam S. Matthæus eam textit ex Davide per Salomonem, ita ut patrem Sancti Iosephi nominet Iacob, & contra verò S. Lucas eam deduxit ex Davide per Nathan, ita ut patrem Sancti Iosephi nominet Heli: ergo.

Respondeo, nego antecedens, ad cuius probationem patet solutio ex proximè dictis num. 9. ubi satis aperte constat; Sanctum Mathæum referre genealogiam naturalem, & Sanctum Lucam genealogiam legalem Sancti Iosephi; cuius pater legalis fuit Heli; ut tenet communis SS. Patrum consensus: hoc que demonstratur manifestè ex diverso modo scribendi Evangelistarum; siquidem S. Matthæus utitur verbo *genuit*; per quod exprimitur generatio naturalis, & S. Lucas non utitur verbo *genuit*, sed verbo *fuit*; per quod denotatur paternitas legalis, sic; *Ioseph, qui fuit Heli*.

13 **R**eplicabis primò cum Eximio Suarez hic: *ly qui fuit Heli, non refertur ad Sanctum Iosephum, sed ad IESVM*, eo quod Heli sit idem ac Heliachim; & Heliachim sit idem ac Ioaachim, qui quidem fuit Pater Sanctissimæ Virginis Mariæ, & binomius, seu duplici illo nomine insignitus: ergo.

Respondeo, nego antecedens, quia nullum est fundamentum rationabile, aut verisimile, ad asserendum Heli esse idem ac Ioaachim; & Ioaachim esse binomium, seu duplici illo nomine insignitum; nec illud duplex nomen esse synonymum; nec illud relativum qui refertur ad IESVM, sed ad Iosephum, qui quidem immediatior præcedit, proindeque ex communi modo loquendi ad

ipsam immediatorem personam referri debet.

14. Replicabis secundò. Ex Sac. & Io. ne Damasceno, lib. 4. de Fide ortod. cap. 15. constat Heli fuisse fratrem vterinum Jacob, ita vt Heli descendat ex Davide per Nathã; Jacob autem ex eodem Davide per Salomonem: mortuo deinde Heli sine filijs, accepit eius uxorem Jacob, vt semen eius suscitarët, iuxta præceptum Dei, in Deuteronom. cap. 25. ergo.

Respondeo, Sanctum Ioannem Damascenum ita esse intelligendum, vt nullum inconueniens ex eius intelligentia inferatur contra Sacram Paginam, vt nemo negabit: cum autem impossibile sit, quod S. Iosephus descendat ex Davide per Salomonem, & simul per Nathã ex vi generationis naturalis; inconueniens sanè sequitur contra Sacram Paginam ex eius intelligentia in sensu intento ab adversarijs; siquidem sequitur Sanctum Matthæum à veritatis scopo aberrare, & à proposito ac promissione deflectere, dum promittit, se tradere genealogiam Christi Domini, qui quidem non fuit genitus ex S. Iosepho, sed ex Sanctissima Virgine MARIA, & qui promissus fuerat generandus ex prosapia regia Davidis, cuius filius Salomon fuit; proindeque abolendus erit ille titulus, *Liber Generationis Iesu Christi Filij David*. Vnde dicendum est, Sanctum Matthæum tradidisse Genealogiam Sanctissimæ Virginis MARIE, sicut ille eius Sponsi S. Ioseph, naturalem, per lineam paternam, modo supra explicato, & S. Lucam tradidisse Genealogiam Sanctissimæ Virginis MARIE naturalem, per lineam maternam, ita vt hæc posterior Genealogia sit legalis respectu Sancti Iosephi, vt supra stabilitum est. Sic enim recte intelligitur ipse S. Doctor Damascenus, qui ibidem ita concludit: *igitur ex stirpe Nathan filij David*. Vbi fortassis, non assertive, nec ex propria sententia, sed relative, & ex aliena sententia loquutus est.

15. Objic. 3. cum Hæreticis. Sanctissima Virgo MARIA fuit vxor, & Christus Dominus fuit filius fabri Sancti Iosephi: ergo ex regijs Proavis non descenderunt.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam; quia ars lignaria fabrilis non fuit ignobilis, nec vilis apud Hebræos, vt colligitur ex 1. Paralip. cap. 29 & Exodi 31. sicut nec apud Ethnicos, vt desumitur ex eo, quod Rex Vlysses se iactat

ac gloriatur, proprijs manibus fabricasse thorum conjugalem, & navim construxisse, ac proinde evaleat peritus huius artis Fabrilis, vt videre est apud Homerum lib. 5. & 23. Odyss. & apud Alianum lib. 7. var. hist. Vnde nec lanificium censendum est, extenuasse, nec obscurasse Regiam nobilitatem Sanctissimæ Virginis MARIE, immò in de illustrior splendescit, non aliter ac illa mulier fortis, & nobilis, de qua dicitur Pro verb. 31. *Quæsit lanam, & limum, & operata est consilio manuum suarum*; maxime si hoc fiat ad sublevandam paupertatem, quæ sepè nobilitatem comitatur; vnde ortum habuit illud Hispanicum diæterium: *La pobreza no es vileza*; quod ex nobilium Cantabrorum consuetudine ostendit P. Vega hic, num. 917. Sed hæc, & alia huius instituti amplius ex dicendis sectione sequente elucescent.

SECTIO II.

AN SANCTISSIMA Virgo MARIA habuerit verum ius in Sceptum Iudæ, & Regnum Israël.

16. **D**Ubi hunc non procedit de actuali usu, & possessione regnandi, quæ sanè nulla fuit, vt omnes fatentur; sed procedit de iure regnandi, de quo in presentiarum, æquo Marte, discutatur. Licet autem in fronte quæstionis de sola Sanctissima Virgine MARIA dubitetur, in dubium utique revocatur ius regnandi Sancti Iosephi; immò & Christi Domini vi generationis temporalis; cum pro omnibus æquatio militare videatur, vt iam constabit.

SUBSECT. II.

AFFIRMATIVA SENTENTIA eligitur, ac stabilitur.

17. **P**Lacet affirmativa sententia, & conclusio tenens, Sanctissimam Virgi-

Virginem MARIAM, vt pote filiam unicam sui Parentis Sancti Iosephi, habuisse verum ius proximum hereditarium in Sceptum Iudæ, & Regnum Israël; licet possessionem actualem, seu exercitium, & vltimum non habuerit. Idemque est de Christo Domino iure filiationis temporalis, & de Sancto Iosepho iure desponsationis matrimonialis: ita in re PP. Azor lib. 2. inst. moral. cap. 15. Rhodæ quæst. 3. lect. 1. §. 4. Uega palest. 10. cert. 1. num. 904. Poza lib. 2. tract. 11. cap. 13. Cornelius in cap. 1. S. Mathæi Petrus Morales lib. 2. in Math. tract. 9. cõc. 1. Alphonfus de Mendoza in relect. Theolog. de vniuersali Christi Regno; & Bachonijs in 4. quæst. 1. Armachanus lib. 4. de quæst. Armen. cap. 16. Burgensis addit. 2. in cap. 1. S. Mat. Abulensis, quæst. 30. in cap. 2. S. Mat. ad illa verba; *Ecco venit Rex tuus*: adferunt insuper eidem affirmatiue sententiæ S. Bernardinus Senensis, tom. 3. serm. 1. de S. Iosepho; S. Athanasius, serm. de Deipara; S. Hieronym. in cap. 22. Ieremiæ; S. Epiphanius, hæresi 29. Pro contraria tamen sententia negativa militat PP. Suarez, Valquez, Hurrado; Lugo, Vvaldæsis, & alij plures, quos apud proximè citatos inuenies, præsertim apud Vegam, num. 905. §. *adversus hanc sententiam*.

18. Probatum nostram affirmatiue conclusionem primò ex Sacra Pagina; nam cap. 1. Sancti Mathæi, vt ostensum est sectione antevigente, Sanctissima Virgo MARIA, & eius Sponsus S. Iosephus, demonstrantur descendere per lineam paternam ex Davide, & Salomone, alijs que Regibus Iudæ, & Israël ita vt S. Iochimus verus naturalis Pater Sanctissimæ Virginis MARIE, per lineam paternam Primogenitorum, haberet ius verum, & proximum hereditarium in Regnum Davidicum, quatenus fuit frater maior nati Jacobo, qui fuit verus naturalis Pater S. Iosephi Sponsi Sanctissimæ Virginis MARIE, vt tenet communis consensus Doctorum ex allegato capite 1. Sancti Mathæi, cum PP. Cornelio, Matiana, Tirino, Poza, Vega, & Rhodæ; vbi supra, §. 3. & videre est sectione antecedente, num. 9. pro quibus iatis est in medium proferre clarissima verba Patris Matiana, in cap. 1. S. Mathæi vbi ait: *Putabam, Iochimum Patrem Virginis, & Iacob Patrem Iosephi, fuisse fratres Virginis, & Iosephi idem genus, eosdem progenitores usque ad Mathan Avum Iosephi, & Patrem Iochimi, qui fuit natu maior, quam Iacob Pater*

Iosephi; unde ad Iochimum potius tanquam ad Primogenitum attinebat ius Regni. Quid pro re nostra præclarius? Vnde tale ius per se Iochimum devolutum, morte ipsius, pervenit ad suam filiam unicam, seu vniigentam Sanctissimam Virginem MARIAM, ac proinde ad Sanctum Iosephum iure desponsationis matrimonialis, & ad Iesum Christum iure filiationis temporalis; Deus enim specialis providentia eos reservabit, ne morti traherentur, quam Herodes machinavit adversus Antigonum, & alios quadraginta quinque viros descendentes ex Regia Familia Davidis, vt bene observat laudatus P. Vega, vbi supra num. 905. ergo dicendum est, Sanctissimam Virginem MARIAM, vt pote filiam unicam sui parentis Sancti Iochimi, habuisse verum ius proximum hereditarium in Sceptum Iudæ, & Regnum Israël; & consequenter Sanctum Iosephum iure desponsationis matrimonialis; & Christum Dominum iure filiationis temporalis.

19. Probatum secundò ex eodem textu S. Math. cap. 1. vbi proponit hanc quasi conclusionem, scilicet IESVM esse filium Davidis, per illa verba: *Liber Generationis Iesu Christi filij David*; & vt probet hanc suam conclusionem, recurrit ad recensendam Regiam Genealogiam ipsius secundum carnem, sive regalem prosapiam cuius matris, aut matris patris Sanctissimæ Virginis MARIE, simulque Sponsi augustissimi Sancti Iosephi, per lineam paternam utriusque consortis, vt patet ex contextu, & ex supra stabilitis manifestum est: proindeque, cum nefas sit dicere, Sanctum Evangelistam Mathæum non probasse bene suam conclusionem, facta est dicere, bene probatam esse nostram conclusionem, quæ in re est eadem, & eidem fundamentò nititur, vt de se clarescit.

20. Probatum 3. quia Lucæ capite 1. dicitur de Christo Domino unico Filio Sanctissimæ Virginis MARIE; *Dabit illi Dominus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*: que verba nequeunt verificari, nisi intelligantur in sensu nostræ conclusionis de vero iure proximo hereditario regnandi, quod devolutum fuit ad Sanctissimam Virginem MARIAM matrem Christi Domini; ita vt adhuc ipsa vivente, posset totum illud verificari de Christo Domino vniogenito eius filio, sicut alibi sæpe verificatur, quod Princeps vniogenitus, sive Primogenitus Filius Regiæ, habeat ius in

in regnum, adhuc vivente ipsa Regina matre: unde S. Hermengildus Martyr pleno ore indigitatur Rex ab Ecclesia, adhuc superflite parente: quod ultra claret, & citra dubitationis aleam patet, si interveniat cessio regia per testatis, sive iuris regnandi, ut in nostro casu intercessisse ex parte sacrorum parentum verisimile est: ergo.

21 Roboratur, quia alibi passim in Sacra Pagina Christus Dominus dicitur *Filius David* ita ut hoc debitum decus notissimum esset apud Hebræos, quod nec latebat cæcos clamantes, *miserere nostri Fili David* Math. 9. nec pueri conclamantes in triumpho Palmarum, *Osanna Filio David*, Math. 21. nec mulieres, in Cananæa vociferantes, *Miserere mei Domine Fili David*, Math. 15. Unde etiam ipsi Christo Domino sæpe tribuitur in eadem Sacra Pagina gloriosus titulus Regis ratione iuris veri, & proximi hereditarii in Regnum Davidis sui patris, seu progenitoris gloriosissimi: ita ut hoc non latuerit adhuc Gentiles, ut compertum est in Regibus Magis proclamantibus, *vbi est, qui natus est Rex Iudæorum*, apud quatuor Sacros Evangelistas. Accipe aurea verba ad ad rem Episcopi Abulenensis vbi supra, ad illud Zachariæ: *Ecce Rex tuus venit*; sic elucidatum: *Dixit Rex tuus, quia de Messia loquebatur, qui Rex erat; de semine enim Regali David erat, cui promissum erat, quod regnaret. Luca 1. Rursus Christus vocatus est Rex Iudæorum in titulo Passionis, qui titulus Deo placuit, tanquam conversionis, ideoque licet Iudæi voluerunt illum deleri, Deus non permisit, dans in mentem Pilato, quod sic maneret titulus, Ioan. 16. Cum Christus omnium Iudæorum esset specialiter Rex, adhuc specialius erat Rex Sion, & Hierusalem, quia ibi erat Metropolis Regni.*

22 Hinc argumentor sic: Christus Dominus est, & erat tunc, summa, ac prima veritas, ut ipse de se testatur, & nemo cordatus negabit; proindeque pervium est omnibus, quod non pateretur dolum, simulationem, nec mendacium in illis, qui ipsum *Filium David*, & *Regem Iudæorum* compellabāt, si in tali compellatione deflecterent à veritate: deinde ex nullo alio capite verum erat ipsum esse *Filium David*, & *Regem Iudæorum* specialiter, nisi ex eo quod esset vnigenitus filius Sanctisimæ Virginis MARIE secundum carnem, ut otè quæ erat vnigenita filia Sancti Iochimi descendens per lineam Primogenitorum ex regia familia David, ut supra ostensum est: ergo dicendum est, Sanctis-

tissimam Virginem MARIAM utpotè filiam vnigenitam sui patris Sancti Iochimi, habuisse ius verum, & proximum hereditarium in regnum Davidicum, & ex ipsa devolutum fuisse, tum ad Sanctum Ioseph iure dispensationis matrimonialis, tum demum ad Christum Dominum iure filiationis temporalis.

SVBSECT II.

EFFUGIA ADVERSA præcluduntur; & argumenta prostantur.

23 Objic. 1. In Hebræorum Regibus publica non poterat fœmina adire Regni hereditatem; siquidem hac de causa Athalia fœmina, quæ Regnum invasit, perempta fuit iussu Joiadæ Summi Sacerdoti: ergo.

Respondeo, nego antecedens; quia mihi me constat, hoc cautum fuisse à lege, nec fœminam fuisse incapacem Regni: immo potius constat, oppositum esse verum ex lege lata lib. Numer. cap. 27. & 29. scilicet fœminam posse adire Regni hereditatem, & ipsum Regnum capescere, dummodò nuberet viro proximiorilineæ paternæ ex consanguineis regijs, ut in nostro casu factum est per matrimonium contractum cum Sancto Iosepho, iuxta supra stabilita. Athalia autem non fuit perempta ex hoc capite, sed quia aliunde audax, & præceps occidit regiam profapia, ut per vim Regina coronari consequeretur.

24 Objic. 2. Eo tempore florebant plures viri de Familia Regia Davidis, penes quos potiori iure erat ius proximum in Regnum Davidicum: ergo.

Respondeo, nego antecedens; quia ex Genealogia Regia Davidis recensita à Sancto Matthæo cap. 1. & occisione perpetrata ab Herode tunc temporis, iuxta dicta proximè num. 18. constat manifestè, Regnum Davidicum per lineam directam paternam devolutum fuisse in Sanctum Iochimum fratrem natu maiorem Jacobo patre Sancti Iosephi; ac proinde ex nullo capite pro-

probari potest, ea tempestate extitisse aliquem alium virum regium, qui potiori iure frueretur ad Regnum David.

25 Objic. 3. Sanctissima Virgo MARIA non descendit ex Davide per Salomonem; etiam si descenderit Sanctus Iosephus eius Sponsus: ergo.

Respondeo, nego antecedens; quia semel admisso tali descensu in Sancto Iosepho, debet utique admitti, in Sanctissima Virgine MARIA eius Sponsa potiori iure Primogenitorum; siquidem eadem est genealogia paterna utriusque confortis apud Sanctum Matthæum cap. 1. & aliunde penes Sanctissimam Virginem MARIAM utpotè filiam vnigenitam Sancti Iochimi Primogenitis, ac fratris natu maioris Jacobi patre Sancti Iosephi, residebat primariū ius hereditatis regie, iuxta supra insinuatam legem Numer. cap. 27. quæ quidem sic se habet: *Homo, cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas; si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos; quod si & fratres non fuerint, dabitur hereditatem fratribus patris eius.*

26 Objic. 4. Ex cap. 22. Jeremiæ constat, Jechonia Regem vltimum recensitū à Sancto Matthæo in genealogia Christi Domini fuisse à Deo exheredatum; ita ut eius posterii amiserint ius ad Regnum Davidicum, ut tenent plures Doctores cum Eximio Suarez supra citato: ergo.

Respondeo, nego antecedens, quoad posteriorem partem; quia exhereditatio adhuc iusta regni, licet prius possessione, & exercitio regnandi, quod sanè sortitus est Sedecias pater Jechonia, nihilominus non privat iure ad regnum; ac proinde nil inferitur contra meam conclusionem, quæ sanè non procedit de exercitio regnandi, sed tantum de iure ad regnum, ut supra ostensum est. Unde in hoc iure ad regnum Davidicum potest salvari veritas v. vicini divini dicentis; Genesis 49. non deficiet, siue non auferetur sceptrum de Iudâ, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittentis est: scilicet Messias; de quo consonat Micheas 5. apud Sanctum Matthæum 2. *Et tu Bethleem terra Iudâ; nequamquam minima es in principibus Iudâ, ex te enim exiit Dux, qui regat populum meum Israel.* Maxime cum allegati Doctores nequeant commaculare ius Sanctissimæ Virginis MARIE, eiusque filij Christi Domini, adhuc ut hominis, ex delicto Jechonia; rursusque ius etiam regnandi omnino non divertit

regia profapia, ex eo quod transierit ad Sedeciam patrum Jechonia; ut nuperrimè dictum est.

27 Objic. 5. per instantiam Præscriptio plurium annorum vique ad Christi Domini Nativitatem, qui ad minus fuerunt, D. LXXXV. privavit iure ad Regnum Davidis, & Jechonia; posteros descendentes ex illis per lineam rectam: ergo.

Respondeo, nego suppositum antecedentis, videlicet, quod tunc temporis viguerit præscriptio siue extiterint receptæ, ac valida apud Hebræos leges statuentes præscriptionem; siquidem potius tales leges sunt oppositæ, & contrariæ omnino tam legi de iubilæis, ut observat P. Rhodes hic, quam consuetudini iustæ ipsorum Hebræorum, ut adnotat P. Vega supra laudatus; ita ut proinde teneat communis sententia Sacrorum Interpretum ad caput 11. Iudicum, iustè irrituè in Cananæos, eo quod filij Sem fuerint deiecti à filiis Cham; licet hæc deiectio accidisset retro actis annis quingentis, qui legi iustæ vindictæ præscriptionem non attulerunt.

28 Objic. 6. Christus Dominus non habuit ius in Regnum Davidicum, nisi ratione vnionis hypostaticæ cum verbo divino: ergo.

Respondeo, nego antecedens, quod expressè constat, & aduersatur manifestè testimonijs Sacrae Paginae, & auctoritatibus Sanctorum Patrum supra traditis, in quibus aperte tribuitur tale ius Christo Domino, quæ homo est, siue ratione profapie humanæ, & generationis temporalis ex Davide, cuius filius indigitatur: alioquin omnino superfluum esset, recenseri à Sancto Matthæo cap. 1. genealogiam regiam ipsius Christi Domini ex Davide; rursusque nugatorium esset, in sacra pagina appellari specialiter Regem Iudæorum, cum deberet generaliter dici, esse Regem Græcorum, & aliorum hominum, si ille titulus Regis tribueretur Christo Domino ratione vnionis hypostaticæ cum Verbo Divino, cuius dominium extenditur ad omnes, ut de se patet Rursus inferretur inde, quod si Christus Dominus ratione solius vnionis hypostaticæ cum Verbo Divino haberet tale ius ad Regnum Davidicum, pariter si duæ aliæ personæ divinæ incarnarentur, haberent utique ipsum ius in regnum Davidicum eadem ratione vnionis hypostaticæ, ut patet: atqui hoc repugnat, siquidem tunc non esset vnigenitus

cus Rex, sed essent tres Reges, quod quidem destruit rationem Regni seu Monarchiæ, prout condistinguitur ab Aristocratiâ, & Democratiâ, ut tenent omnes Phylosophi, Politici; ergo ne sequatur hoc inconveniēs legitimè illatum ex argumento, dicendum est tale ius non residere in Christo ratione, sed ius vnionis hypostaticæ.

29 Objic. 7. Christus Dominus in deserto recusa vit electionem sui in Regē, quā inten debant quinque mille homines ab ipso mirabiliter saturari. Ioannis cap. 6. ergo.

Respondeo, tunc recusasse possessionem, & exercitium regnandi, quod inten debant; illi homines volentes per vim, illum facere Regem; rursusque noluit prudenter, aniam præbere Scribis, & Phariseis, ut postea proclamarent, ipsam commovere turbas, & facere se Regem. Immo indè potius potest confirmari, quam infirmari nostrum intentum, si quidem superflua esset ea electio in Regem quoad ius regnandi, cum iam Christus Dominus frueretur tali iure ad Regnum, ut ipse palam confessus est Pilato interroganti; *Tu es Rex Iudæorum?* Math. 27. dum respondit, *Tu dicis*; licet ibidem negaverit, se habere exercitium regnandi, & apparatus Regium militum, & aulicorum, cui addidit; *Regnum meum non est de hoc mundo*; nec aliquid aliud intendit insinuare per hæc verba, ut videre est apud Sacros Interpretes; qui etiam indè inferunt moralitates doctrinales, ut nos curemus recusare dignitates huius mundi exemplo Christi Domini.

30 Et satis de his, quæ claudere fas est aureis verbis Nobilissimi Interpretis Guillermi in Cantica, cap. 3. ubi ait: *cum dicit Filius Altissimi, indicat diadema paternum, propter quod habet in favore suo scriptum, Rex Regum. Cum ait sedem David Patris eius, indicat diadema maternum, cuius ratione titulus super Crucem positus est, IESVS NAZARENVS REX IUDÆORVM. Necessarium ergo fuit, non solum decens, ut Verbum æternitatis gloria coronatum, Regio etiam sanguine per MARIAM decoraretur, ut ex hac parte non videretur defectuo sum sine Materno Diademate, quo enim Mater coronavit, nempe Regiam nobilitatem tribuendo assumpta humanitatis, eo quod illum de sanguine suo regio secundum carnem concepit. Quid nobiliter pro hæcenus stabilis? sed iam ad alia. Vide insuper infra num. 52.*

(o)

SECTIO III.

DE PVLCHRITVDINE corporis, & animæ Sanctissimæ Virginis MARIÆ.

31 **D**ivinus Sponsus in Canticis pulcre describit pulchritudinem suæ Sponsæ Sanctissimæ Virginis MARIÆ; ac demum cap. 4. illam appellat *totam pulchram*, ut exprimeret, teste Beato Alano, non solum corporis, sed etiam animæ pulchritudine splere descere; nam electa ex millibus extitit Mater illius, qui a suo Regio Proavo Davide proclamatur *speciosus forma præ filiis hominum*; Psal. 44. Unde eius pulchritudinis plusquam humanæ, elegantique forme splendorem vix adumbrarunt in veteri testamento pulcherrimæ mulieres Esther, Judith, Rachel, & Rebecca; omnes enim longe, lateque superavit: superior etenim extitit optima eius complexio corporalis, cuius tanta fuit temperies, ut nunquam in morbum aliquem inciderit, ut testantur plures primæ notæ apud Eximium Doctorem, tom. 2. in 3. part. disp. 2. sect. 2.

32 Sed quia *vana est pulchritudo corporis* faminei, Prov. 3. quæ exposita est cœditati animæ propriæ, aut alienæ, quatenus propter speciem mulieris multi perierunt, Ecclesi. 9. si locum habeat in illa id, quod Martialis de Catulla canit, lib. 8. Epist. 53.

*O quam te fieri Catulla, vellem,
Formosam mirus, aut magis pudicam.*

Licet semper securus sit sacri oloris castum consilium contentum in illo solemni dysthico:

Quid facies, facies veneres, si veneris ante?

Ne sedeas, sed eas, ne pereas per eas.

Principaliter commendatur pulchritudo corporalis Sanctissimæ Virginis MARIÆ ex

eo


eo quod potius pudicitiam excitaret, ut possent vetè dici beati oculi, qui eam viderunt; ita tenent plures SS. Patres, & Doctores cum Angelico Divo Thoma in 3. dist. 3. quæst. 1. art. 2. & Divo Ambrosio lib. de inst. Virg. cap. 7. ubi ait: *Tanta erat eius gratia, ut non solum in se virginitatem servaret; sed etiam, si quos inviseret, integritatis insigne conferret.* Consonat Sancta Brigitta cap. 3. serm. Angel. per hæc verba: *Gratissimam eius corporis pulchritudinem, omnibus eam cernere cupientibus, vtiliter fuisse, & consolatoriam in terris.*

33 Sed ut alia missa faciam, fas est in medium proferre omnibus numeris abso lutam descriptionem, quam ex S. Epiphanio tradit Nizephorus lib. 2. hist. cap. 23. his verbis: *Erat in omnibus honesta, & gravis; pauca ad modum verba, eaque necessaria loquens; ad audiendum facilis, & perquam affabilis; honorem suum & venerationem omnibus exhibens: statura mediocri, quamvis sint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse, dicant: decenti dicens libertate adversus omnes homines usa est sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maxime. Colore fuit triviciu referentis; capillo flavo; oculis acribus subflavos, & tanquam olea colore pupillas in eis habens: supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra; nasus longior, labia florida, & verborum suavitate plenafacies non rotunda, & acuta, sed aliquanto longior; manus simul, & digiti longiores. Erat denique fastus omnis expertus, simplex, minimeque vultum fingens; nihil molitit ei secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens: vestimenta, quæ ipsa gestavit, coloris nativi contenta sunt, id quod etiam nunc sancti capitis eius velamen ostendit. Et ut paucis dicam, in rebus eius omnibus multa divinitus inerat gratia* Hactenus Nizephori verba meliflua, non tam calamus, quam medullas cordis cœlesti dulcedine perfuderunt.

34 De corporis pulchritudine ad animæ formam calamus evolveret, ni audire & S. Petrum Damianum serm. 1. de Nativ. Virginis sic aientem: *taceat, & contremiscat omni creatura, & vix audeat aspicere tantæ dignitatis immensitatem: hæc est enim domus, quam edificavit sibi sapientia increata Verbi Divini; hoc est enim Templum, & Sacrarium totius Sanctissimæ Trinitatis; hinc animus assurgat, erigatur mens etiam Angelica ad quæque maxima charismata contemplanda; numeret stellas, si potest; milleque modis iteret illud sacri oloris: Tot tibi sunt dotes; Virgo, quot sidera celo.*

35. Inter præcipuas naturales dotes animæ annúmeratur bona in dolens, quæ tanta fuit in SS. Virgine MARIA, ut non desint aliqui Theologi apud P. Amicum, tomo 1. disp. 12. asserentes. Deum prævidisse omnibus auxilijs de facto concessuram animam SS. Virginis MARIÆ. Optimus etiam fuit ipsi intellectus; vltusque rationis supernaturaliter acceleratus, ut tenet communis consensus Sanctorum Patrum, & Doctorum, idque a primo instanti, imò etiam in ipso primo instanti reali sue Purissimæ Conceptionis in gratia, & gloria: hæc est enim *sedes sapientia*, & ut ipsa Sapientia restatur cap. 7. *Est in ea spiritus subtilis; & dissolutiones argumentorum*; cap. 8. Unde Sanctus Antonius 3. part. tit. 15. cap. 19. §. 4. expr. se docet, Sanctissimam Virginem MARIAM ornatam fuisse omnibus habitibus scientiarum naturalium, quales sunt Logica, Physica, & Metaphysica; cui asserto suffragantur Beatus Albertus Magnus, & Eximius Suarez, tract. 5. disput. 37. & P. Tannerus tom. 4. disput. 2. quæst. 1. dub. 3. ubi hoc demonstrat a paritate Adami Protoparentis nostri, cui infusi fuerunt omnium scientiarum habitus; rursusque quia hoc maxime conducebat ad perfectam Sacre Scripturæ intelligentiam, & ad scientiam moralem infusam, quam Sanctissimæ Virgini MARIÆ concedunt Theologi vanimitè. Immo addit P. Aldrete, disp. 58. de Incarn. sect. 2. num. 9. Sanctissimam Virginem MARIAM fuisse condecoratam speciebus magis universalibus, quam sunt species intellectus Angelici, quia semel concessa hac excellentia Christo Domino, quatenus est Rex, ac Dominus Angelorum, consequens videtur concedi Sanctissimæ Virgini MARIÆ, quatenus etiam est Regina, ac Domina Angelorum. De scientia autem beata infra constabit.

(o)



B2

SEC.

SECTIO IV.

DE NOMINE SANCTISSIMO MARIA.

36 Merito iure Princeps Philosophorum Aristoteles lib. 8. Met: docuit, *Nomina nos ducere in cognitionem rerum*: proindeque hic agere fas est de Nomine Sanctissimo MARIA, quod nos ducat in cognitionem, non solum deum super naturalium, sed etiam naturalium illius singularis feminæ, quæ sola inter alia hoc Nomen promeruit. Et quidem creditur prænuntiatum ab Angelo, prius quam in utero conciperetur, non minus, nec aliter, ac Nomen divinum IESUS, Lucæ 1. nomen Ioannes ibidem, & nomen Isaac, Genes. 17. siquidem, teste S. Petro Damiano, *de Theſauro divinitatis. MARIE Nomen evoluitur*: Serm. de Annunt.

37 Origo, seu ethymologia Nominis MARIE, diversimodè accipitur à SS. Patribus, & Doctoribus, quorum aliqui cum Sancto Ambrosio lib. de Inſt. Virg. cap. 5. volunt idem significare, ac *Domina, Doctrix, seu Magistratrix*; sive *illuminatrix, & iaculatrix maris, aut Stella maris*; quæ postrema interpretatio receptissima est, eam que tradit Angelicus Doctor S. Thomas, opusc. 8. per hæc verba: *MARIA interpretatur Stella maris; quia sicut per stellam maris navigantes diriguntur ad portum, ita Christiani diriguntur per MARIAM*. O MARIA! Stella maris, ad optatum portum me dirigas; vnam enim te cæli, soli, & salii stellam innumeras alias cælestes stellas splendore vincens exoro; audio namque Sanctum Anselmum proclamantem sic: *Ad MARIAM Patronam accedamus; impossibile est, ut pereamus*. Consultantur de hoc Sanctissimo Nomine MARIA apositivissimè interpretato PP. Canisius lib. 1. de B. Virgine, cap. 1. Vega, tom. 2. palæstra 18. per roram, à pagina 85. Rhodes hic, quæst. 3. sect. 1. §. 5. quæst. 19. fol. mihi 87. alijque Sacræ Scripturæ Expositores in caput 1. S. Lucæ.

38 Consona sunt, nec omittenda verba B. Alberti Magni ad illud Genesios cap. 1. *Congregationes aquarum appellavit MARIA*; ubi addit: *in hoc est differentia, quod congrega-*

tio aquarum appellatur Maria, mediâ correptâ, congregatio verò gratiarum appellatur MARIA mediâ productâ; illa congregatio aquarum brevis est, hæc autem perpetua est. Origo fontium, & fluminum maris; virtutum auctrix, & scientiarum scientia sanctorum MARIA. Unde ipsum Nomen MARIA voce tenus expressum arguit scientiarum magisterium, & Magistrum constituere videtur, ut bene observat P. Pereyra; ex eo quod eum Christus Dominus sub horulani specie apparuit Magdalenæ, statim ac ipse pronuntia vit Nomen MARIE, contalutatus fuit *Rabboni*, quod dicitur *Magister*: Ioan. cap. 20.

39 Plura alia privilegia, eximia que charismata cõtenta in Sanctissimo Nomine MARIA videri possunt apud laudatos Auctores, & apud alios sacrarum literarum Antistites, quæ in eius andes fufis calamis evolarunt, ut merito adimpleretur illud Davicum Psalmo 47. *Secundum Nomen tuum, sic laus tua in fines terra*. Nec ab hoc munere defecerunt adhuc Gentiles, ut videtur in citato Canisio; siquidem prænuntiatum fuerat iam pridem Sanctissimum hoc Nomen MARIA a Sybilla Herythraea, lib. 8. ubi canens de Christo Domino, profetat sic:

*Et brevis egrediens MARIE de Virginis albo,
Ex orta est lux nova.*

Verum ad tanti Nominis dignas laudes absolvendas insufficiens est hominis corruptibilis lingua, immò incorruptibilia Angelicæ revelare semper Parentibus Ioan. himo, zeli, qui illud meruit prænuntiare, & Annæ, ut ex Sanctorum Patrum consensu ostendit Exim. Suares hic, disp. 7. sect. 1.

40. Nec est animus immorari in enucleando dubiolo, quod in presentiarum controvertitur à PP. Poza, Rhodes, & Vega, locis proximè citatis, an scilicet SS. Nomen MARIA, producat effectus nobis vtilis, immò & miraculosos, non quidem ex natura rei, sed ex opere operato? Circa quod P. Rhodes negat adhuc loquendo in sensu improprio, eo §. 5. Affirmat verò absolute P. Vega, eo certam, 4. & 5. ubi suam sententiam omnigena eruditione confirmat; & procedit de SS. Nomine MARIA non quidem per modum Sacramenti rigorose, nec per modum Sacramentalis institutionis Ecclesie, uti est aqua benedicta, sed per modum Sacramentalis institutionis

ne

ne Dei, uti est sacrosancta Crux Christi Domini, cuius proinde SS. Nomen IESU concedere tenetur eandem gratiam Sacramentalis, & ea omnia, quæ SS. Nomen MARIE concedit, ut de se clarescit.

41 Sat mihi sit saltem ex opere operantis experiri mirabiles effectus, & utilitates, quæ ex invocatione SS. Nominis MARIE recensentur à SS. Patribus Ecclesie, inter quos Seraphicus Doctor D. Bonaventura in speculo Virg. cap. 8. hos effectus enumerat: fugare demones, maxime in articulo mortis; repellere tentationes, & suggestiones diabolicas, præsertim carnales; liberare ab omnibus periculis animi, & corporis. Ad rem audiendus Melifluus Abbas D. Bernardus homilia 2. super Missus est; ubi late, & luculentè recensens plures huiusmodi effectus, concludit sic: *In periculis, angustijs, in rebus dubijs, MARIAM cogita, MARIAM invoca; non recedat à corde; & ut impetres eius orationis suffragium non deseras conversationis exemplum; & sic in te metipso experiris, quam merito dictum sit, & Nomen Virginis MARIE*. Consonat B. Albertus Magnus in cap. 1. S. Lucæ ubi ait: *si illecebra carnis te trahant, & superantes iam ad illicitas delectationes te propellant; baptizate in amaritudine maris, & nomina MARIAM, & sic pro certo in te experieris, quam iuste vocatum est Nomen Virginis Maria*. Experiamur omnes divinam hanc vim Sanctissimi Nominis MARIA, proindeque non recedat ab ore, non recedat à corde.

SECTIO V.

AN SANCTISSIMUM
Nomen MARIA sit nobis
utilius, & efficacius ad bona
consequenda, quam
Divinum Nomen
IESUS;

42 Hæc est sane quæstio de Nominibus, sed utiq; vtilis; siquidem in re omnes vno ore fatentur, totam vtili-

vitatem, & efficaciam splendentem in Nomine MARIA haberi quasi ex divino fonte ex Nomine IESU, quod teste Apostolo, est *Nomen super omne nomen*, ad Philip. 2. scilicet dignitate divina subiecti, cui inditum est, & donatum à Deo. Procedit autem quæstio de actu exercito, seu de actu secundo efficacitatis, & de utroque Nominis ut invocato à nobis ad bona consequenda: in quo sensu pro negativa sententia nemo est expresse citatus, licet plures pro ipsa stare supponatur; pro affirmativa verò sententia militent PP. Vega palæst. 1 v. cert. 3. Mendoza in suo Virid. lib. 2. de Flor. Sac. probl. 2. num. 14. & Aiala in suo horto, laureola 2. axiom. 13. Auctores tamen hi floride, & concionatorie procedunt potius quam scholastice in suis probationibus; imò & in conclusionibus recedunt a præfuso titulo quæstionis, quem ipsi sibi proponunt, ac proinde alia via mihi incedendum est, ut tota res scolastico more resolvatur.

SUBSECTIO I.

MENS NOSTRA APERITUR, & conclusio probatur.

43 Placet assertio hæc: Sanctissimum Nomen MARIA non est vtilius, nec efficacius, quam Divinum Nomen IESUS; sed est æqualis vtilitatis, & efficacitæ in actu primò; ast in actu secundo operatur cum maiori, vel minori efficacitate, si detur maiortas, vel minoritas ex opere operantis, seu implorantis. Hæc conclusio satis clara est; sed tamen ut plena, & planè eius intelligentia vndique innotescat, ac lites inanes de vocibus vnitentur, fas est in presentiarum admonere, & adnotare, has voces *æqualis, inæqualis, æqualitas, inæqualitas*, posse sumi grammaticalitèr, ac rigorosè, & posse sumi theologice, ac latè; ita ut, si sumantur in priori sensu, præ se ferant distinctionem realem actualem vnius ab alio, quandoquidem in rigore loquendo, nulla res dicitur esse *æqualis, nec inæqualis* respectu sui ipsius, ut omnibus pervium est: vnde alibi assentior aliquibus primarijs Theologis asse-

Bj

gen

rentibus, attributa divina, nec esse æqualia, nec esse inæqualia inter se rigorose loquendo, eo quod realiter actualiter identificentur inter se; aut in posteriori sensu theologico, & lato possunt dici attributa divina æqualia, vel inæqualia inter se; sic enim licet hæc vox *substantia* rigorose, & philosophice supra nequeat competere gratiæ habituali, quæ quidem propriè est accidens, siue ens in alio, non verò ens per se; nihilominus tamen sumpta theologice, ac late, dicitur substantia in ordine supernaturali; pariterque licet Theologia non sit *scientia* rigorose, & philosophice sumpta pro cognitione clara, & evidente, nihilominus dicitur ex D. Paulo ab aliquibus Theologis, scientia theologice, quatenus est cognitio certa, quantum libet obscura ex Parte propositionis fidei, quæ ab eodem Apostolo *argumentum non apud parentium* definitur. Hac de causa, ad vitandam prædictam litem de voce, addidi in conclusione ly, *id est non maioris, nec minoris, sed eiusdem utilitatis, & efficaciæ in actu primo.*

44 Probatur conclusio quoad hanc priorem partem; nam Sap. P. Viegas in cap. 12. Apocal. tom. 2. sec. 1. sacra eruditione ostendit; in Nomine *MARIÆ* includi, & contineri formalitèr Nomen *IESV*, quod utrumque Thehagrāmanton est; idè quæ demonstrat receptior, & plausibilior interpretatio Nominis *MARIÆ* supra tradita ex D. Ambrosio, lib. de instit. Virg. cap. 3. ubi ait, Nomen *MARIÆ* esse idem ac *Deus ex utero meo, siue ex genere meo*, scilicet *Deus incarnatus ex me*; in quo proinde datur idemtas rei significatæ, licet detur diversitas literarum, qualis datur in nomine *Iehovah*, ac in nomine *IESV*, quod idem est in re significata. Vnde ex communi consensu Sanctorum Patrum, & rectè nominum notitia, tom. 9. Bibliothecæ Patrum traditur hæc verba Arnoldi Carlotensi: *MARIA, in lingua Syriacè, Domina dicitur, & IESVS Dominus; atque eius gloriæ cum matre, non tam communem indito, quam eandem*: quid ad rem præclarior pro eadem gloria utriusque sacratissimi Nominis; ergo Sanctissimum Nomen *MARIA* non est nobis utilius, & efficacius, quam Divinum Nomen *IESVS*, sed est, non maioris, nec minoris, sed eiusdem utilitatis, & efficaciæ in actu primo.

45 Probatur conclusio quoad poste-

riorem partem: idè enim, iuxta adversarios supra citatos, Nomen *MARIÆ* operatur in actu secundo exercito cum maiori efficaciâ sui, & utilitate nostra, quia Nomen *IESVS* est nomen Iudicis, & Nomen *MARIÆ* est nomen Matris misericordiæ, atqui hinc non inferitur intentum adversariorum, sed solum convincitur meum intentum, scilicet dari maioritatem ex opere operantis, seu implorantis Nomen *MARIÆ*; ac proinde in actu secundo operari cum maiori, vel minori efficaciâ, si detur maiortas, vel minoritas ex opere operantis, seu implorantis, iuxta posteriorem partem meæ conclusionis: ergo. Probatur minor, in qua sola sistit difficultas; quæ cognitio illius tituli Iudicis quasi retrahit; & altera cognitio eius tituli Matris misericordiæ, quasi attrahit, & excitat maiorem fiduciam in operante, seu implorante Nomen *MARIÆ*, ut in confesso est apud omnes; ac proinde pervium est, convincere maioritatem tantum ex opere operantis, seu implorantis cum maiori fiducia Nomen *MARIÆ* sub tali titulo Matris misericordiæ; cum autem hoc se habeat quasi si per accidens, quatenus potest aliter contingere in quolibet homine Catholico cognoscente ex fide *IESVM* Deum hominem infinite maiore misericordiâ gaudere, ad quam magis propendet, quam ad iustitiam erga homines, pro quibus *mori dignatus est, ut nos redimeret à peccato*; pervium utique debet esse, totam maioritatem, vel minoritatem efficaciatis in actu secundo, non esse tribuendam nisi maioritati, vel minoritati ex opere operantis, seu implorantis, secus tamen huic, atque illi Nominis ex opere operato, & secundum se considerato, iuxta adnotata supra num. 40.

46 Roboratur; quia quisque Catholicus cognoscens Sanctissimam Virginem *MARIAM*, ut potè Matrem Dei, esse *Matrem misericordiæ*, cognoscit utique Deum, si vè *IESVM* Deum hominem esse *Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis*; rursus, sciens, illam esse *Advocatam peccatorum, quæ exauditur pro sua reverentia*, ex D. Bernardo, serm. in vigil. Nat. Domy. scit etiam *Advocatum habere apud Patrem, qui exauditur pro sua reverentia*, ex Divo Paulo ad Hebræos, cap. 5. denique sciens, ipsam esse *Mediatricem Dei, & hominum*, ex Divo Augustino, scit utique, *IESVM esse Mediatorem Dei, & hominum*, ex eodem Apostolo 1. ad Thimot. 2. Vnde ipsè S. Augustinus pro re nostra in

illa verba erumpebat: *Postus in medio, quomæ vertam nescio; hinc lactator ab ubere, hinc pastor à vulnere*: circa quæ laudatus P. Mendoza hoc elegans eigramma concinnavit.

*Ubera me Matris, nati me vulnera pascent,
scilicet hac animi sunt medicina mei.
Nam mihi diu lacrymas amor elicit, ubera
sugo,
rideat ut dulci mistus amore dolor.
At me perterrant dum gaudia, vulnera
lambō,
ut me lata piomista dolore invenit.
Vulnera sic Nati, sic ubera sugo Parentis;
Secura ut varia sint mihi sorte vices,
quis sine lacte precor, vel quis sine sanguine
vivat?
Lacte tuo Genitrix, sanguine Nate tuo?
Sic lac pro ambrosiâ, suavi pro nectare sanguis:
Sic me perpetuum vulnus, & uber alit.*

Constat igitur Sanctissimum Nomen *MARIÆ*, non esse nobis utilius, nec efficacius quam Divinum Nomen *IESV*, sed æqualis utilitatis, & efficaciæ, id est, non maioris, nec minoris, sed eiusdem utilitatis, & efficaciæ in actu primo; aut in actu secundo operari cum maiore, vel minore efficaciâ, si detur maiortas, vel minoritas ex opere operantis, seu implorantis: ut amplius constabit ex argumentorum solutione; ex qua etiã patefiet, hanc meam sententiam cedere in maiorem gloriam utriusque Nominis *Sacro sancti* præ adversariorum sententiâ, ut utramque rectè perpendenti clarescat.

SUBSECTIO II.

RESPONDETUR OBIECTIONIBUS.

47 Obijcis 1. testimonium Apostoli ad Philip. 2. *Donavit illi Nomen, quod est super omne nomen; ut in Nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum*; ergo si Nomen *IESV* est super omne nomen, erit utique super Nomen *MARIÆ*; ac proinde non erit æqualis, nec eiusdem utilitatis, & efficaciæ in actu primo.

Respondeo, allegatum testimonium Apostoli procedere de Nomine *IESV* quoad absolutam dignitatem; & præstantiam divinam subiecti, cui donatum est, nempe Dei hominis; secus tamen de utilitate, & efficaciâ comparativâ ad Nomen *MARIÆ*; in quo ipsum Nomen *IESV* continetur, ut ex satis communi consensu Doctorum cum D. Ambrosio ostensum est supra num. 44. vnde æque utrumque nomen de thesauro divini tatis evolutum est, ut ex D. Petro Damiano in sinuatum manet num. 3. & 6. Si autem hoc posteriori sensu loqueretur Apostolus, accipiendus & intelligendus esset talitèr, ut Nomen *IESV* diceretur esse super omne aliud nomen, quod non est idem, sed distinctum ab ipso Nomine *IESV* non tantum in litteris, & sono vocis, sed etiam in re significata per nomen; cum autem per Nomen *MARIÆ* significetur *Deus incarnatus*, & in ipso includatur Nomen *IESV*, sitque idem quoad rem significatam per Nomen, quatenus est idem ac *Deus ex utero meo*; sit potius inde confirmari meam conclusionem. Cui etiam consonant circa allegatum textum Apostoli verba aurea Sapientissimi Idiote apud P. Viegas supra citatum sic: *dedit tibi Virgo MARIA tota Trinitas Nomen; ut in Nomine tuo omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum*. Nomina proinde *IESVS*, & *MARIA* quasi synonyma reputantur; ut constat ad illud *Isaiæ* cap. 30. *Eccè Nomen Domini venit de longinquo*; quod accipit Richardus apud Herreram, pag. 98. sic: *MARIA in lingua Syriacâ interpretatur Domina, iuxta id quod dixerat Isaias, ecce nomen Domini venit de longinquo: IESVS Dominus, ut testatur Arnouldus supra laudatus.*

48 Obijcis 2. authoritatem Sancti Anselmi, lib. de Excel. Virg. cap. 6. ubi ait: *velocior est nonnunquam salus, invocato Nomine MARIÆ, quam invocato Nomine IESV*; quod ultra constat; ex eo quod Sanctissima Virgo *MARIA* dicitur *Pulchra ut Luna, & Luna sub pedibus eius*, ut potè quæ velocior Sole moveritur ad commune beneficium rerum sublunarium: ergo.

Respondeo, allegatam authoritatè Sancti Anselmi non favere adversariis; ut patet ex ly *nonnunquam*, scilicet quando datur maior intentio, maior fiducia; & maior dispositio ex opere operantis, seu implorantis, aut invocantis Nomen *MARIÆ*; ut potè

potè Matris misericordia, iuxta proximè dicta, & à me defenſata; ſecus tamen ſemper, & abſolutè loquendo ſine vlla limitatione, & quali ex opere operato, vt defenſant ad verſarij. Deinde: Sanctiſſima Virgo MARIAM non ſolum dicitur *Pulchra vt Luna*, ſed ſimul dicitur *Electa vt ſol*; nec ſolum *Luna ſub pedibus eius*, ſed ſimul *arricta ſole*, deſcribitur, vt potè quæ aqua velocitate movetur ex eo quod portet Solem Iuſtitia IESVM, *in cuius pennis eſt ſanctas*, ſeu ſalus ad commune beneficium rerum ſub unarium, vt benè Malachias teſtatur: immò & *in ſole MARIÆ poſuit tabernaculum ſuum IESVS*, Pſalm. 18. *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*, apud Sanctum Mathæum cap. 5.

49 Obijc. 3. Aliam auſoritatem eiufdem Sancti Anſelmi ſic: *ſi ad Chriſtum in dicem venerit accedere, ad MARIAM Patronam accedamus; impoſſibile eſt, vt pereamus; vnde Nomen IESV, vt potè nomen Iudicis, quaſi retrahit, aſt Nomen MARIÆ, vt potè nomen Patronæ, attrahit, & invitat ergo.*

Reſpondeo; ſolutionem huius objectionis ſatis aperte conſtare ex probamento meæ conſuſionis quoad poſtèriorem partem poſito ſupra num. 45. & 46. vbi ad hominem argumentatus ſum contra adverſarios everſione huius apparentis fundamenti, quod potius meæ conſuſionis iadfavet, vt videre eſt ibi; proindeque nil reſtat addendum, niſi quod Nomen IESV ſignificat Salvatorem in Sacris literis, vt *IESVS mel in ore, in aſte melos, in corde iubilus*, teſte Meliſtuo Bernardo, ſerm. 15. in Cant. vbi addit: *ſi ſcribas, non ſapit mihi legere ibi niſi Ieſum; ſi diſputes; aut conſeras, non capit mihi niſi fuerit ibi IESVS.*

50 Alia ex conſilio omittò; quæ purè ſunt apta conſonibus, & ineptà pro ſcolatiſtico pulvere; vt eſt, IESVM appellari in Sacra Apocalypſi *Leonem de Tribu Iudæ*; quaſi ignoretur, appellari ibidem *agnum tanquam occiſum*; proindeque hæc, & alia ſimilia potius dici debent terſicula-menta ad terrendos puerulos, quam argumenta ad ſeriam ſententiam ſapientum victorum ſtabiliendam in Schola Theologica. In hoc igitur Divino Leone favus mellis invenitur, videlicet eius Nomen IESVS, vt proximè proclamabat Meliſtuus Abbas, cuius verbis pari conſenſu decantat de Nomen MARIAM Richardus à Sancto Laurentio, lib. 1. de laudibus Deiparæ, cap. 2. Im-

modò & ipſam Sanctiſſimam Virginem MARIAM *leanam* appellat Sanctus Epiphanius lib. 3. contra hæreſes, eo quod Leonem de Tribu Iudæ unico partu in lucem edidit, quatenus cõpertum eſt, *Leanam ad ſecundum partum nunquam pervenire*. Si autem à Sancto Auguſtino apud Palladanum aſſeritur, *Beatos in celo appellandos eſſe Jeſuitas à IESV nomine, vt potè à Salvatore ſalvatos* (òt. r̄que, quaterque Beati, qui adhuc viatores tanto nomine inſignimur, iuxta illud, *ſignatũ eſt ſuper nos Nomen Sanctum tuum!*) ſimili vtique ratiocinatione Sap. Laurentius à Ponte, tom. 2. in lib. Sap. cap. 14. adſtruit, *Beatos in celo compellendos eſſe Marianitas à MARIÆ nomine, vt potè ab ipſa ſalvatos*. Quid plura pro pari vtriuſque Sacraſiſimi Nominis commendatione, & ardentifſimo amore?

Sed pro complemento neceſſum eſt addere, nil certum in auctoribus inveniri circa diem fixam, in qua Sanctiſſimum Nomen MARIÆ impoſitum fuit divinæ puelle: aliqui enim aſſerunt, inditum fuiſſe octava die ab eius Sacra Nativitate; alij decima quinta, vt videre eſt apud Plyræum in Triſtagio Mariano, lib. 2. modo 3. Aſt Sanctus Antonin. part. 4. cap. 13. aliter diſcurrit, & ait: *Satis veriſimile eſt, quod cum mulieres non circumciderentur, ſed mares (in qua circumciſione octava die Nativitatis ſua celebratã, imponbatur eis nomen) feminis ipſa die ſua Nativitatis imponeretur; & ſic die, qua nata eſt, impoſitum eſt ei Nomen MARIAM à Parentibus ſecundum Angelicam revelationem*. Vnde cum dies Nativitatis Virginæ Marianæ fuerit octava Septembris, decurſis novem menſibus à die octava Decembris, in qua creditur concepta ſine labe originalis vtique ipſa die octava Septembris, *qua nata eſt, impoſitum eſt ei Nomen MARIAM à Parentibus ſecundum Angelicam revelationem;*

Expulit & furias orci, raptumque reduxit

Orta diem; primum reparata ſorte decoram,

Reddidit, & miſero ſœlicia ſacula nunc do.

52 Nec audiendi ſunt Auctores antiqui, & antiquari aſſerentes, fuiſſe tres Marias filias Sanctæ Annæ ex triplici matrimonio habitas; ita vt velint illi veteres quaſi deſideratam ſuam ſententiam proclamare, cū potius hac tempeſtate temeritatis notã fortis feriendã foret: licet enim olim Percrebue-

vuerit prædicta ſententia apud graves Doctores, nihilominus cõtendendum eſt, ortam fuiſſe apud imperitos vulgares homines deceptos quibuldam carminibus conſectis in hunc modum.

Anna ſolet dici, tres concepiſſe MARIAS;

Quas genere viri, Joachim, Cleophas, Zebedæus.

Prima parit Chriſtum; Iacobum que ſecunda Minorem,

Atque Joſeph Juſtum parit, & cum ſimone Iudam;

Tertia Maiorem Iacobum, volucremque Ioannem.

Hæc tamen ſigmenta vt potè falſa omninò oblivioni tradita ſunt; & iam prævaluit traditio Eccleſiæ tenens Sanctiſſimam Virginem MARIAM fuiſſe unicam, ac vni- genitam filiam Sanctæ Annæ, vt in ſuperioribus ſatis ſtabilitum eſt; ſed ſi vltta placet, conſulatur de hoc P. Vega pal. 10. cert. 4. per totum. Denique cum Nomen MARIAM Maternitatem Dei, aliãque dona divina, ad quæ prædeſtinatã, & præordinatã fuit, auſpicetur; de huius modi prædeſtinatione proximè agendum eſt.

DISPVTATIO II.

DE PRÆDESTINATIONE Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ ad ea dona naturalia, & ſupernaturalia, quibus circumornata eſt, vt digna Mater Dei.

1 Angelicus Doctor de Prædeſtinatione diſſerens docet, *Prædeſtinationem eſſe radicem omnium donorum, quæ à Deo poſſunt conſerri creaturæ*; proindeque fas eſt, in præſentiarum breviter dicere de Prædeſtinatione SS. Virginis MARIÆ in dona divina, quorum princeps; & caput eſt Maternitas Dei, vt de ipſa Maternitate Dei ſequens Tractatus majori claritatè inſtituatur, & abſolvatur. Prædeſtinatione igitur eſt nomen

nomen compoſitum ex præpoſitione *Præ* quæ denotat præcedentiam, & ex verbo *Deſtino*, à quo oritur *deſtinatio*, cuius in ſacra pagina variæ ſunt uſurpationes; ac ſignificationes; præ ipſa tamen eſt pro re theologica; electio, ſeu ordinatio ad finem intentum efficaciter à Deo, iuxta illud Apoſtoli ad Romanos 8. verſ. 19. *Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit, conformes fieri imaginis filij ſui; quos autem prædeſtinavit, hoc & vocavit*. Ruſus, Actorum 13. verſ. 48. dicitur: *Credidit erunt quot quot erant præ ordinati (ſive præ electi) ad vitam æternam; & ſic alibi ſæpiſſimè.*

SECTIO I.

DE VERTUTE, QUIDDITATE, & terminis Prædeſtinationis Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ.

2 Dico primò. Nullum eſt dubiũ inter Catholicos Theologos de veritate divinæ æternæ Prædeſtinationis, ſive præordinationis electivæ Dei circa Sanctiſſimam Virginem MARIAM; ſiquidem manifeſtè conſtat ex Sacra Pagina in ſenſu vero, receptoque apud ipſos; citra dubitationis aliam; nam ita accipitur illud Prover. cap. 8. *ab æterno ordinata ſum*; ſive præordinata, aut prædeſtinata; & Regina inauguratã ab æterno; vt veretur apud noſtrum Illuſtriſſimum Salazar, lib. de Concept. cap. 14. videlicet in ordine decretoꝝ Dei, vt eſſet Virgo Mater, aliſque divinis donis debitis tantæ dignitati circumornaretur: vnde in lege veteri fuit in præclaris famoſis feminis figuratã, & in Sacris Prophetarum eloquijs prænuntiata; vt optime ad rem ait Sanctus Ildephonſus, ſerm. 1. de Aſſump. Deiparæ, ſic: *Ecce ad quam concurrunt eloquia Prophetarum; ad quam omnia enigmata concurrunt Scripturarum.*

3 Dico ſecundò. Non eſt animus in præſentiarum diſcutere circa quidditatem prædictæ prædeſtinationis, quæ ſint eius conſtitutiva; ſiquidem eadem debent al-

signari pro constitutione huius divinæ prædestinationis in particulari, quæ alibi assignantur pro constitutione divinæ prædestinationis in communi: immò eodem modo res præsens absolvenda est, si ve prædestinatione divina constituatur ex solo actu intellectus divini, ut volunt Thomistæ; vel e contra ex solo actu voluntatis divinæ, ut defensores Scotistæ; vel ex utroque simul, ut propugnant alij communiter apud P. Ruiz, disp. 3. de Provid. sect. 4.

4. Dico tertio Termini respectu prædictionis & prædestinationis divinæ sunt res omnes, ad quas Sanctissima Virgo MARIA præordinata fuit à Deo, & quæ in tempore ipsi concessæ sunt; siquidem ordo executionis correspondet ordini intentionis divinæ efficacis habitæ ab æterno, ut de se clarescit. Res autem illæ sunt ea omnia dona divina, & miferæ, quibus Beipara Domina replenduit, tam in ordine naturali, quam in ordine supernaturali, ut ex dictis; & dicendis constat. Sufficiat nunc in communi scire ex Angelico Doctore, in 4. dist. 30. quest. 2. art. 1. quest. 1. *Quod in Beata Virgine debuit apparere omne illud, quod fuit perfectionis: & ex Sancto Laurentio Iustiniano, lib. de Casto conubio, cap. 6. Quidquid honoris, quidquid dignitatis, quidquid meriti, quidquid gratiæ, quidquid est gloriæ, totum fuit in MARIA: & sanè qui totum dicit, nihil excludit; sed cum grano salis accipiendum est.*

SECTIO I.

DE SIGNO, ET PRIORITYATE prædictæ Prædestinationis Sanctissimæ Virginis MARIE.

Dico primò. Ex communi, & plausibili Theologia constat, quod licet omnia decreta divina prædestinativa sint æterna, & in ipso indivisibili instati æternitatis habita à Deo, nihilominus tamen secundum nostrum modum concipiendi sunt, & dicuntur alia priora, alia verò posteriora, scilicet habita aliquo signo rationis priori, vel in alio

signo rationis posteriori; cum fundamento in re ipsa obiectiva; non quidem ex eo quod vnum decretum re ipsa præcedat aliud decretum, sed quia vna res decreta concipitur ut causa præcedens aliam ex vi decreti. Vnde patet, extra Theologorum chorū saltare M. Saavedra, vestig. 2. disp. 20. sec. 4. vbi contra communem hunc modum loquendi, & theologizandi conatur, nullum esse admittendum ordinem prioris, & posterioris inter decreta divina, immò nec esse dicenda plura decreta, sed vnicum tantum decretum; licet ipse vestig. 3. disp. 16. sect. 1. rum. 297. ex fide fateatur, in Deo dari plures actus diversos, quales sunt actus generandi Verbum Divinum, & actus spirandi Spiritum Sanctum; ex quo convincitur à simili facta paritate in decretis divinis; & concluditur Veritas illius solennis problematis Aristotelici. lib. 1. Topic. cap. 17. *Loquendum cum multis, & sentiendum cum paucis, sciæret optimis.*

6. Dico secundo. Prædestinatio Sanctissimæ Virginis MARIE æterna fuit in aliquo signo priore ante prædestinationem alie ius puræ creaturæ: hæc est firma assertio SS. Patrum, & Doctorum Ecclesiæ apud Eximium supra, sect. 3. vbi assertum illustrat clarissimo testimonio Sancti Bernardini Senensis, serm. 51. de B. V. cap. 4. *Tu Beata Virgo ante omnem creaturam in mente Dei prædestinata fuisti, ut Dei ipsum hominem procreares. Et quidem cum Christus Dominus primogenitus in multis fratribus, iuxta Apostolum, prædestinatus fuerit à Deo ante omnem puram creaturam, non solum ut esset homo, sed etiam ut esset filius hominis, utique; prædestinata fuit à Deo ipsa Mater Dei hominis ante omnem aliam puram creaturam in mente divina: proindeque iure merito nuncupatur primicæta prædestinatorum post Christum Deum hominem in libro vitæ.*



7. Dico tertio. Prædestinatio SS. Virginis MARIE æterna fuit in eo signo rationis, in quo intelligitur corredeptrix, mediatrix, ac reconciliatrix simul cum Christo Domino; ut innuit S. Anselm, lib. de excel. Virg. cap. 4. vbi ait: *Ave progenitoris Adami resurrectio; ave mundi mediatrix gloriosissimæ ave universi te terrarum orbis reconciliatrix: ita ut inde ostendat noster Salazar de Conc. à cap. 16. vsq; ad 25. quod si talis non fuisset Christus Dominus, utique; nec extitura foret absolute MARIA Mater Dei. Totum tamè hoc intelligendum est iuxta ordinem, & serie decretorum Dei*

Dei tradendam à me suo in loco, vbi de Virgine Mariana immunitate à peccato originali.

8. Dico quartò. Prædestinatio Sanctissimæ MARIE fuit prior respectu termini Maternitatis Dei, quam respectu termini gratiæ, & gloriæ: ita Eximius Suarez, ea sect. 3. §. secundo dicitur, P. Vega palæst. 2. cert. 6. Mag. Saavedra, vestig. 3. disp. 16. sect. 2. num. 300. Ratio est clara, quia Sanctissima Virgo MARIA ideò fuit prædestinata, seu electa ad talem gratiam, & gloriam superantem reliquos gradus gratiæ, & gloriæ dispersos in ceteris hominibus, & Angelis iustis, quia prædestinata, seu electa erat in Matrem Dei, & non e contra, ut omnes vno ore fatentur: ergo vi huius causalitatis veræ verificatur, quod Prædestinatio Sanctissimæ Virginis MARIE fuit prior respectu termini Maternitatis Dei, quam respectu termini gratiæ, & gloriæ, imò hæc utraque est proprietas lata, & radicata moraliter in ipsa Maternitate Dei, ut infra, suo in loco constabit.

9. Dico 5. Prædestinatio SS. Virginis MARIE, in Matrem Dei fuit prior ex vi primi decreti divini gratuiti ante merita prævifa, licet potuerit esse posterior ex viscedendi decreti divini remuneratorii, ut præmium, & corona: hæc assertio potest ex infra stabiendis, vbi hoc duplex decretum firmabitur, ut inde probetur, Sanctissimam Virginem MARIAM potuisse divinitus promoveri de condigno Maternitatem Dei; proinde hoc insinuasse sufficiat, nè præpostero ordine procedere videar, & res suo in loco absolvarur, vbi de Merito Deiparæ Domine Tractatus instituetur.

Hæc levi calamo, & quasi acuta sunt, nè in alienam segetem saltem immittam, & nè aliquis notitia desideretur pro presenti Tractatu eorum, quæ in alijs ex professo tractanda sunt: maxime cum hæc sufficiant, ut lucem præferant ad plenam, & planam notitiam Tractatus proximè instituendi.



TRACTATUS II.

DE VIRGINITATE Simul ac Maternitate Dei, ad quam Sanctissima Virgo MARIA prædestinata fuit in ordine ad Incarnationem Verbi Divini.

NON est sermo de Virginitate præcisè, ut talis, quæ adhuc in Virginibus fatuis inventa est, & quæ inter perfectiores naturales annumeranda esset, sed de virginitate supernaturali, quæ in sensu composito Maternitatis Dei replenduit, & quæ Sanctissimam Virginem MARIAM virginum virginum singularem, ac vnicam constituit, ita ut in hoc nec similem visa sit, nec habere sequentem, & avidia Matris habens cum virginitatis honore; ut melifluè asseruit S. Bernardus serm. de Assumpt. B. MARIE Virginis. hic enim honor est singularis, & quasi vitalis aura, per quam vivere videtur SS. Virgo MARIA, ut testata est cælicola Virgo Sancta Leocadia ad S. Ildesontium Antistitem Tolitanum, & asserimus propugnatoris honoris Virginei Mariani adversus Hæreticos Helvidianos: *O Ildesontise, per te vivit Domina mea, quæ cæli culminat enet; scilicet ut Mater Dei, de cuius dignitate Maternali fas est indiscriminatim pertractare, licet sic maior accrescat difficultas in explicanda, ac elucidanda tam singulari similitate, ut fatetur S. Cyrillus Alexandrinus, homil. contra Nestorium per hæc verba: Quis nam poterit suarum laudum præconia explicare, MARIA Mater, & Virgo? Vnde S. Petrus Damianus serm. 1. de Nativit. ait: Taceat, & contremiscent omnis creatura, & vix audeat aspicere tantæ dignitatis immensitatem. Sed si res est ineffabilis; ipsa materia (teste S. Leone Papæ) ex eo quod est ineffabilis sancti tribuit facultatem; nunquàm tamen pro dignitate dicam, & si plura loquar.*

DISPUTATIO I.

DE VIRGINITATE
illibata Sanctissimæ Virgi-
nis MARIÆ Matris
Dei.

2 **P**rima Virginitatis regula Divina Trinitas extat, teste S. Gregorio Nazianzeno sic: *Trias virgo prima est; nec loquitur de Deitate, quæ etiam Virgo est, sed de Trinitate, quæ Virgo facunda est, utpotè in qua resplendet Pater, qui generat Filium sine Matre; sic etenim Divina Trinitas Virgo prima est, & primum exemplar, ad cuius similitudinem Sanctissima Virgo MARIA Virgo prima est inter Virgines puras creaturas, utpotè quæ Mater genuit Filium Deum hominem sine Patre creato, gaudia Matris habens cum virginitatis honore, ut proxime cum melifluo Bernardo decantatum est.*

SECTIO I.

QVID SIT VIRGINI-
TAS: Et an semper inviola-
ta permanserit in Sanc-
tissima Virgine
MARIA.

3 **T**heologi omnes cum suo Principe Divo Thoma 1. 2. quæst. 64. & 2. 2. quæst. 152. & 155. defensant, Virginitatem strictam, & formalem esse virtutem, quæ præter integritatem corporis physicam, (qualis est in corpore infantis) inviolatam spontaneam læsione, requirit electionem liberam constantem ita permanendi toto tempore vitæ, avocando animum ab omni libidine, nec se attaminando aliqua culpa gravi externa in re venerea, nec amplectendo matrimonium consummatum copula carnali. Hæc pro infra dicendis habenda sunt præ oculis

SVBSECTIO VNICA.

VERITAS CATHOLICA
statuitur, & ab Hæ-
reticorum morsibus
vindicitur.

4 **C**atholica veritas inconcussa tenet, Sanctissimam Virginem MARIAM semper Virginem permansisse, adhuc in sensu composito Maternitatis Dei & post partum purissimum Christi Domini: ita in pluribus Concilijs definitum est, maximè in primo Lateranensi, sub Martino 1. consult. 5. Canon. 3. & firmiter credit Catholica Ecclesia; conaturque ostendere auctoritatibus, & rationibus, contra infensos inimicos Hæreticos, quorum aliqui cum Hebione, & Cerintho deperditam virginitatem confingebant in conceptione temporali Christi Domini ante eius partum; alij cum Joviniano in ipso partu; ac demum nonnulli cum impio Heluidio post partum deperditam delirarunt.

5 Constat insuper catholica veritas pluribus testimonijs Sacræ Paginæ, tam in veteri, quàm in novo testamento: sufficiat illud Isaiæ cap. 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & illud Symboli Apostolorum; Incarnatus est de spiritu sancto ex MARIA Virgine: & rursus, natus ex MARIA Virgine.* Rationibus etiam quàm plurimis convincitur eadem veritas catholica à Sanctis Patribus, videndis apud nostrum Illustrissimum Salazar de Concept. cap. 17. & ab Angelico Doctore, quæst. 27. & 28. & à Sancto Ildephonso, lib. de Virg. MARIA, cap. 1. ubi sic eloquitur contra Hæreticos: *si Virginitatis nostra, aut generationem, aut integritatem adimis grandi dedecore Deo iniuriam facis; negas enim voluisse incorruptam servare, quem faceris, absque corruptione adire Virginem potuisse; negas Deum, quod vellet facere, quivisse, quem concedis Genitricem integram invenisse, corruptioni deditam reliquisse.* Hæc, & alia Sanctus Doctor, quibus convincitur irrationalis error hæreticorum, qui Sanctissimæ Virgini MARIÆ Matri Dei denegant id quod irrationabili-

libus

libus brevis concedunt, ut iam aperiatur; prius enim placet allegatam rationem Sancti Ildefonsi sacro epigrammate illustrare sic.

*Mutuus id Genitricis honor, Natique requirit,
Gratia Maternum testificata decus.
Sic aliter feret, forsasse notanda suis.
Set,
Aut minus illa mereas, aut minus ille potens.*

6 Pudeat igitur Hæreticos scire, vultures feminas, & equas etiam in Capadocia, sine masculorum concubitu, concipere, & parere suos filios ut testantur Sancti Patres, Ambrosius in Exam. & Augustinus in lib. 21. de Civitate Dei, cap. 5. maximè cum hoc etiam constet aperte in Apibus apud Lactantium lib. 4. cap. 21. & Virgilium lib. 4. Georg. sic.

*illum adeo placuisse Apibus, mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem solvunt, aut fetus nixibus edunt:
Verum ipsa folijs gnatos, & suavis herbis,
Ore legunt, &c.*

7 Denique, nullius momenti sunt ea quæ ab Hæreticis obijciuntur; subindeque facili negotio enervantur; si adnotetur recte optime; quod Deipara Domina dicitur Mater naturalis respectu Christi Domini, etiam si quoad modum naturalem concubitus, & corruptionis defecerit à lege communi naturæ, supra quam debuit esse conceptus, ac partus Christi Dei hominis. 2. recte verificat illud Exodi 13. *omne quod aperit vulvam Domino, si intelligatur cum Sancto Ildefonso ubi supra, taliter, ut sufficiat transire per vulvam, & hanc per manere clausam ex lege supernaturali, ac miraculosa; sicut clausis ianuis transivit, ac in troivit ipse Christus Dominus in cœnaculum, & exivit redivivus de sepulchro. 3. perperam errasse Durandum in 4. dist. 44. quæst. 7. ubi ait, utrum SS. Virginis MARIÆ, in partu fuisse dilatatum, ac referatum, contrarium enim passim canit Ecclesia, concilia docent, & Sancti Patres contestantur. 4. verum esse illud S. Matthæi cap. 1. *Antequam convenirent, inventa est in utero habens**

de spiritu sancto; scilicet in sensu catholico explicato à S. Hieronymo lib. 1. com. in cap. 1. Mat. per hæc verba: quod autem dicitur, antequam convenirent, non sequitur, ut postea convenirent; sed Scriptura quod factum non sit ostendit. 5. quod in Evangelio memorantur fratres Domini, non quia fuerint alij filij naturales SS. Virginis MARIÆ, ut impie intendebat Helvidius; sed quia servatur ibi mos, & modus loquendi Hebræorum, qui consanguineos quosque appellabant fratres; unde filij MARIÆ, Cleopæ dicebantur fratres Christi Domini, ut passim ab Auctoribus fide dignis adnotatur.

SECTIO I.

UTRAM SANCTISSI-
MA VIRGO MARIA Prin-
ceps, & Primpila omnium
Virginum fuerit in voven-
da virginitate inte-
gerrimà Deo.

8 **T**itulus præsentis quæstionis supponit, SS. Virginem MARIAM emisisse votum perfectæ imæ Virginitatis, quod aperte constat ex sanctorum Patrum doctrina, & catholice Ecclesiæ traditione, contra Hæreticos centuriatores id negantes cum perfido Calvino, apud Eximium Doctorem supra laudatum & Doctorum lumen D. Augustinum lib. de Virginitate cap. 4. licet dubium sit tempus in quo se tali voto obstrinxit; probabile quæ appareat hac votum nuncupatum in primo instanti Purissimæ Conceptionis Virginitatis, in quo sanè habuit perfectum usum rationis, & firmum propositum absolutum servandi Virginitatem, ut tenet ipse Exim. Doctor Suarez tom. 2. in 3. part. dist. 6. sec. 1. lit. E; hoc autem propositum absolutum non fuit prius voto virginitatis in Deipara Domina. ut docent Sancti Patres apud ipsum Suarez ibidem. sect. 2. lit. D; subindeque fuisse innuitur in primo instanti Marianæ Conceptionis; siquidem, teste S. Ambrosio lib. 2. in Luc. c. 1.

ne scit tardam olimina spiritus sancti gratia, quæ tunc gavisa est. De hoc tamen voto iterum infra redibit fermo, tract. 5. disp. 1. sect. 1. à num. 4. In Templo autem rursus renovavit votum, quo ritè se revinxit, ut aliquando canebam sic:

Virgo criennis adhuc votis se ritè revinxit;

Vincere nam Virgo, non nisi vincita potest.

SVBSECTIO I.

ELIGITUR SENTENTIA AFFIRMANS, & PROBATUR.

Resolutio affirmativa, quæ prima fronte facilis apparet, difficilis sanè est ex oppositione Sacri Ordinis Carmelitani, dissertantis pro suis Patronis Elia, & Elisæo, quos vult in lege veteri obstrictos triplici voto Religionis; ut videre est apud Carmelitam Sylveiram tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 9. quæst. 10. num. 36. & rursus fusiori calamo in tomo inscripto *Opuscula varia*, opusc. 3. per totum; pro se allegat plures auctoritates Summorum Pontificum, qui approvarunt officia à Carmelitis recitanda in quibus hoc punctum exprimitur. Nosco tamen Neotericum, qui posterius officium opposuit novissimè approbatum à Summo Pontifice Clemente X. pro Commemoratione Beatæ Virginis MARIE de Monte Carmelo, in cuius lectione quarta dicitur: *Viri plurimi, qui vestigijs sanctarum Prophetarum Elia, ac Elisæi institerant: & lectiones additur ad novum ergo sacellum sepe quotidie convenientes, ritibus pijs, preceationibus, ac laudibus, Beatissimam Virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant: vbi notabat ille, Ordinis nomè claturam non exprimi, nec attribui, nisi tempore legis gratiæ; rursusque addebat, ibidè in Antiphona ad *Benedictus* tradi hæc verba *Virgo sola digna dici*. Sed quid quid sit de his; cum ex alijs similibus assertis de hoc puncto, graves Auctores, aut truncati, aut publica luce privati sint.*

10 Eligo affirmativam sententiam, modo debito, cum laudato Carmelita Sylveyra,

ex opusc. 3. resolutione 3. quæst. 17. num. 98. pag. 492. vbi hæc tradit formalia verba *Quarto in super addo, & dico, quod sanctissima Deipara prima extitit, quæ fecit votum virginittatis: Elias, Elisæus, ac filij Prophetarum, fecerunt votum castitatis: hæc ille. Nec mei iuris est componere tenorem doctrinæ huius Auctoris defensantis ibidem, Eliam, & Elisæum virginittatis corona redimitos; ita ut proinde votum castitatis ab illis emissum in statu virginittatis, deberet dici votum virginittatis; hoc tamen ipsè viderit, ætatem habuit. Et quidem fortassis hæc difficultatem placare implicite conatur, dum prosequitur præcedentia verba sic: *Latum est discrimen inter virginittatem, ac castitatem, ut docet Divus Thomas 2. 2. quæst. 152. art. 3. in corpore; ibi Caietanus, & alijs Lesius de iustitia, lib. 4. cap. 2. dub. 13. num. 99. Nam virginittas dicit integritatem carnis, seu corporis, id est subiectum nunquam libidine contaminatum, quod non excludit castitas; unde viduari ingredientem Religionem dicuntur vivere in castitate. Deinde in super iuxtam etem sanctorum Patrum, duplicem virginittatem considero; una, quæ est simpliciter virginittas; altera virginittas perfectissima, & integerrima. Virginittas simpliciter dicit integritatem corporis, tamen lesionem veneram mentis non excludit, sed admittit; at virginittas integerrima, & perfectissima dicit summam integritatem corporis, & anima, ut omnes morsus etiam à cognitione excludat. Sacratissima Deipara extitit Virgo perfectissima, & integerrima virginittate, non solùm corpore, sed etiam anima, ita ut nec levissima umbra imperfectionis mentem eius attingeret, & ita ipsa extitit prima, & singularis, quæ fecit votum virginittatis; unde merito de ipsa canit Ecclesia: Tu sola sine exemplo placuisti Domino Iesu Christo. Hactenus Carmelitanus Sylveyra loco proxime citato.**

Probatur auctoritate Sanctorum Patrum, inter quos Sanctus Bernardus ferm. in Sig. mag. ad rem nostram adducit illud Psal. 44. *adduceatur Regi virgines post eam: & concludit sic: nam primatum sola Virgo MARIA vendicat sibi: accedit Sanctus Ambrosius lib. de inst. Virg. cap. 5. vbi ait: Egregia MARIA, quæ signum sacra virginittatis extulit, & intemerata virginittatis pium Christo vexillum levavit: adfaveat B. Albertus Magnus in Mariali, vbi sic eloquitur: MARIA initium fuit beatæ virginittatis, & sic est Virgo virginum, quæ sine consilio, & sine exemplo gloriosum munus virginittatis Deo obtulit, & per sui imitacionem Virgo omnes Virgines genuerunt. Consonant*

nant, & conspirant in eandem veritatem alij Sancti Patres, à quibus Sanctissima Virgo frequentèr compellatur, ac indigitatur Primipila, Primiceria, Princeps, Doctrix, & Ductrix omnium Virginum, ut videre est apud Patres, Suarez hic, sect. 3. Valquez to. 2. in 3. part. quæst. 28. di. p. 124. cap. 5. Vegam palæst. 19. cent. 1. Mendozam in Uirid. lib. 2. probl. 6. & Canisium lib. 2. de Deip. cap. 13.

11 Probatur ratione: nam ex communiconsensu SS. Patrum, & Theologorum Scholasticorum; ac sacrarum literarum Antistitum constat, concedendum est Deiparæ Domine quid quid est excellentiæ, ac perfectionis; dummodo manifeste non contrarietur auctoritati Ecclesiæ, nec rationi; ut alibi sæpè demonstrabitur, & ostendit D. Thomas supra citatus sec. 1. n. 4. atque primatus invocanda Deo integerrima Virginittate est quid excellentiæ ac perfectionis, ut per se patet; & aperte demonstrat ipsè D. Thomas 3. p. q. 20. art. 4. vbi probat votum Virginittatis pertinere ad statum perfectionis; & aliunde non contrariatur auctoritati Ecclesiæ, nec rationi, sed potius est iuxta auctoritatem Ecclesiæ, & rationem, modo à me exposito cum Carmelita Sylveira supra num. 10, ergo concedendus, ad scribendum quæ est Deiparæ Domine MARIE primatus in invocanda Deo integerrima Virginittate.

SVBSECTIO II.

ARGUMENTORUM VIS ENERVATUR.

12 **O**bjicis 1. Affirmativa nostra sententia contrariatur auctoritati Ioannis Hierosolymitani, qui sanctittatis diademate splendet, & reverentia dignus est; ergo non est iustitanda.

12 Respondeo, mentem Ioannis Hierosolymitani dubiam esse apud P. Sherlogum in Cant. tomo 2. veitg. 20. sect. 2. vbi pro nostra affirmativa sententia allegat plusquam septuaginta alios Doctores; & quidem in sensu à me exposito cum Carmelitano Sylveira aperte pro ipso est laudatus Ioannes Hierosolymitanus Antistes

Illustrissimus; quidquid alij dicant, & efuisse gloria sanctittatis, ex R. P. Ioanne Maria Braschi Magistro Sacri Palatio, tomo indic. expurg. librorum, pag. 115. immò potius ipsum argui in acullæ hæresis à Sancto Hieronymo; ut tradunt Patres Sherlogus, & Vega vbi supra; de hoc tamen ego in præsentiarum non curo.

14 **O**bjic. 2. Ex Sancto Ioanne Chrysostomo (cuius sanctittas indubia, ac manifestata est) homil. 4. in Evang. Marc. constat aperè; in lege veteri emissum, seu nuncupatum fuisse votum virginittatis ab aliquibus; inter quos annumerari possunt Abel, Jeremias, Maria soror Moysis, & alij; ergo.

Respondeo, Sanctum Ioannem Chrysostomum irreductè intelligi de voto virginittatis, cum ad summum loquatur de voto castittatis in sensu explicato à Sylveira supra num. 10, maxime cum in lege veteri ab aliquibus diceretur maledicta sterilitas virginum, ut innuitur à Propheta Isaia, cap. 3. 1. per hæc verba: *Beatus qui habet semen in sio, & maledicta sterilis, quæ non parit.* Deinde, Eminentissim. noster Bellarminus de Scrip. Ecclesiast. assertit, eam hõilliam. 4. & alia similes in Marc. non fuisse conscribas à Sancto Ioanne Chrysostomo sed à quodam hæretico Ariano, cuius proinde doctrina falsissima est. Hoc autem ulterius constat ex eo, quod potius ipse S. Ioannes Chrysostomus homil. de penit. stet aperte pro nostra sententia, ut legenti patefiet. Immo abfoluè loquendo posset optimè exponi de solo voto Nazareatus, de quo fit mentio in lege veteri, lib. Num. cap. 6. ut videre est apud Sacros Interpretes; licet verum existimetur, quod etiam Nazarei possent ducere uxores, ut patet in Samsone, & Samuele perpetuis Nazareis; & tamen uxoris.

Aliter etiam posset exponi de voto castittatis conjugalis in aliquibus; & vidualis in alijs, post liberorum susceptionem; unde aliqui Doctores cum Sancto Petro Damiano opinantur, Eliam suscepisse filios ex matrimonio; quod tamen non credo; & Jeremiam fuisse patrem Ezechielis, in Paraphrasi Caldaica; ac demum Mariam sororem Moysis nuptam fuisse cum marito nomine Hur, ex quo habuit filium nomine Be-seleel; ut testantur Iosephus lib. 3. antiq. & Baronius in apparatu, cap. 45. Hincque inferendum est, neminem ex his in lege veteri emississe votum virginittatis saltem integerrimæ; iuxta plerisque Doctores; adhuc

TARCTAT. II. DE DEIPARA DOMINA

24. supponantur florens virtute virginitatis; de quo tamen dubitat, vxoratum esse, nec ne, noster Sallianus, anno mundi 80.

Pro firmanda hac doctrina audendum est S. Epiphanius, hæres. 78. vbi asserit, consuetudinem antiquæ Ecclesiæ Catholicæ fuisse; vovete Deo virginatam in honorem; & imitationem B. V. MARIÆ, immò S. Bernardus serm. 59. addit, quod postquàm in lege veteri audita fuit illa vox, *crecite, & multiplicamini; in Ecclesia vox turris audita est, hoc est prædicatio castitatis, cum Beata Virgo MARIÆ insonuit illud; quoniam virum non cognosco: sonuit vox, splenduit flos. Quid pulchrius.*

15. Obiic. 2. Per instantiam Filia Jephre, Jud. 11. fuit consecrata Deo per votum virginatatis; vt existimant aliqui Doctores catholici, eo quod sic salvetur veritas voti Jephre, sine peccato occisionis physicæ suæ Filia: ergo hæc prima fuit in emittendo voto virginatatis, quo sanè ipsa moralitèr mortua fuit.

Respondéo, negò antecedens, quia illud votum Jephre solemniter disputatum inter Sacros Interpretes, fuit votum immolandi, ac in sacrificiis physicè id, quod sibi dominum redunt primum inde occurreret: vnde plerique Sancti Patres tenent, Jephre de facto interfecisse Physicè, & realitèr suam filiam; sive alitèr ex particulari instinctu, seu inspiratione Spiritus Sancti, (quod non est huius loci investigare) iuxta varios opinandi modos videndos apud Sacros Interpretes in hunc locum Judicum 2. ad quos id spectat.

At licet admitteretur, aut supponeretur alius sensus, ex ipso solum deberet inferri ad summum, quod Jephre non occidisset physicè suam filiam, & quod hæc deplorasset suam virginatam iuxta Sacrum Textum, subindeque quod ipsa non servasset voluntariè, nec vovisset liberè Deo suam virginatam, quantumlibet in voluntariè permansisset inupta: hinc autem nihil emergit contrarium meæ conclusioni, nec doctrinæ hactenus elucidatæ, vt de se clarescit.

16. Obiic. 3. Inter Judæos viri Hæseni & inter Gentiles Virgines Vestales, servarunt virginatam: ergo ex voto id factum fuisse credendum est.

Respondéo, viros Hæsenos solum conjugium, seu matrimonium recufasse ante adventum Christi Domini; aliundè tamen ip-

fos turpes, ac in honestos fuisse testantur aliqui cum Eminentissimo nostro Bellarmino lib. 2. de Monachis, cap. 5. in mò licet nonnulli Hæseni, ad modum Religiosorum præ vitam agerent, & castitatem servarent, minime tamen constat, ipsos emisisse votum virginatatis: de quo videri potest S. Epiphanius hæres. 16. De Virginibus verò Vestalibus, quæ falsè Deæ Virginatam ad tempus consecrabant, constat, post certum et tunc tempus in vxores viris tradit consuevisse, vt innuit S. Ambrosius lib. 1. de Virgin. Deinde aliæ virgines memoratæ à Sancto Hieronymo lib. 1. contra Iovinianum, etiam si suam virginatam habuerint plurisquam vitam, nihilominus votum virginatatis vero Deo non sacrarunt, vt ex ipsis historijs clarescit; & fortassis ex sola cupiditate gloriæ mundanæ mortè oppetiere Virgines fatuæ, de quibus S. Gregorius Magnus hom. 12. in Evangelia ait, quod de ipsa sua corporali virginatate humanos favores expetunt.

17. Constat igitur, Sanctissimam Virginem MARIAM exitisse primam, & Primipilam in vovenda vero Deo virginatatis ac proinde iure merito Virgo Virginitatis proclamatur: licet huiusmodi votum non fuerit solemnè ea solemnitate extrinseca, & Ecclesiastica, quæ postea à Summis Pontificibus instituta fuit in lege gratiæ pro remedio inconstantis animi hominum in bono, vt in confesso est apud omnes: verum tamen est, tale votum virginatatis Marianæ habuisse in trinsicam aliqualem solemnitate ea institutione Dei, ex parteque Sanctissimæ Virginis MARIÆ Matris ipsius Dei, vt potè quæ illud absolutè emisit in primo instanti reali suæ Purissimæ Conceptionis ex particulari providentia, dispensatione, & instinctu Spiritus Sancti, vt supra visum est: vnde nec illi fuit conveniens alia extrinseca solemnitas Ecclesiastica, vt docet Eximius Suarez hic, sect. 3. prope finem; eo quod semper habuit immobilem animum in bono, & firmum in statu perfectionis, vt nemo cordatus vnquam negabit: canat igitur Owen lib. 2. Epig.

Hunc tibi primatum nec Zoilus ipse negaret.



SEC.

SECTIO III.

UTRUM SANCTISSIMA Virgo MARIA eligeret potius virginatam, quam Maternitatem Dei eligibilem sub disjunctione.

18. **D** Vbiùm hoc celeberrimum & scholasticos Theologos; procedit quæ facta comparatione inter Virginatam, & Maternitatem Dei eligibilem disjunctivè in alia providentia, licet in hac de facto utramque dignitatem copulative habuerit Virgo Mater Dei, in quâ nec similem visa est, nec habere sequentem, vt supra S. Bernardus melliflue concinebat; proinde quæ procedit circa personam SS. Virginis MARIÆ non quæ est Virgo, sed quæ secundum se præscindit a statibus virginatatis, & Maternitatis Dei, & consideratum pro priori vt capacem electionis disjunctivæ respectu vnus termini præ alio, ac per consequens vt præscindentem pro illo priori ab impeccabilitate, quæ saltem ab extrinseco subsequitur Maternitatem Dei, in sensu infra explicando: quantumlibet verum sit, quod sine peccato posset amittere Virginatam intr. matrimonium ex singulari dispositione Dei, & dispensatione voti Virginatatis, vt aliunde comperit est. His præmissis, & præsuppositis circa sensum, & titulum quæstionis præsentis.

19. Prima sententia tenet, in casu quæstionis, SS. V. MARIAM plurius habituram, & potius electuram esse Virginatam, quam Maternitatem Dei; ita P. Ieremias Drexelius, tomo 2. cap. 10. de Rosa argentea, sive de Virginatate MARIÆ, §. 2. pag. 788. P. Hieronymus de Florentia serm. 1. de Expect. & rursus serm. 1. de Annuntiat; quos satis superque illustrant nobiles Neoterici huius Perantinae Provinciæ in suis manuscriptis.

20. Secunda sententia ex diametro opposita propugnat, SS. V. MARIAM plurius habituram, & potius electuram esse Maternitatem Dei, quam Virginatam: ita P. Christophorus de Vega in sua Theologia Mariana, palæst. 19. cert. 7. quem sequuntur plures Recentès apud P. Rhodés loco iam citando.

21. Tertia sententia quasi mediis inter relatas defenfat; SS. V. MARIAM plurius habituram Maternitatem Dei, sed nihil minus potius electuram esse virginatam quam ipsam Maternitatem Dei: ita P. Rhodés, tom. 2. disp. vnica de B. Virgine, quæst. 2. sect. 5. §. 3. Sed nulla ex his sententijs absolute placet, proindeque alia via incedendum est, vt mentem meam aperiam.

SUBSECTIO I.

MENS APERITVR, ET probabilior sententia propugnatur.

22. **M**erito iure insignis Tertullianus lib. 2. de Nat. ait: *Varietas opinionum venit ex ignorantia veritatis: ad indagandam enim veritatem varias vias aperire ingenia consueverunt.* Et quidem mens non quiescit in vlla ex allegatis opinionibus, nisi ea quæ libera electio dicitur, obligatio ex lege charitatis, & iustitiæ censetur. Placet igitur sententia, & conclusio tenens; in casu quæstionis Sanctissimam Virginem MARIAM teneri lege charitatis, & iustitiæ ad plurius habendum, & potius eligendum Maternitatem Dei, quam virginatam: scilicet facta comparatione inter hanc maternitatem Dei, & inter virginatam, dataque optione eligendi vnâ præ alia disjunctivè, nempe solam virginatam, vel solam maternitatem Dei hominis Redemptoris generis humani, tenenti Sanctissimam MARIAM lege charitatis, & iustitiæ ad electionem Maternitatis Dei hominis Redemptoris.

23. Probatum primo. Legè charitatis, & iustitiæ tenetur quisque ad preferendum

D

bonum

bonum commune, quod ipsi præferenti etiã melius est; & ad succurrendum proximo in summo periculo, si ve in extrema necessitate spiritali constituto, si ipsi succurrenti nullum incommodum, sed potius maius commodum, maiorque utilitas inde oriatur; ut omnibus pervium est; atqui hoc modo se habet res in casu quæstionis pro propria ferendo bono maternitatis Dei: ergo Sanctissima Virgo MARIA teneretur lege charitatis, & iustitiæ ad præferendum, seu plura habendum, & eligendum potius maternitatem Dei, quam virginitatem. Maior constat ex lege naturali, & positiva præcipiente, ac dictante, *quod tibi non vis, alteri ne feceris; & diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Minor ostenditur; quia in casu quæstionis ita se habet res, ut si Sanctissima Virgo MARIA non præferet, nec eligeret Maternitatem Dei hominis Redemptoris, sequeretur inde infallibiliter privari non solum Deum maiori gloria Incarnationis, & redemptionis activæ, sed etiam privari genus humanum communi bono exaltationis, & redemptionis passivæ; ac proinde relinqueretur in massa perditionis, ac damnationis æternæ, in qua etiam contineretur ipsa Virgo, non minus quam aliæ quinque virgines fatuæ, quibus clausa est ianua æternæ vitæ in Evangelio. Ratio est, quia cum tali electione huius maternitatis Dei, si ve cum consensu quasi matrimoniali Dei, & hominis, connexum erat decretum divinum efficax de incarnando Deo, & redimendo genere humano. Deinde sequeretur, infallibiliter privari ipsam Virginem MARIAM ex merito, ac munere glorioso Corredemptricis, alijsque egregijs operibus obsequiosis immediatis respectu filij divini, qualia fuerunt, utero gestare, vbera lactare, sinu fovere, & alia similia. Denique sequeretur infallibiliter, ipsam Virginem MARIAM privari præclaro, ac præcellente actu charitatis, & iustitiæ in electione Maternitatis Dei contento, qui quidem actus longe, lateque supra rationalium actum electivum solius virginitatis, ut infra constabit.

24 Confirmatur: tum ex eo quod Maternitas Dei, iuxta meliorem Theologiam infra defendendam, sit forma simpliciter infinita ex termino intrinseco constitutivo simpliciter infinito; ac proinde ipsa Maternitas Dei continet eminentè virtutem, ac laureolam virginitatis, ut infra ostendetur: rursus, ipsa Maternitas Dei est forma sanctificans secundum se formaliter, immò etiam

in sensu coposito reddit impeccabilem Sanctissimam Virginem MARIAM, ut proprijs in locis demonstrabitur; unde ipsa Sanctissima Virgo MARIA teneretur lege charitatis, & iustitiæ saltem latæ erga se ipsam, & suam animam, eligere Maternitatem Dei præ virginitate, ne maioribus bonis gratiæ, & gloriæ privaretur, & ne contaminaretur factum peccato originali, à quo immunis fuit solo titulo Maternitatis Dei. Tum etiam ex eo quod Maternitas Dei ratione obiecti finalis, videlicet redemptionis totius generis humani, & ratione obiecti materialis, scilicet personalitatis divinæ incarnatæ in utero materno, est bonum infinite superans aliud bonum inferius virginitatis secundum se, quod adhuc in virginibus fatuis damnatis reluxit, ita ut ratione solius Maternitatis Dei Sanctissima Virgo MARIA collocata sit in superiori ordine unionis hypostaticæ, ut ipsi adversarij fatentur; ergo.

25 Roboratur insuper: tum ex eo quod consentaneum sit legi charitatis, & iustitiæ, Summos Pontifices Ecclesiæ propter bonum commune alicuius Regni dispensare in voto virginitatis, ad hoc ut Principes, postposita virginitate Deo consecrata, copulenter matrimonio, ut non semel contigisse comperitur: ergo potiori iure in casu quæstionis dicendum est, postposita virginitate, debere præferri, & eligi Maternitatem divinam propter bonum commune totius generis humani, atque bonum pacis inter Deum, & homines, ut de se clarescit. Tum etiam ex eo quod, teste D. Thomæ 2. 2. quæst. 152. art. 4. & quæst. 151. art. 5. plures aliæ virtutes sint, quæ antistant, seu antecessunt virtutem virginitatis, inter quas annumerantur iustitia, & charitas, quæ est Regina virtutum: atqui actus electivus, seu eligens Maternitatem Dei in casu quæstionis esset actus iustitiæ, & charitatis, ut satis ostensum est: ergo deberet præferri ad alium actum electivum, seu eligentem solam virtutem inferiorem virginitatis, quæ quidem nil profuit virginibus fatuis carentibus oleo iustitiæ, & charitatis, ut idem idem dictum est. Tum denique ex eo quod dentur alia plura bona excedentia bonum virginitatis, quæ ipsi debent præferri, qualia sunt gratia habitualis sanctificans, & visio beatifica intuitiva Dei; atqui Maternitas Dei excedit hæc maiora bona, ipsique præfertur, ut tenent plures Theologi primè notæ, inter quos sunt Eximius Suarez, tom. 2. in 3. part. disp. 1. sect. 1. & disp. 18. sect. 4. & alij laudati

ti à P. Rhodes hic, sec. 3. per totam, ubi hoc patet ex decem capitibus summa eruditione ibidem recensitis: ergo potiori iure debet præferri virginitati Maternitas Dei, iuxta illud solemne problemam, *si vinco vincente me, à fortiori vincam te.*

26 Roboratur secundò ad hominem; quia adversarij fatentur, Deum magis amare personam Sanctissimæ Virginis MARIE ratione Maternitatis divinæ, quam ratione virginitatis præcisæ: ergo ipsa Sanctissima Virgo MARIA, debito modo præcellentiæ, debuit magis amare Maternitatem divinam, quam virginitatem præcisam; siquidem Mariana voluntas debuit conformari voluntati Dei, ut evaderet *in infinita imago bonitatis Dei*, iuxta doctrinam Divi Thomæ opusculo de charitate. Unde ad illa verba, *MARIA optimam partem elegit*, Lucæ cap. 10. ait S. Anselmus in Monolog: optimam partem electionis esse Maternitatem summi boni, & infinite bonitatis Dei. Denique ad alia verba Lucæ 1. *Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam viro, &c.* adnotat optimè laudatus P. Rhodes, quod cum Sanctissima Virgo MARIA appellatur Virgo, dicitur de ipsa esse desponsatam viro, quali de persona pure humana; at dum innuitur, esse iam electam ad Maternitatem divinam dicitur, & additur *Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*, quasi de persona collocata supra limites humanæ naturæ. Mitto alia probamenta, quæ possent afferri ex infrastabiliendis, & præcipue ex immunitate à peccato adhuc veniali definita à Concilio Tridentino sec. 6. canon. 23. ut potè debita Sanctissimæ Virginis MARIE titulo solius Maternitatis Dei, & non ratione virginitatis præcisæ; cum dicta sufficiant pro firmanda, & confirmanda mea conclusione, quæ ex argumentorum solutione ampliorè elucidationem accipiet.

SUBSECTIO II.

SATIS FIT OBIECTIONIBUS.

27 **O**bjic. 1. In annuntiatione Angelica circa Mysterium Incar-

nationis satis expressit Sanctissima Virgo MARIA suam inclinationem, ac propositionem ad eligendum virginitatem potius quam Maternitatem Dei per illa verba, *quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*: ergo etiam in casu quæstionis eligeret virginitatem potius quam Maternitatem Dei.

Respondet, nego antecedens, quia per allegata verba intendit Sanctissima Virgo MARIA solum proponere Angelo obligationem voti virginitatis, quo erat obstricta Deo, iuxta communem interpretationem Doctorum apud Eximium proxime citatum; scilicet ad hoc ut ipse Angelus, oportuna occasione sibi data, manifesta retinendū supernaturalem, quo Mysterium Incarnationis efficiendum erat in illa sine ulla laesione puritatis, nec fractione, seu transgressionem voti virginitatis licet aliunde consilia sibi esset ipsa Sanctissima Virgo MARIA huius supernaturalis modi perficiendi in ea femina, quæ de facto eligeretur in Matrem Dei, ex illa solemni profetia Isaïæ cap. 7. *Eccce Virgo concipiet, & pariet filium*: unde voluit, & intendit Sanctissima Virgo MARIA certo scire, si hæc revelatio particularis Angelica conformis erat revelationi generali, seu in genere facta per Isaïam Profetam de Virgine simul ac Matre Dei ac proinde esset vera, vel falsa hæc revelatio particularis Angelica ex conformitate, vel difformitate respectu alterius revelationis Profeticæ, in qua Virgo simul ac Mater Dei prædicabatur. Sic enim, & non aliter, Sanctissima Virgo MARIA se gessit, ut adnotant Sacri Interpretes, dum à Sacerdotibus Templi iussa fuit contrahere matrimonium; quod utique contraxit sciens pariter ex revelatione divina, inde nullam futuram transgressionem voti, nec laesionem suæ plusquam angelicæ puritatis.

28 Hinc fit, nullam esse instantiam ex timore, & turbatione ipsius Sanctissimæ Virginis MARIE in eadem annuntiatione Angelica: nam ad talem effectum sat erat celsitudo ipsa Mysterij Incarnationis, de quo agebatur, quæ effectu reverentialis erat actus virgineus, potuit oriri ex figura exteriori Angeli Gabrielis apparentis sub specie juvenis, ut exponunt communiter Doctores pro maiori commendatione summæ puritatis Marianæ, ut alijs vir-

gi. ibus præret exemplo, quæ iure merito Virgo virginum prædicatur. Denique totum hoc argumentum fundatur in textu procedente contra suppositum præsentis quæstionis, hæc enim supponit mutam disjunctivam separationem inter virginitatem, & Maternitatem Dei, sive sensum divinum utriusque; at allegatus facer textus est de sensu composito utriusque, ut de facto contingisse in hac providentia, fide sanctum est.

29. Objic. 2. Etiam si Incarnatio, sive unio hypostatica sit bonum commune totius generis humani, & sit maius bonum, quam est carentia peccati venialis secundum se, nihilominus teneatur quisque ad eligendam carentiam peccati venialis potius quam unio hypostatica: ergo pariter in casu quæstionis discurrendum erit.

Respondeo, nego implicatorium suppositum antecedentis, scilicet quod assignata extrema sint capacia electionis disjunctivæ unius præ alio, sive in sensu diviso unius ab alio; uti præsentis quæstio procedit: ratio est, quia unio hypostatica est essentialiter incompatibilis cum peccato veniali; ac proinde evidens est, tum quod eligere carentiam peccati venialis nequiret esse impedimentum ad maius bonum unionis hypostaticæ, sed potius deberet esse medium ad ipsum maius bonum unionis hypostaticæ; tum etiã quod eligere carentiam hypostaticam esset utique eligere carentiam peccati venialis, siquidem ipsa unio hypostatica dicit, & importat carentiam peccati venialis, ac proinde dicit sensum compositum talis carentiæ peccati venialis, non minus quam mortalis, cumque utrumque peccatum excludatur, & incompatiatur cum unione hypostatica, & impeccabilitate essentiali Dei hominis, ut de se clarescit. Vnde corrumpit tota machina argumenti, & patet disparitas ad casum quæstionis, in quo supponuntur extrema capacia electionis disjunctivæ, scilicet sola maternitas Dei, aut sola virginitas secundum respectum ad personam pure creatam, sive ad puram creaturam præcipientem pro illo priori à statibus Maternitatis Dei, & virginitatis, ac proinde capacem pro illo priori consideratam ad sensum compositum peccati, quod pro posteriori electa Maternitas Dei deberet excludere, ut constat ex supra prænotatis in sententia probabilis.

30. Sed ut hoc ultimum clarius percipiatur, & replica quævis præoccupetur petita à transgressione peccaminosa voti virginitatis,

quæ videtur incurrenda ex electione Maternitatis Dei disjunctivæ: fas est adnotare, etiam esse contra suppositum huius quæstionis arguere ex violatione voti virginitatis; tum quia nequit dari votum virginitatis pro illo priori, in quo supponitur persona indifferens ad electionem, vel non electionem virginitatis, siquidem votum emissum virginitatis præsupponit electionem virginitatis ac proinde destruit indifferentiam ad electionem, vel non electionem virginitatis, ut de se patet, & consequenter destruit suppositum quæstionis præsentis: ergo arguere à violatione, seu transgressione peccaminosa voti virginitatis, quod pro illo priori eligi licet non datur, erit arguere contra suppositum huius quæstionis. Tum etiam, quia nequit dari pro illo priori Maternitas Dei impediens peccatum in persona pure creatam, quæ supponitur indifferens ad electionem, vel non electionem ipsius Maternitatis Dei, ut patet in casu quæstionis. Tum denique, quia absolute loquendo potest verificari, dari votum virginitatis, & tamen non dari transgressione peccaminosa voti virginitatis, siquidem optime stat, dari dispensationem voti virginitatis, & revelari à Deo, ad hoc ut licitum matrimonium adhuc consummaturum subsistere possit, iuxta stabilita proximum. 25.

31. Objic. 3. Si daretur optio eligendi maternitatem Dei sine gratia sanctificante, aut contra eligendi unicum gradum gratiæ sanctificantis sine maternitate Dei, teneretur Sanctissima Virgo MARIA eligere potius hoc posterius: ergo pariter in casu quæstionis.

Respondeo, nego casum antecedentis, utpotè alienum à casu quæstionis, & simul implicatorium adversus rationem, seu conceptum maternitatis Dei, siquidem hæc ut talis est radix, cui debetur gratia habitualis, & simul est prima forma sanctificans secundum se præstantiori modo, ac est gratia habitualis, ut infra ex professo defensabo cum communissima Theologia ex Sanctis Patribus, Sacrisque Concilijs, ut videre est apud Patrem Ioannem de Cardenas in suo opere inscripto de gemino fidere Mariani Diademanis. P. Suarez, ubi supra; P. Ripaldam, tom. 2. disp. 79. per plures sectiones; P. Vegam palæstra 26. per totam.

32. Objic. 4. Id, quod est virtus debet eligi potius quam id, quod est donum Dei; ergo potius deberet eligi moralis virtus virginitatis,

ginitatis, quam donum maternitatis Dei.

Respondeo, in primis per retortionem in gratia habituali, quæ quidem non est virtus, sed donum Dei; unde patet in consequentia in modo arguendi adversariorum in præfenti, & in præcedentibus argumentis. Deinde directè, distinguo antecedens, si id quod est donum Dei excedat infinite virtutem, ipsamque virtutem contineat eminentèr, immò etiam sit fundamentum ad alias maiores virtutes exercendas, maioraque obsequia præstanda Deo; nego antecedens: si autè se habet; transeat antecedens, quod posset negari exemplo gratiæ habitualis allegato ab ipsius adversarijs, & simul exemplo visionis, beatificæ intuitivæ Dei, quæ licet non sit virtus; sed donum, deberet eligi potius quàm virtus ordinata ad finem ultimum beatitudinis, si fortassis conciperentur ut termini capaces electionis disjunctivæ. Denique nego consequentiam, quia Maternitas Dei, utpotè relatio prædicamentalis importans intrinsece constitutivè terminum infinitum simpliciter, est infinita simpliciter, ut in disputatione proxime subsequente defensabo ac proinde excedit infinite virtutem virginitatis, quàm etiam continet eminentèr, sicut & alias virtutes maiores ipsa virginitate iuxta dicta num. 25 ex doctrina Divi Thomæ 2. 2. quæst. 152. art. 4. consta que hoc ex eo quod Maternitas Dei infinita simpliciter est radix, & fundamentum, cui debentur saltem titulo moralis condecenciæ, & ornatus gratiæ, reliqua dona supernaturalia, & virtutes, quarum est capax Deipara Domina, uti discurrunt plerique Theologi à paritate unionis hypostaticæ, quæ talis radix est in Christo Domino; pariter quæ ac in humanis dignitas Regis, & dignitas Matris Regis, sive Reginæ continent eminentèr in se alias dignitates inferiores Ducatus, Comitatus, & Marchionatus, ut omnibus pervium est. Rursus, Maternitas Dei non est tantum radix, cui debentur, sed etiam est fundamentum, vicinius exercentur aliæ virtutes maiores virginitatè, nisi deficiat earum materia circa quam in actu secundo, exercentur que maiora obsequia præstita Deo homini filio, qualia sunt utero gestare, vberè lactare, & sinu fovere, quæ omnia exigit, simul que ordinem superiorem unionis hypostaticæ sibi vendicat, ut supra dictum est; unde omnibus alijs præstantior est gratia maternalis secundum se, ut bene observat P. Rhodes sæpe laudatus.

33. Objicis 5. Virginitas est virtus includens, & inducens opus liberum honestum: ergo debet præferri dono Maternitatis Dei.

Respondeo, concedo antecedens quo ad exercitium, & actum secundum Virginitatis; deinde nego consequentiam, tum ex evidente retortione proxime facta in gratia, & gloria, quæ sunt donum Dei & quæ deberent postponi, & floci haberi respectu cutus libet actus, seu exercitij virtutis minime, v.g. temperantiæ; tum etiam ex proxima recenitis exercitij maiorum virtutum maiorumque obsequijs liberis honestis erga Deum hominem filium, fundatis in maternitate Dei. Nec erit extra rem adducere Aristotelem lib. 1. Ethic, cap. 1. ubi sic eloquitur: *felicitas summa, & summa excellentia divina, summum que bonum, licet non sit virtus, (scilicet formaliter) neque bonum laudabile, (videlicet laudabilitatè virtutis formaliter talis creatæ) est tamen honorabile, & præstat ipsi virtuti, perquam acquiritur à nobis:* ergo pariter discurrendum est de Maternitate summi boni Dei in sensu explicato, licet non sit virtus formaliter, sed eminentèr, seu eminentialiter, iuxta proxime dicta, & amplius iam explicanda.

24. Objicis 6. Illud bonum debet præferri ut melius, ac præstantius, quod est dignum maiori laude, & commendatione secundum se: atqui virtus Virginitatis est bonum dignum maiori laude, & commendatione secundum se, quam bonum maternitatis Dei: ergo. Minor probatur 1. quia iuxta supra dicta, virtus Virginitatis includit, & inducit opus meritorium, quod quidem laudabile est simpliciter. Probatur 2. quia laudabilior est virtus, quæ meritorie habetur, quam dignitas, quæ liberaliter donata possidetur. Probatur 3. quia S. Augustinus exponens illa verba Christi Domini apud S. Lucam cap. 12. *quintid Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud; hoc addit: beator fuit MARIA Christum: in mente, quam in ventre concipiendo, atque parturando:* ergo.

Respondeo, in primis per retortionem semel, & iterum factam in gratia, & gloria, saltem prima: deinde distinguo maiorem; si sermo sit absolute ad huc de rebus, quæ non continentur intra genus, seu lineam laudabilitatis meritorie formaliter, sed tantum eminentèr, quatenus sunt fundamentum ad maiora merita, & ad maiores virtutes

exercendas, ut sunt unio hypostatica, & maternitas Dei; nego maiorem; si sermo sit præcisè de rebus, quæ continentur intra genus, seu lineam laudabilitatis meritoriae formaliter, uti sunt actus charitatis, & actus temperantiae; concedo maiorem. Solutio clarèscit ex proximè dictis, & illustratis clarissimo testimonio Aristotelis, qui quidem sibi in se consonat eodem lib. 1. Et hic, cap. 1. ubi hæc addit: *constat, virtutum, non autem optimorum, esse laudem*, (scilicet meritivam formaliter, sive intra lineam laudabilitatis meritoriae formaliter talis) *sed maius aliquid, præstantius vixnam & deos beatos, felices que dicimus: nemo namque felicitatem laudat, sed ut divinius, præstabilius ve, rem dicit esse beatam: perspicuum est ergo, felicitatem ex his esse, quæ honorabilia sunt, & perfectæ: unde nemo cordatus dicere audebit, Deum non esse infinite magis laudabilem, quam virtutes recensitæ, licet non gaudeat ea laudabilitate formali propria meritorum, ut de se patet.*

35 Hinc constat solutio clara ad minorem argumenti, quæ distinguenda est, amplius que elucidanda, superioribus terminis ipsius argumenti. Constat etiam ad minoris probationem primam, quæ præcisè procedit de laudabilitate meritiva formaliter, quæ sane compenitatur, & superatur ex vi maternitatis divinæ, & patet in obsequijs meritorijs maternalibus supra recensitis. Deinde constat solutio ad probationem secundam, quæ pariter procedit de laudabilitate maiori meritiva formaliter, sive intra lineam laudabilitatis meritoriae præcisè & formaliter talis, intra quam sane contentus actus electivus maternitatis Dei laudabilior est, quam actus electivus Virginitatis, ut satis stabilitum est citato num. 25. Denique ad probationem tertiam dico, relictis alijs plurimis vulgaribus solutionibus ea verba exponentibus; satis esse ea intelligere cum Eminentissimo Cayetano laudato à Silveira tomo 3 in Evang. Tanquam dicta per contrapositionem ad alia verba ibidem prolata à quadam muliere de turba, scilicet à S. Marcela, sic: *beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti*; in quibus nil expressit, imò nec in eius mentem venit aliquid de infinita dignitate Maternitatis Dei, siquidem tunc temporis caruit cognitione divinitatis Christi Dei hominis; ac proinde solum protulit illa verba in eo sensu, in quo vulgariter solent laudari matres, dum earum

filijs aliquid dignum laude patrantur; & hæc sane solemus dicere; *bien aya quien te parió*: in eodem igitur tenore acceptis illis verbis correspondent per contrapositionem verba alia Christi Domini, & D. Augustini; cum indubitabile sit, maiori iure debere dici *beatos homines, & beatiorum MARIAM*, ex supernaturali custodia, & supernaturali conceptione verbi divini, quam ex naturali vulgari maternitate communi alijs matribus, de qua loquebatur illa mulier, scilicet verò de Maternitate supernaturali Dei, hæc minis, de qua nos loquimur in casu questionis: sed de hoc iterum infra.

36 Objic. 7. In casu questionis Sanctissima Virgo MARIA fieret melior moralitèr per virtutem virginitatis quam per dignitatem Maternitatis Dei: ergo hæc eligere teneretur.

Respondeo, distinguo antecedens; fieret melior moralitèr, absolutè, & simpliciter; nego antecedens fieret melior moralitèr secundum quid; transeat: quia licet videatur meliorari moralitèr secundum quid, nempe secundum laudabilitatem meritoriam formalitèr per virtutem virginitatis; nihilominus tamen infinite magis melioraretur per electionem Maternitatis divinæ, ad quam teneretur lege charitatis, & iustitiæ, ut probatum est; ac proinde si hanc legem violaret minimè melioraretur, sed cum factis virginibus peioraretur, modo supra explicato. Deinde nego consequentiam, quia Maternitas divina est eminentèr virginitas, huiusque virtutis nitorem, ac puritatem continet eminentiori modo; licet in casu questionis deficeret virginitas formalitèr talis intra matrimonium, attentà incorruptione corporali, secus tamen attentà incorruptione mentali eminentiori. Insuper esset fundamentum ad alias superiores virtutes exercendas, & ad maiora obsequia Deo præstanda, ut supra dictum est. unde quilibet excellentia bonitatis moralis, sive ingenere moris, relucens in virtutè Virginitatis formalitèr talis compensaretur per maternitatem Dei infinito excessu quoad absolutam meliorem motalem merendi, & essendi moralitèr; sicut absolute meliores sunt homini gratia habitualis, & visio beatifica, præ sola Virginitate formali secundum se, licet non sint virtutes, nec meritoriae formalitèr. Et quidem de melioritate, ac superioritate actus meritorij formalitèr electivi ma-

terni-

ternitatis Dei præactu electivo virginitatis formalis in casu questionis satis constat ex supra stabilitis probamentis meæ conclusionis.

37 Objic. 8. Si SS. V. MARIA eligeret potius Maternitatem Dei, quam virginitatem; careret laureola virginitatis, proinde que non esset Virgo Virginum, & Regina Virginum excedens omnes Sanctos in hac excellentia virginitatis: at qui hoc repugnat; ergo.

Respondeo, distinguo maiorem: careret laureola virginitatis formalitèr tantum talis; concedo: careret laureola virginitatis virtualitèr, & eminentèr talis; nego maiorem: unde nulla infertur repugnantia, siquidem semper maneret Regina virginum utpote Mater Dei, in qua eminentiori modo continetur inferior dignitas virginitatis formalis, sicut in Regina Mater Regis dignitas Marchionatus formalitèr talis, ut proxime ponderabam; rursum que SS. V. MARIA, non ratione virginitatis formalis, sed ratione Maternitatis divinæ, decantatur infinite excedens omnes Sanctos in omnibus donis supernaturalibus, ut passim testantur Sancti Patres, inter quos S. Ioannes Damascenus orat: *1 sic faturi: Matris Dei, & servorum Dei, infinitum est discrimen.* Denique, ad rem rogo, quis nam cordatus unquam ausus est negare, SS. V. MARIAM esse Reginam Martyrum, & gaudere laureola martyrij? Licet re ipsa non fuerit Martyr formalitèr per amissionem vitæ, & effusionem sanguinis, quod sane requiritur à D. Thoma 2. 2. quæst. 124. ad rationem martyris formalitèr talis: sicut ergo nunc eminentiori modo gaudet Mater Dei laureola martyris; gauderet utique tunc eminentiori modo laureola virginitatis, ut merito iure Regina Virginum æque ac Regina Martyrum decantaretur.

38 Objic. 9. cū P. Rhodès supra citato. Ideo SS. U. MARIA teneretur eligere Maternitatem Dei potius quam virginitatem, quia Maternitas Dei est bonum maius, ac præstantius, quam bonum virginitatis: at qui hoc non obstat, siquidem sæpe charitas inclinatur ad eligendum id, quod est minus bonum, relicto alio bono præstantiore, cum debitis circumstantijs: ergo. Probatur minor varijs exemplis: 1. quia licet maius bonum, & melius sit amari à Deo, quam amare Deum; nihilominus ex inclinatione, seu lege charitatis teneretur

potius velle amare Deum, quam amari à Deo: 2. quia licet maius bonum sit carere peccato mortali originali; quam carere peccato veniali personali; nihilominus ex inclinatione charitatis teneretur SS. V. MARIA velle potius contrahere peccatum originale, quam peccatum veniale committere propria voluntate: 4. quia Maternitas Dei non Sanctificans est maius bonum quam gratia habitualis Sanctificans; & tamen ex inclinatione charitatis teneretur eligere potius gratiam habitualem Sanctificantem infallibilitèr, quam Maternitatem Dei sine Sanctificatione, seu sanctitate: 4. quia visio Dei est perfectior quam amor Dei; & tamen Beatus teneretur velle potius amittere visionem Dei, quam amorem Dei, & sic de alijs similibus.

Respondeo; nego causalem maioris absolutè probatam, quam saltem non est ideo præcisè, sed deo est quia Maternitas Dei talitèr est maius bonum infinitum simpliciter, ut contineat in se eminentèr bonum inferius virginitatis, simulque sit fundamentum ad alia superiores virtutes exercendas & connectitur cum decreto Dei de incarnando, & redimendo genere humano, ut constat ex hæc tunc elucidatis probationibus meæ conclusionis. D. inde distinguo minorem, sive implicitam probationem minoris; si aliud bonum præstantius contineat eminentèr id quod est minus bonum; & simul sit fundamentum ad alia maiora bona, maioresque virtutes exercendas, uti est Maternitas Dei; nego: si alitèr se habeat; transeat. Unde constat manifesta disparitas ad omnia exempla adducta, & insinuatà in argumento.

39 Sed discutendo per singula exempla in particulari, dico ad primum: nego suppositum, scilicet quod ille amor amicabile Dei sit non mutuus, siquidem semper debet esse mutuus, & rec proci; eo quod amari amicabilem à Deo dicat amare amicabilem Deum, cum sit amor charitatis inter Deum, cum sit amor charitatis inter Deum, & creaturam rationalem; ac proinde charitas æque inclinatur ad velle amare Deum; ac ad velle amari à Deo amore mutuo, & amicabile, qui est unio affectiva amanti; & amati, ut omnibus pervium est. Deinde ad secundam nego etiam suppositum, videlicet quod peccatum mortale originale, & peccatum veniale personale, sint extrema capacia eligibilitatis respectu Sanctissimæ Virginis MARIÆ,

defensetur obligatio eligendi Maternitatem Dei ex eo præcisè quod sit maius bonū, quā est virginitas, vt saepe adnotavi: de maiori autem bonitate absoluta gloriæ, ad quam ordinatur charitas, nūc dubitato, audio enim ad rem Apostolum ad Phil. p. cap. 1. vers. 23. vbi sic eloquitur: *Coartor è duobus; desiderium habeo dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius; permanere autem in corpore necessarium propter vos.* Quid præclarius pro illustrando casu adducto in argumento?

45 Objic. 15. Obligatio ex iustitia in casu quæstionis defensata ad nullam speciem iustitiæ pertinet; ergo nulla est.

Respondeo, nego antecedens, quia fundatur in ipsa natura iustitiæ, quæ debet tribuere unicuique quod suum est; & pertinet ad speciem iustitiæ distributiæ, quæ verifatur in distributione bonorum immunitatis, ponendo æqualitatem geometricam cum iure; quod quisque habet pro vt est pars communitatis; vt rectè expendit inter alios laudatus P. Rhodes agens de divisione iustitiæ vt sic in suas species. Et satis de his; vt ad supremam dignitatem Maternitatis Dei elucidandam accedamus.

DISPUTATIO II. DE MATERNITATE Dei, ad quam Sanctissima Virgo MARIA prædestinata fuit.

1 **M**aternitatem Dei elucidaturus; quam supra Sanctus Thomas infinitam, & Sanctus Petrus Damianus immensam compellarunt, revoco in memoriā illa aurea verba Sanctissimæ Virginis MARIE Matris Dei apud Ecclesiast. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt:* immo etiam hinc illi exornandi sunt aureola Doctorum in cælo, vt aliqui Interpretes testantur cum Spinello in suo throno, cap. 34. Verum hic, *in terra aliena quomodo magni mysterij scrutabor altitudinem, & divinum pelagus audes tentare abo?* Loquor cum Sancto Basilio Seleuc. orat. 39. nisi cum Phylosopho exclamem,

O Anyse! cum ne capere non possim, tunc recitæ: Sed, teste Sancto Ioanne Damasceno, orat. 2. de Assumpt. non potest non esse gratum ipsi, quod pro vobis efficitur: sit igitur de divina dignitate Matris Dei

SECTIO I.

AN SANCTISSIMA Virgo MARIA verè dicatur, & sit Mater Dei:

2 **I**nter Catholicos, & hæreticos validè decernatur est olim de hoc dubio, donec veritas catholica definita fuit à Sacris Concilijs ad eam constabiliendam congregatis adversus plures perfidos Hæreticas vereres, & novatores, qui venenatas sacrilegas linguas in Christum Dominum, & in Deiparam Dominam vibrarunt; *acne runc enim linguas suas sicut serpentis, vt varijs delictijs lucem veritatis obtenebrare tentarent.* Aliqui negabant, Christum Dominum esse verum hominē, eo quod somnia verint, eius corpus spirituale, & cælo dimissum pervenisse, vt tenebant Anabaptistæ; sive corpus phantasticum habuisse, vt fabulabantur Manichæi; alij renuebant concedere, eundem Christum Dominum esse verum Deum simul & hominem cum Nestorio, qui in ipso duas fuisse hypostasas confingebat, in cuius proinde procaci ore plures edacissimi vermes ebullierunt, certatim pestiferam linguā Nestorianam devorantes; vt videre est in nostro Caniso, lib. 3. de Deipara, cap. 14. & 15. vbi plura de his omnigena eruditione tradere curavit.

SVBSECTIO I.

VERITAS CATHOLICA affirmans stabilitur.

3 **C**lare scit luminibus Sacræ Scripturæ, Sacrorum Conciliorū, Sacrorum Patrū Ecclesiæ, immo etiam luce rationis clarissimè veritas Catholica affirmas SS. V. MARIAM verè dici, & esse Matrem

erem, non solum Christi Domini sed etiam Dei, ac proinde absolute dicendam esse Deiparam, Dei genitricem, & Matrem Dei, sive Theotocos, vt Græci Patres loquuntur.

4 Probatum primò ex Sacra Pagina: nā Isaia 7. dicitur: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel;* quod interpretatur nobiscum Deus, apud Sanctum Mattheum cap. 1. Rursus Isaia 11. *Agredietur virga de radice Iesæ, & flos de radice eius ascendet;* eo quod sicut flos verè producitur ex arbore, ita Christus Deus homo generatur ex Virgine Matre, vt exponunt Sancti Patres, inter quos Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus; apud nostrum Eximium Doctorem hic, disp. 1. scet. 1. Vnde Apostolus ad Galatas cap. 4. ait: *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: & Archangelus Gabriel consonat sic Lucæ 1. spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; idēque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Denique in ipsa Sacra Pagina passim; & tertio quoque verbo, Christus Deus homo *filius hominis* absolute, & simpliciter indigitatur.

5 Probatum secundo ex Sacris Concilijs, Lateranensi sub Martino I. Ephesino; & Callædonensi, in quo ultimo hæc habentur: *Christus Deus est; Sancta MARIA Deipara scribatur; qui non sic sapit, hæreticus est; Nestorianos mitte foras.*

6 Probatum tertio ex Sanctis Patribus, quorum plura testimonia congerit P. Christophorus Vega, palæst. 24. certam. 7. & 8. accipe Sanctum Thomam hic, quæst. 6. art. 5. vbi hæc habet: *Nusquam Virgo genuit hominem, quin simul hominem verum Deum genuerit;* & Sanctum Gregorium Nazianzenum orat. de Nat. Christi, vbi sic eloquitur: *si quis MARIAM Deiparam esse non credit, extra divinitatem est;* mitto alios videndos loco citato.

7 Probatum quarto ratione clarissimè; quia terminus resultans ex incarnatione, sive per incarnationem Verbi Divini, est id quod Sanctissima Virgo MARIA verè, & propriè concepit, ac peperit, vt vera Mater ipsius, nempe Christi Dei hominis: atqui eo ipso verè dicitur, & est Mater Dei: ergo. Maior constat, quia terminus resultans per incarnationem Verbi Divini est Christus Dominus conceptus, & natus ex MARIA Virgine, ita vt non sit subsistens in subsistentia creata humanitatis, sed in subsistentia divina Verbi incarnati; ac proinde terminus

ille resultans est Persona Divina ratione subsistentiæ, seu personalitatis divinæ Verbi terminantis naturam humanam Christi Domini: vnde cum filius quā filius semper dicat, & importet totum suppositum, sive totam personam, eo quod sola natura humana, sive humanitas sola non sit, nec dicatur propriè filius, sed persona resultans ex natura humana, simulque ex subsistentia, seu personalitate; manifestum sit; quod illa persona resultans ex natura humana, simulque ex subsistentia, seu personalitate divina Verbi incarnati, sit, & dicatur propriè filius conceptus, & natus ex MARIA Virgine. Hinc ostenditur, ac demonstratur minor; quia eo ipso quod Sanctissima Virgo MARIA conceperit, ac peperit personam illam divinam resultantem ex natura humana, simulque ex personalitate divina Verbi incarnati, sive verum Deum hominem per identitatem suppositi in vno, eodemque Christo Domino eius filio, debet dici verè, & esse propriè Mater Dei; siquidem sicut nequit dari persona divina, quin sit Deus, ita nequit dari Mater personæ divinæ quin sit Mater Dei, vt de se patet.

8 Hæc ratio mihi manifesta est; & sufficienter roboratur ex eo quod Sanctissima Virgo MARIA verè, & propriè produxerit unionem physicam, qua Caro Christi Domini corporalis fuit unita cum eius anima rationali subsistente per personalitatem Verbi Divini in utero materno Sanctissimæ Virginis MARIE, vt ex Sanctorum Patrum unanimi consensu ostendit Eximius Suarez vbi supra, §. *Nihilominus;* & ego infra probabo cum Angelico Præceptore, vt pateat, perpetuam processisse aliquos Theologos asserentes, Sanctissimam Virginem MARIAM posse dici Matrem Dei, licet Verbum Divinum assumpsisset Humanitatem Christi Domini postquam concepta, & genita fuit physicè in utero materno SS. Virginis MARIE. Nihilominus tamen existimò, non esse necessariū recursum ad unionem hypostaticam productā physicè à SS. V. MARIA, vt probetur esse verè Matrè Dei; vnde corruiit vulgaris aliorum probatio pro præserti conclusione: sed nē hic Andabatarū morē pugnemus; fas est hoc remittere in proximā scet. 2. in qua defensabo, quod licet de factò SS. V. MARIA produxerit physicè unionem hypostaticā, nihilominus hoc nō est necessariū simpliciter vt verè dicatur, & sit Matrè Dei. Vnde ad argumenta hæreticorum enervanda accedendum est. SVB

SVBSECTIO II.

HÆRETICORVM DE-
liria diluuntur.

9 Objiciunt primò. Constat ex Sacra Pagina, nunquam Christum Dominum appellasse Sanctissimam Virginem MARIAM suam Matrem, sed potius mulierem; ut videre est apud Sanctum Ioannem cap. 2. *quid m. bi, & tibi est mulier?* Rursumque cap. 19. *Mulier ecce filius tuus:* immò plura videtur denotasse per implicitam negationem apud Sanctum Mathæum cap. 12. ubi nuntiatis adesse suam matrem respondit: *quæ est mater mea?* ergo.

Respondeo; nego antecedens, cuius falsitas patet ex eo quod sæpe in Sacra Pagina Christus Dominus se ipsum appellaverit *filium hominis*, scilicet Sanctissimæ Virginis MARIÆ, quæ sola fuit Mater Patris, sive Patris Matris respectu Christi Domini, ut volunt plures Theologi, & sacrarum litterarum Antiquitates; ac proinde idem fuit ac eam appellare matrem, cuius appellabatur filius, ut patet: unde ipsa Sanctissima Virgo MARIA iure merito contuevit appellare Christum Dominum suum filium, ut constat apud Sanctum Lucam, cap. 2. v. 48. *Dixit mater eius ad illum; fili, quid fecisti nobis, sic?* Immo si aliquid probaret falsissimum argumentum hæreticorum, probaret utique Sanctissimam Virginem MARIAM non solum esse appellandam Matrem Dei, sed nec Matrem Christi Domini; quod clarum delirium censetur. Nec censendum est, caruisse mysterio, quod in sacris testimonijs allegatis ab hæreticis Christus Dominus acceperit potius nomen mulieris, quam nomen matris; tum quia nomen mulieris, sicut & nomen hominis, per antonomasiam, in phrasi Sacrae Paginae significat aliquid excellentiæ, & dignitatis, si recte sumantur: tum etiam quia ibi voluit suo exemplo nos docere id, quod alibi verbo docuit apud Sanctum Mathæum cap. 23. vers. 9. sic: *Nolite vocare vobis patrem* (idem est de matre) *super terram; unus est enim Pater vester, qui in caelis est.*

10 Hinc fit ea testimonia non esse accipienda in sensu depravato ab hæreticis, sed

in sensu vero tradito à Sanctis Patribus Ecclesiæ, inter quos S. Augustinus tract. in Ioannem; & lib. de fide, cap. 4. exponit, & expendit, Christum Dominum non appellasse matrem Sanctissimam Virginem MARIAM ea occasione nuptiarum, quia tunc illa exposcebat miraculum conversionis aquæ in vinum, quod non erat proprium opus filiationis temporalis, sed æternæ: in alia autem occasione Crucifixionis consultò abstinuisse à nomine Matris, ne in honoratione supplicij, aut maiore dolore materni tituli excrucietur Mater dolorosissima, quæ iuxta Crucem stabat. In tertia denique occasione, non negasse villo modo suam Matrem per illa verba, *quæ est mater mea?* Sed tantum arguisse, & accusasse imprudentiæ eos nuntios, qui ipsum tunc concionantem de rebus divinis intempestivè interpellant; sive etiam aliquos præsentis eius consanguineos qui de ipsius illustri consanguinitate vanè, ac mundane gloriabantur; ut tradit ipse S. Augustinus, lib. de Virg. consonante S. Ioanne Chrysostomo, Homil. 15. in Matth. proindeque prædicavit, propinquitatem ipsius corporalem sine dono gratiæ divini, vi cuius participatio divini naturæ consequitur, non esse dignam illius interpellationis impediens prædicationem Verbi Divini.

11 Objiciunt secundo. Si posset dici Sanctissima MARIA verè, ac propriè Mater Dei, sive Genitrix Dei, posset etiam dici verè ac propriè causa Dei; atque hoc absolutum est: ergo & id, ex quo sequitur.

Respondeo, nego maiorem; quia sicut in generatione æterna ad intra admittimus Latini (quidquid dicant Doctores Græci) solum nomen Patris, & Filij, sive Genitoris, & geniti; secus tantum nomen causæ, & effectus, eo quod causatio, & effectus importent imperfectionem indignam Deo; ita pariter in generatione temporali ad extra admittimus nomen Matris, & Filij, sive Dei Genitricis respectu Christi Domini; secus tamen nomen causæ, & effectus respectu ipsius Christi Domini quia Deus est, propter eandem rationem proximè insinuatam, & simul quia nomen effectus dicit repugnantiam cum assuetate Verbi Divini, quam non dicit nomen Filij, nec nomen Matris, sicut nec nomen Patris in divinis. Licet autem ibi non repugnet nomen principij generativi respectu Filij Divini ab Æterno geniti; videtur repugnare ratione disparitatis in actione generativa temporali Matris, siquidè

hæc

hæc actio terminatur primario ad humanitatem terminatam à personalitate Verbi Divini; at actio generativa Patris Æterni terminatur primario ad personalitatem Verbi Divini, ut certò certius est.

12 Objiciunt tertio. Actio generativa maternalis SS. V. MARIÆ tantum tendit, & terminatur ad producendam humanitatem, ita ut nullo modo attingat Deitatem, immò nec unionem hypostaticam humanitatis cum Deitate: ergo non est sufficiens, ut verè sit Mater Dei; nec Genitrix Dei. Virgetur argumentum à paritate: quia quando quis inserit virgam pruni in arborem pomi, non dicitur producere virgam, nec producere arborem: ergo pariter dum SS. U. MARIA, quasi inserit, ac unit animam, atque corpus Christi Domini ut extrema allumpta à personalitate divina, non dicitur producere nec esse Matrem Dei.

Respondeo, nego antecedens prioris syllogismi, quia actio illa maternalis SS. V. MARIÆ tendit, & terminatur ad eum terminum, qui resultat ex incarnationis, & est Deus homo, sive Christus Dominus; ita ut filius resultans ex vi illius actionis debeat esse persona, & persona debeat importare personalitatem, quæ in Christo Domino est divina, ut fide sanctum est: hoc autem certum satis ostensum est in probatione meæ conclusionis; in qua simul notatum est; quod licet re verè SS. V. MARIA produxerit physice unionem hypostaticam in Christo Domino; non est tamen necessaria huiusmodi productio ad hoc ut verè dicatur, & sit Mater Dei, ut in sequente sectione demonstrabitur. Hinc patet disparitas ad virgentiam argumentis; siquidem in fitio rami, seu virgæ in arborem non producit aliquid intrinsecum in uno, nec in alio extremo; siquidem præsupponit utrumque extremum completum in suo esse; secus tamen actio illa maternalis, ut patet ex proximè dictis, immò si licet magna componere parvis, & aliquid valet adducta paritas; potius adfavet meæ conclusioni apud S. Augustinum serm. 1. Domini cæ ante festum Nativitatis, ubi sic eloquitur: *Quemadmodum virga potuit contra naturam nuce edere; ita Virgo potuit præclatius ad rem?*

13 Objiciunt quarto. Terminus actionis non præexistit actioni; atqui Persona Divina Verbi præexistit incarnationi, & actio-

ni generativæ Sanctissimæ Virginis MARIÆ: ergo. Virgetur argumentum; quia ignis producat calor in homine præexistente, non dicitur generare hominem: ergo pariter Sanctissima Virgo MARIA producat unionem in extremis præexistentibus assumptis pro priori à Verbo Divino, non dicitur generare Deum, nec Genitrix Dei.

Respondeo, distinguo maiorem argumenti terminus actionis non præexistit actioni; eo modo, quo est terminus illius actionis; concedo maiorem; alio modo; quo non est terminus illius actionis; nego maiorem: si enim aliquis terminus, v. g. ignis, reproductatur, præexistit actioni reproductivæ ut primo productus, licet non præexistat ut reproductus, sive ut secundo productus ex vi illius actionis reproductivæ, ut omnibus pervium est: unde à paritate clarescit solutio ad minorem, quia licet Persona Divina Verbi prout simplex, & subsistens in sola natura divina præexistat ante incarnationem, & ante actionem generativam virgineam; nihilominus eadem Persona Divina Verbi prout composita in Christo Deo homine, & subsistens non solum in natura divina, sed etiam in natura humana ipsius Christi Domini formaliter, non præexistit ante incarnationem, nec ante actionem illam generativam virgineam, sed potius prout sic est terminus; quatenus terminus resultans ex vi illius actionis est persona divina, sive personalitas divina prout terminans naturam humanam, in qua subsistit; sectus tamen prout subsistit ab æterno in sola natura divina; quod sane sat est, ut ex vi illius Sanctissimæ Virgo MARIA verè dicatur, & sit Mater Dei, ut potè Mater Personæ Divinæ, quæ verè est Deus. Denique exemplum ignis adductum in virgentia nil virget; quia ignis producat calor in homine præexistente non producit aliquid intrinsecum substantiale hominis, sed tantum calor extrinsecum accidentalem; sectus tamen Sanctissimam Virgo MARIA producat saltem unionem substantialem, & essentialem hominis Dei, sive Christi Domini, ut ex ipso mysterio Incarnationis constat.

14 Objiciunt quinto. Quod personalitas Verbi Divini supergrediens omnem actionem creatam compleverit Humanitatem Christi Domini, nullo modo est attribuendum actioni generativæ virgineæ, sed tantum liberalitati divine: ergo

3E

Res:

Respondeo, nego antecedens in sensu intento ab hæreticis; ratio est, quia supposito decreto libero, & liberali Dei de assumenda humanitate in vtero materno virgineo, terminus resultans ex vi actionis maternalis virgineæ fuit hic homo Christus, scilicet Deus homo, & suppositum Divinum in hac humanitate Christi Domini; siquidem in ea non est suppositum humanum, cum careat substantiâ humanâ; nec est suppositum vagum, cum actio determinata exigit terminum determinatum; ut omnibus pervium est: in hunc igitur finem collimat tanquam in scopum illa actio generativa virginea; vi cuius Christus Dominus est Filius SS. V. MARIE, & ut Filius dicit complementum sub existentia, ut supra ostensum est; ac proinde Divinitus impedita substantia propria, & debita illi humanitati, subrogatur substantia Divina verbi ad complementum illius humanitatis: ergo aliquo modo etiam hoc attribuendum est tali actioni virgineæ cui attribuitur filiatio ut pote actioni generativæ maternali; quod ex dicendis sectione sequente patebit.

15 Sed ad huc in præsentiarum placet hætenus dicta illustrare clarissima auctoritate Angelici Doctoris D. Thomæ 3. p. q. 35. art. 4. in corpore ubi sic eloquitur ad rem: *concipi, & nasci, personæ attribuitur, & hypostati secundum naturam illam in qua concipitur, & nascitur: cum igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta à Divina persona; consequens est, quod vere possit dici, Deum esse conceptum, & natum à virgine.* Taceant ergo, & obmutescant procaces hæretici; cum hæc catholica veritas inconcussa maneat ad huc independentè à dubijs, seu probabilibus opinandi modis Theologorum circa concursum physicum virgineum in unionem hypostaticam, ut amplius loco insinuato clarescet.

16 Nec demum audiendi sunt aliqui Catholici nimis peccantes, ad quos natum est illud *nequid nimis*, dum volunt supra, Sanctissimam Virginem MARIAM dicendam fore Matrem Dei; etiam si Verbum Divinū assumpsisset humanitatem cum posterioritate temporis post generationem temporalem illius humanitatis; eo quod etiam dicatur mater Regis ea mulier, quæ peperit filium adipiscentem postea Regnum, sive Regiam dignitatem decursu temporis. Nam, ut bene docet Eximius Doctor supra laudatus, si-

cut non esset verum dicere, adhuc per communicationem idiomatum, Deum fuisse mortuum, si Humanitas Christi Domini non fuisset assumpta, & unita hypostaticè cum Verbo Divino tempore mortis, etiam si postea assumeretur tempore posteriore resurrectionis gloriosæ; ita pariter in casu proposito non esset verum dicere, adhuc per communicationem idiomatum, Sanctissimam Virginem MARIAM esse Matrem Dei, si ipsa Humanitas Christi Domini non esset assumpta, & unita hypostaticè cum Verbo Divino tempore actionis generativæ virgineæ, etiam si postea assumeretur tempore posteriore, v.g. passionis, aut resurrectionis Ratio huic est manifesta, quia ubi non est Christus Deus homo, non potest verificari, Deum esse mortuum, nec dari Matrem Dei; atqui utrobique non est Christus Deus homo, antequam assumatur humanitas à Verbo Divino, ut de se patet: ergo utrobique nequit verificari, Deum esse mortuum, nec dari Matrem Dei. Unde nulla est paritas Regis, quæ sane indiget ampliatione, & explicatione, scilicet quod illa mulier peperit Filium non Regem, qui tamen postea Rex in auguratus est.

SUBSECTIO III.

DUBIOLA ALIQUA coincidentia brevi calamo solvantur.

17 Dico 1. Licet communiter dicatur SS. V. MARIA Mater supernaturalis Dei, quatenus est vera, & propria Mater Dei; nihilominus in re est Dei Mater supernaturalis saltem quod modum. Ratio est, quia in re conceptio Filij Christi Domini fuit supernaturalis ex aliquo capite, & saltem quo ad modum; siquidem facta fuit sine concursu viri, superveniente spiritus Sancti virtute, & illa sua virginitate suæ Matris Purissimæ; ita ut in eodem instanti reali fuerit perfecta organizatio corporisculi, simulque assumptio Verbi Divini, & in fusio animæ rationalis, ut omnes vno ore fatentur: unde ab aliquibus Sanctis

SECTIO II.

AN NECESSARIUS fuerit concursus physicus effectivus unionis hypostaticæ ad hoc, ut Sanctissima Virgo MARIA sit vere Mater Dei; & qualis fuerit de facto talis concursum?

Et s. Patribus appellatur supernaturalis principaliter, & naturalis minus principaliter, ut docet D. Thomas 3. p. q. 33. art. 4. ubi ait: *Conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa, & supernaturalis; sed secundum aliquid naturalis.* Ast ab alijs e contra appellatur naturalis principaliter, & supernaturalis minus principaliter, ut tenet D. Bonaventura in 3. dist. 4. q. 2. Vbi concludit sic: *Concedendum est ergo, quod illa operatio non fuit naturalis omninominò aliquid habuit supra naturam.* Quod totum clarè explicatur terminis à me traditis. Videatur de hoc noster Pozæ loco proxime citando.

18 Dico 2. SS. V. MARIA non fuit strictè, & rigorosè Patrimater, nec Matripater respectu Christi Domini. Ratio est, quia etiam si hunc modum loquendi conetur statuerè noster Pozæ lib. 2. Elucid. Mar. trac. 5. & pro ipso stent P. Cornelius, in cap. 1. Mat. Num. 16. §. 3. Enodius epist. 3. ad August. ex eo quod SS. V. MARIA videatur exercuisse utrumque munus patris; ac matris in conceptione Christi Domini: nihilominus tamen hic modus loquendi strictè, & rigorosè sumptus contrariatur communi consensu Sanctorum Patrum, & Doctorum. quibus cum loqui fas est, ut late probat Mag. Saavedra, vestig. 1. disp. 2. sect. 2. & sequent. ubi fulmineis dentibus probamenta P. Pozæ dilaniat.

19 Dico tertio. Sanctissima Virgo MARIA est vera mater omnium hominum electorum; triplicitudo, videlicet generationis adoptionis, & donationis: hoc totum probat pie, ac eruditè P. Rhodes hic; quæst. 2. sect. 1. §. 2. eidemque placito adfaveat plura testimonia Sacre Paginæ, & Sanctorum Patrum Ecclesiæ; ad illa verba Christi Domini, *Ecce Mater tuas; ecce filius tuus;* rursumque ad illa, *iratus est draco in mulierem;* & *abijt facere prælium cum reliquis de semine eius; qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesuchristi;* Apocal. 12. vers. 17. Unde ille triplex titulus magnæ Matris nostræ MARIÆ exigit alium triplicem titulum nostræ filialis gratitudinis, videlicet; cultus, amoris, & fiduciæ iuxta illud Proverb. 1. *Nè dimittas legem matris tuæ; honora illam, si vis ab ipsa honorari, & in bonis ditari.* O utinam terque, quaterque Beati, dignæ Matris, MARIÆ digni filij nominemur, & simus.

(§*§)

20 F Extra dubitationis aleam est, Sanctissimam Virginem MARIAM habuisse de facto concursum physicum materialem subiectivum respectu Christi Domini; siquidem certum omninò est in ipsa, & ex ipsa fuisse fabricatum sacrum eius corpusculum, ut ostenditur clarè ex illo Archangelis Gabrielis alloquentis ipsam Sanctissimam Virginem MARIAM apud Divum Lucam cap. 1. sic: *Quod enim ex te nascetur sanctum; vocabitur Filius Dei;* & ex illo Sancti Pauli ad Galat. cap. 4. sic: *Miser Deus filium suum factum ex muliere;* quod sane inter alios Sanctos Patres Ecclesiæ illustrat nobili testimonio lumen Doctorum Divus Augustinus in Psalm. 95. rursumque ferm. de Assumpt. cap. 5. sic: *De carne MARIÆ carnem accepit, & ipsam MARIÆ carnem nobis manducandam ad salutem dedit :: Caro Christi, quamvis gloria resurrectionis sit magnificata, eadem tamen mansit, quæ suscepta est: videlicet eadem caro, quæ suscepta est in vtero materno Mariano, & quæ primigenia communiter compellatur, utpote quæ nunquam consumitur totaliter adhuc in reliquis hominibus, iuxta firmum iudicium Philosophorum, & Medicorum alibi.*

21 Deinde, supposita communi sententia Scotistarum, & Medicorum ex Galeno lib. 6. de locis affect. ubi docet, omnes matres concurrere physicè effective in suos filios; activè suppeditando semen aptum ad generationem proles; certum utique est in re nostra Theologica, ipsum concursum concedendum esse Sanctissimæ Virgini MARIÆ.

RIÆ respectu sui Filij Christi Domini, cuius proinde vnionem physicam corporis cum anima generavit; siquidem non est alia ratio in hac, quam in alijs matribus, quoad predictum concursum activum respectu prolis, cuius est vera Mater, vt constat ex supra dictis.

22 Nec enim obstat, quod ab Ecclesia Catholica decantetur Christus Dominus procedens homo sine semine: verè namque hoc asseritur de semine virili, sine quo processit Christus Dominus, vt fide sanctum est. Rursum virginitas ex illo capite defædara non est, siquidem ibi non intercessit venerea libido, sed virtus Altissimi obumbrans; *Quomodo autem rimendus fuit astus libidinis sub tanto umbraculo sanctitatis?* Ad rem prædicat D. Augustinus homil. 44.

23 Denique, supponitur ex communiori Theologia cum Angelico Doctore, 3. p. quæst. 6. art. 5. & Eximio Doctore, tom. 1. in 3. p. disp. 17. sect. 1. & 2. corpus, ac animam Christi Domini pro aliquo signo prioris fuisse vnita hypostaticè prius cum Verbo Divino, quam vnirentur inter se in eodem instanti reali conceptionis ipsius Christi Domini media vnione physica genita à Sanctissima Virgine MARIÆ eius Matre: ita vt principium productivum talis vnionis inter animam, & corpus sit principium communis activum animæ diuine subsistentis, vt potè assumptæ à Verbo Divino pro priori signo rationis, aut naturæ.

24 Hinc inquirendum est; an necessarius sit concursus physicus effectivus respectu vnionis hypostaticæ ad hoc vt Sanctissima Virgo MARIÆ verè dicatur Mater Dei? Rursusque, an de facto concedendus sit talis concursus respectu vnionis hypostaticæ Sanctissimæ Virgini MARIÆ veræ Matri Dei? Hoc est an de facto Sanctissima Virgo MARIÆ elevata fuerit à Deo tanquam causa instrumentalis ad producendum physicè vnionem hypostaticam supernaturalem inter humanitatem Christi Domini; & personalitatem Verbi Divini? Circa hoc posterius principalitè punctum difficultatis tuentur negativam sententiam PP. Suarez, disp. 10. de Incarnatione, sect. 1. Molina, Tannerus, & alij apud P. Rhodesium citandum. Contrariam sententiam affirmativam de fensant PP. Christophorus de Uega palæst. 24. cert. 2. Bernal Granad. Rhodæ hic. quæst. 2. sec. 2. §. 11 & Leonardus de Pnafiel desp. 6. de

Incarnat, sec. 3. n. 22, quibus suffragatur mirà eruditione Mag. Saavedra disp. 24. sec. 2. folio 140. plaudentibus communiter doctis Recentioribus.

25 Sed antequam sententia eligatur ac stabiliat, fas est expresse adnotare, hanc quæstionem procedere de ipso facto in hac providentiâ, & aliunde supponere, dari potentiam obedientialem in qualibet creaturâ ad omnes effectus non implicantes, nec importantes manifestam contradictionem, vt in libro 2. Physicorum ex professo defensavi cum communiori Philosophia contra P. Vasquez, & alios sequaces; immò etiam supponere existibilitatis, non repugnare de potentia absoluta Dei aliquam creaturam elevari à Deo vt instrumentum physicum ad producendam vnionem hypostaticam quod in præsentiarum aperte admittit laudatus P. Suarez loco proxime citato per sententia negante de facto in hac providentiâ ita contigisse respectu SS. V. MARIÆ Matris Dei hominis.

SUBSECTIO I.

DVPLEX CONCLUSIO

pro resolutione quæstionis stabilitur.

16 **C**onclusio 1. fit. Non est necessarium simpliciter ad hoc vt SS. V. MARIÆ sit verè Mater Dei, quod physicè produxerit de facto vnionem hypostaticam tanquam instrumentum physicum productivum ipsius. Hoc asserunt, à me insinuatursessione ante ventente, de fensatur ab Eximio Suarez, & à Sapientissimo nostrate Pnafiel locis supra citatis contra aliquos nobiles Neotericos.

27 Probatur hæc conclusio; quia ad hoc vt SS. V. MARIÆ sit verè, & proprie Mater Dei, sufficit quod sit verè, & proprie Mater personæ Divinæ, & humanæ, quæ deus est; siquidem sola humanitas non est Filius, sed persona, vt supra stabilitum est contra hæreticos nati, 7. ac proinde sufficit, immò solum necessarium est simpliciter, quod via generationis videntium produxerit vnionem physicam integ-

inter animam rationalem, & corpus Christi Domini, quæ pro priori signo assumpta erant à Verbo Divino, taliter vt ipsa, quæ fuit principium productivum illius vnionis via generationis, fuerit etiam principium communicativum animæ rationalis diuine subsistentis vt termini, seu extremi respectu illius vnionis, iuxta proxime supposita ex Angelico Doctore, & Eximio Doctore num. 23. maxime si nec aliæ matres producant via generationis (vt plures volunt) nisi huiusmodi vnionem physicam animæ & corporis, secus tamen vnionem cum subsistentia, nec ipsam subsistentiam personalem; ergo non est necessarium simpliciter ad hoc vt SS. V. MARIÆ sit verè, & proprie Mater Dei, quod physicè produxerit de facto vnionem hypostaticam tanquam instrumentum physicum productivum ipsius.

28 Confirmatur 1. quia si Angelus vg. elevareretur à Deo tanquam instrumentum physicum ad producendum solam vnionem hypostaticam inter humanitatem; & personalitatem Verbi divini, certum est, quod non diceretur pater; nec mater Christi Domini; secus tamen si aliqua alia mulier produceret physicam vnionem inter animam, & corpus ipsius Christi Domini, quæ pro priori signo rationis, aut naturæ præsupponebantur assumpta à Verbo Divino, ac proinde diuine subsistentia in divina persona composita Christi Domini: ergo signum manifestum est, quod ratio Matris Dei non salvatur in illa priori productione vnionis hypostaticæ; ac proinde nec ad illam necessaria est simpliciter, sed tantum hæc posterior.

29 Confirmatur 2. quia certum, ac infabile dogma fidei catholicæ, quale est, SS. V. MARIÆ esse verè Matrem Dei nequit dependere præcise ac necessario à re omnino incerta; & opinativa, vt est, quod SS. V. MARIÆ de facto produxerit, vel non produxerit vnionem hypostaticam in Christo Domino tanquam causa instrumentalis illius: atqui ita dependeret, si esset necessarium simpliciter ad hoc, vt esset verè Mater Dei, quod physicè produxisset de facto vnionem hypostaticam in Christo Domino. vt tenent adversarij; ergo dicendum est, non esse necessarium simpliciter ad hoc vt SS. V. MARIÆ sit verè Mater Dei, quod physicè produxerit de facto vnionem hypostaticam Christi Do-

mini tanquam causa instrumentalis illius. Hæc ratio inatio mihi suadet, meam sententiam esse magis tutam, & consonam veritati fidei.

30 Conclusio 2. fit. Congruum, & conveniens fuit, SS. V. MARIÆ de facto physicè produxisse vnionem hypostaticam tanquam instrumentum physicum, seu causam instrumentalem ipsius in Christo Domino: ita in re Doctores proxime citati pro secunda sententia affirmativa, quibus accedunt, & adfavent manifeste sancti Patres à me iam allegandi in favorem huius conclusionis.

31 Probatur 1. quia congruum, & conveniens est semper concedere SS. U. MARIÆ de facto, vt potè quæ de fide est Mater Dei, totum id excellentiæ ac dignitatis, quod manifeste non repugnat rationi, nec auctoritati; vt firmum est iudicium, receptum que principium theologicum, alibi stabilitum à me, satis illustratum mira eruditione à PP. Ripalda, & Mendoza ex doctrina SS. Patrum ac Doctorum Ecclesiæ: atqui quod SS. V. MARIÆ physicè produxerit vnionem hypostaticam de facto tanquam instrumentum physicum; seu causam instrumentalem ipsius in Christo Domino, non repugnat manifeste, immò nec villo modo, rationi, nec auctoritati, cum potius illis congruat; ergo dicendum est congruum, & conveniens fuisse Sanctissimam Virginem MARIÆ physicè produxisse de facto vnionem hypostaticam tanquam instrumentum physicum, seu causam instrumentalem ipsius in Christo Domino. Consequentiâ liquet maior constari minor autè solutione argumentorum atefiet.

32 Probatur secundo, quia ratio, & auctoritas positive adfavent meæ conclusioni, siquidem apud omnes compertum est, in rebus theologis id, quod non est Deo necessarium, sed omnino liberum ac creativum (vti est quod de facto SS. V. MARIÆ physicè produceret instrumentaliter vnionem hypostaticam in Christo Domino) debere inferri, & colligi ab investigatibus quoad factum rei, ex revelatione divina latente implicite in testimonijs fide dignis, aut sacræ pagine, aut SS. PP. Ecclesiæ: atqui ex hoc capite satis constat, SS. V. MARIÆ quoad factum rei physicè instrumentaliter produxisse vnionem hypostaticam in Christo Domino: ergo. Minor ostenditur; nã S. Ambrosius epist. 82. sic eloquitur *Per hominē, & mulierē caro eiecta est de paradiso*

per Virginē inchoata est Deo: idest vnita hypostaticē Deo. Cōsonat S. Epiphanius orat. de Deipara, vbi hac habet: *Ipsa mediatrix celi, & terra sanctā vnionē effecit.* Cōcludit idē intantum S. Bernardus lib. 5 de consid. sic: *Ita MARIA Verbu Divinū, animū, & carnem, in vnitate persona copulavit:* quæ testimonia, & alia similia; nequeunt accipi, nec recte intelligi, nisi de causā instrumentali, cum Hezichio homil. de B. Virginē, tomo 7. Bibliothecæ Patrum, vbi proinde appellat SS. V. MARIAM *instrumentum Incarnationis;* ergo ita de facto accidisse, tenentur fati vnanimiter.

SVBSECTIO II. OBJECTIONIBVS OCCURRITUR.

33 **O**bjicis. 1. in ordine contra Primam conclusionem. Si ad hoc vt SS. V. MARIA esset Mater Dei, non esset necessarium simpliciter, quod de facto produxisset physice instrumentaliter vnionem hypostaticam in Christo Domino, sequeretur, quod ex alio capite attingisset subsistentiam divinam Verbi saltem vt terminum communicatum; atqui ita non attingit, immo nec vllō modo connectitur eius actio generativa cum subsistentia divina, seu personalitate Verbi divini; ergo:

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem: ratio est, quia actio illa generativa vnionis physice substantialis inter animam rationalem, & corpus Christi Domini tanquam extrema pro priori signo rationis, seu naturæ, assumpta à personalitate Verbi divini, est communicativa illius compositis, sive supposito divino simul ac humano, quod resultat ex vi Incarnationis, & actionis generativæ, saltem quoad modum supernaturalis, ratione cuius SS. V. MARIA est vere Mater, non quidē solius humanitatis, quæ vere, & proprie filia nō est, sed personæ divinæ simul ac humanæ, quæ est vere Deus, & vere eius filius, cum sit suppositum resultans Deus homo in illo composito Christi Domini, quo cum connexa est essentialiter Virtus illa generativa, ita ut si in illa supponeretur actio terminata ad extremam humanitatis nude sumpta, idest, ad illam extremam humanitatis non assumpta pro priori signo à personalitate Verbi Divini, non esset eadem, sed diversa actio, ac nunc est, vt supra ne-

tatu manet. Nec restat alia difficultas proponenda contra prædictam primam conclusionem; nisi fundamentum Neothericorum, quod propositum, & solutum est à me supra sectione 1. subsec. 2. num. 16. videntur ibi deſta, ne re petita fastidium pariant.

34 **O**bjicis 2. in ordine contra secundam conclusionem. SS. V. MARIA de facto non produxit physice instrumentaliter animam rationalem Christi Domini; ergo nec vnionem hypostaticam cum Verbo Divino.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam, quæ nulla est ex datis probamentis; siquidem pro instrumentali productione vnionis hypostaticæ militant ratio, & autoritas, quæ non militant pro instrumentali productione animæ rationalis Christi Domini de facto, vt patet ex dictis probationibus meæ conclusionis. Immo sunt plures Theologi, ac Philosophi afferentes, animam rationalem non posse vllō pacto produci, seu creari, nisi à solo Deo.

35 **O**bjicis 3. per instātiā. Vnō hypostatica debet esse creata, & non educta, vt constat ex illo Hieremias cap. 3. *Creavit Dominus novum super terram; famina circumdabiturum &c.* ergo.

Respondeo, nego antecedens; non enim repugnat, fuisse ex humanitate eductam vnionem hypostaticam, vt tenet communis sensus Doctorum; ita vt proinde in allegato textu accipiendū sit ly *creavit* in sensu lato, quatenus est idē ac produxit, sicut alibi sæpe accipitur in eadē sacra Pag. & pater Genes. 1. v. 21. vbi dicitur *creavit Deus cete grandis;* idest produxit, non quidē per creationē, sed per educationē, vt omnibus recte sententiis pervium est.

36 **O**bjicis 4. adhuc de potentia absolute Dei nequit pura creatura attingere effective Ipsum esse personale Verbi Divini contra eius essentialē aſeitatē: atqui si SS. V. MARIA produceret physice instrumentaliter vnionem hypostaticā, attingeret vtque effective ipsū esse personale Verbi Divini, quod vniret eum humanitate Christi Domini; ergo.

Respondeo, concedo maiore, & nego minorem; nam ad hoc vt aliqua extrema vniantur inter se ab aliqua causa producente vnionem illorum extremorum inter se, minime requiritur quod ipsa causa producat illa extrema secundum se, vt videre est manifeste in homine generante,

scilicet

seu producente vnionem physicam substantialem, qua vniantur inter se anima rationalis, & materia prima alterius hominis, quia tamen hæc extrema generentur ab ipsa causa generante talem vnionem, sed creantur à solo Deo: ergo pariter à proportionē in nostro casu discurrendum est; maxime cum nec Deus sit causa productiva Verbi Divini, ac proinde nec ipse Deus posset dici causa productiva vnionis hypostaticæ, si ad hoc requireretur quod attingeret effective ipsū esse personale Verbi Divini eo modo, quo attingit vnionem hypostaticam ipsius cum humanitate, vt argumentum perperam intendit, ac proinde cum multum probet, nihil vtique probat.

37 **O**bjic. 5. per urgentiam. Causa instrumentalis vnitiua debet habere virtutem supra vtrumque extremum vnendum ab illa: ergo.

Respondeo, nego antecedens, quia factis est, quod habeat virtutem instrumentalem supra vnionem, quam talis causa producit instrumentaliter, & ad summum aliqualem virtutem supra extrema vt sunt vnibili approxime formaliter ratione illius vnionis; tota igitur superioritas reducitur ad Deum, qui solus est causa principalis respectu illius vnionis.

38 **O**bjic. 6. Humanitas Christi Domini de facto non concurrat ad vnionem hypostaticam de novo productam cum partibus acquisitis in aggeneratione per nutritionem ergo pariter, &c.

Respondeo, dubium esse antecedens argumenti apud Eximium Suarez, loco supra citato; immo illud absolute negat laudatus P. Leonardus de Peñafiel, eo quod censet, nullum sequi inconueniens ex illo concursu Humanitatis Christi Domini. Sed quidquid sit de illo, quod d factum rei satis constat alius concursus virgineus in vnionē hypostaticam pro priori signo terminatus ad vnā vnionem, & pro posteriori signo ad aliam vnionem in eodemmet instanti reali incarnationis.

Pro alijs denique argumentis facillime solvendis, fas est adnotare; aliqua ex illis adfavere priori meæ conclusioni, quæ posterior concors est; alia verò ex illis nullius esse momenti, eo quod Mater Dei ita vnica, & singularis sit, vt *nec similem visisset, nec habere sequentem*, ac proinde non est petenda paritas omnimoda ab alijs matribus vulgaribus, v. g. non producentibus physice vnio-

nem subsistentiæ cum natura suorum filiorum; & sic de alijs, quæ facili negotio dissolventur ex supra suppositis; & adnotatis in limine huius questionis.

SVBSECTIO III.

SPECIALIS ALIA DIFFICULTAS DISCUTITUR.

39 **C**irca vnionem hypostaticam, & Maternitatem divinam, de quibus in præſenti sectione actum est, occurrit specialis difficultas breviter resolvenda: an scilicet perfecte comprehensa à creatura rationali vnione hypostatica Verbi Divini, vel ipsius Maternitate perfecte comprehensa, debeat cognosci evidentē tota Trinitas Personarum Divinarum?

Hoc dubium circa vnionem hypostaticam Verbi Divini iam pridem discutitum fuit ab Eximio Suarez negante expressè, to. 1. in 3. part. disput. 22. lect. 5. & ab Eminētissimo Lugone affirmante; disp. 20. de Incarnat. sect. 3. denique à Sapientissimo Arriaga, tom. 6. disp. 39. sect. 2. & 3. vbi partim assentitur sententiæ neganti; quatenus negat cognitionem Spiritus Sancti; partim dissentit, quatenus affirmat cognitionem Patris Aeterni, ex perfecta comprehensione vnionis hypostaticæ Verbi Divini: vt videre est ibi num. 17. & 18. Sed recte perpendis vtiusque sententiæ oppositæ fundamentis, immo etiam sententiæ quasi mediæ defensatæ à P. Arriaga, alijsque momentis infra proponendis, placeret potius defensare, ex perfecta comprehensione vnionis hypostaticæ Verbi Divini sequi quodlibet, scilicet debere cognosci evidentē, & non debere cognosci evidentē totam Trinitatem Personarum Divinarum: præsertim si placeat sententiæ plurium Theologorum, qui cum laudato P. Suarez apud P. Leonardum de Peñafiel tom. de Incarnat. disp. 10. sect. 5. n. 61. tenent, ex vi vnionis hypostaticæ adesse, novo titulo; totam Trinitatem præsentem Humanitati Christi Domini; immo etiam totam Trinitatem moraliter formaliter sig-

Fi

ni

nificare, & sanctificare Humanitatem Christi Domini physicè significatam, & sanctificatam per personalitatem Verbi Divini aut per naturam divinam physicè immediatè unitam ipsi humanitati, ut aliqui Theologi Recentiores defensores cum P. Aldrete tom. 2. de Incarnat. disp. 47. sect. 2. §. *Multo melius.*

Sed quia punctum proprius mei instituti est circa Maternitatem Dei, de hac præsertim difficultatem discuto: & quidè negativa resolutio supponitur potius quam probatur à Theologis. Ita ut ingeniosus Neotericus Peruanus defensus affirmativam conclusionem. Patrum nullum in sui favorem adducat. Potuit tamen pro se allegare plures Sanctos Patres adductos à P. Vega, tom. 2. palæstr. 3. r. per totam, ubi latissimè ostendit, Deiparæ Dominæ competere titulum complementi totius Trinitatis; licet enim falsò aliqui inferant hoc elogium, cum P. Salazar, ex verbis Hesychij ibidem allegatis, aliundè tamen constat, verum esse ex variis rationibus, & auctoritatibus allatis à laudato P. Vega, qui sanè ad favorem expressè affirmativo placito eiusdem docti Neoterici.

Pro ipso igitur illustrando asserto adducit inter alia testimonia illud S. Lucæ 1. *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi; idè quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei:* ubi enim Maternitas Dei innotescit, tota Trinitas expressè declaratur, ut innuere videtur Sanctus Fulgentius contra sermonem Fastidiosi cap. 8. his verbis: *Filium suum solus quidem Pater genuit; sed non solus fecit; in Filio enim unigenito solius æternæ generatio Patris, & in eodem Filio facta una est totius Trinitatis operatio.* Videantur alia plura apud laudatum Vegam, qui illa etiam confirmat communi doctrina Theologorum ibidem, num. 1784.

Placet nihilominus asserere, quod si perfectè comprehenderetur Maternitas Dei, sequeretur quodlibet, scilicet cognosci evidentè, & non cognosci evidentè totam Trinitatem Personarum Divinarum. Hæc resolutio conformis est meis principijs infra aperiendis, ac stabiliendis, tum tract. 3. disp. 2. sect. 3. in qua ostendam, Maternitatem Dei esse formam relativam infinitam simpliciter, utpotè constitutam essentialitèr personalitate Divinæ Verbi.

Probat: nam si perfectè comprehenderetur Maternitas Dei, nempe Verbi,

seu Filij Divini incarnati in Virgine Matre MARIA, cognosceretur utique evidentè hypostasis Verbi, seu Filij Divini, utpotè terminus immediatus connexionis, & relationis illius maternalis, iuxta proximè stabilita in hac disp. à sect. 1. præsertim num. 7. & num. 23; cognita autem evidentè, clarè, & perfectè hypostasi Verbi, seu Filij Divini, que sanè constituitur essentialitèr per respectum formalem ad Patrem Æternum, & per respectum radicalem ad Spiritum Sanctum dicentem necessario negationem alterius quartæ personæ, cognosceretur utique evidentè tota Trinitas Personarum Divinarum, ut de se clarescit, Nunc sic: atqui simul deberet non cognosci evidentè tota Trinitas Personarum Divinarum; siquidem nequit cognosci comprehensive perfectè tota Trinitas Personarum Divinarum, ut fide Sanctum est; cognosceretur autem comprehensive perfectè tota Trinitas personarum divinarum (ex vi perfectæ comprehensionis Maternitatis) si cognosceretur evidentè ex vi illius; nam ex vi talis comprehensionis perfectæ Maternitatis Dei deberent comprehendì perfectè omnia constitutiva essentialia ipsius Maternitatis Dei perfectè comprehensæ, quorum unum est hypostasis Verbi, seu Filij Divini, constituta essentialitèr per duplicem respectum ad alias duas Personas Divinas, quæ proinde sunt quasi vnus terminus immediatus respectu illius cognitionis: ergo ex vi perfectæ comprehensionis Maternitatis divinæ sequeretur, &c.

Hinc constat, suppositionem esse implicatoriam, cum sit implicatoria ea perfectè comprehensio Maternitatis Dei: quod pulchris exemplis elucidabitur infra citata disp. 2. sect. subsect. 1. num. 53. Nec tamen hoc inferitur ex alia cognitione non comprehensiva, siquidem hæc non est ita clara, ac perfectè respectu Maternitatis divinæ, nec respectu constitutorum essentialium ipsius: licet totum hoc procedat, supposita revelatione mysteriorum fidei, & non attentis solis viribus naturalibus.



SEC.

SECTIO III.

AN MATERNITAS DEI
sit forma relativa
simpliciter.

40 PRÆSENS quæstio pendet ex proprijs cuiusque principijs stabilitis in Philosophia tractatu de prædicamento Relationis; proindeque ex ibi à me defensatis, supponendum est primo: omnem relationem esse mutuam, & omnia relativa dici ad convertentiam, ut docent cum Aristotele de Prædicamento ad aliquid plures Doctores, quos illustrat ingeniosus P. Lincæus lib. 3. Met. trac. 6. num. 189. & 194. Licet plerique Thomistæ allegantes pro se Angelicum Doctorem, 3. p. q. 35. art. 5. defenserint; non esse mutuam relationem realem inter Christum Dominum, & Deiparam Dominam; quorum fundamentum corrumpit infra in argumentum dissolutione: proindeque contrarium placitum est communiter inter Philosophos; & Theologos cum Eximio Doctore hic, disp. 12. sec. 2. ubi demonstrat, esse mutuam relationem realem Maternitatis ad Deum hominem filium, & filiationis ad Dei Matrem, taliter ut hæc relatio realis filiationis distincta sit ab alia relatione filiationis increatæ, quam dicit Filius Divinus ad suum Patrem æternum, ut infra explanabitur.

41. Supponendum est secundo ex ibidem à me propugnatis disp. 5. de Relat. sec. 1. omnem relationem prædicamentalem esse, & definiri essentialitèr sic: *forma verè, & realitèr respectiva, ac distincta formalitèr obiectivè à fundamento, terminò, & ratione fundandi, ex quibus resultat per modum accidentis metaphysici:* sicut resultat risibile ex animali rationali, quibus cum realitèr identificatur. Licet verum sit, quod pro conclusionem in presentiarum defensanda sufficeret communior sententia abi defensus, relationem prædicamentalem consistere essentialitèr in simultanea coexistentia fundamenti, termini, & rationis fundandi, ut ex dicendis constabit;

45. Supponendum est tertio, sufficere ad hoc ut aliquid sit, & dicatur absolute infinitum simpliciter, quod habeat aliquod constitutum infinitum simpliciter formalitèr se habens, sive quod identificetur physicè realitèr, vel moralitèr intrinsece, importado in suam constitutionem tale infinitum simpliciter; licet hoc absolute non sufficiat ad constitutum denominandum increatum simpliciter, siquidem hæc posterior denominatio repugnat rei creatæ, & productæ ab alio; secus tamen prior denominatio; ut patet in operibus eccentricis, seu meritis Christi Domini creatis, ac infinitis simpliciter, ut vera Theologia docet. His præiactis, & præsuppositis pro mea conclusione, ad ipsam stabilendam accedo.

SUBSECTIO I.

AFFIRMANS SENTENTIA ostenditur.

43. COMMUNIOR sententia tenet, Maternitatem Dei esse infinitam simpliciter, & ad summum esse infinitam secundum quid; quod communiter supponitur potius, quam probatur. Placet tamen contraria sententia, & conclusio affirmans, Maternitatem Dei esse, & debere dici infinitam simpliciter: cui placito adfavent Sancti Patres iam citandi; plaudente P. Ioanne de Cardenas in suo aureo opusculo de gemino sidere Mariani diadematis, ubi hanc infinitudinem ex professo defensat, licet alià via ab ea, quam ego in presentiarum sisto, & quidem miror, alios plures Theologos de eo esse intentos, ut probent, peccatum mortale gaudere infinitudine simpliciter; & adstruant Maternitatem Dei carere eà dignitate infinitudinis simpliciter in sua lineâ; quæ in alia conceditur peccato mortali ratione malitiæ moralis.

44. Probat: conclusio auctoritate Santorum Patrum; nam Angelicus Doctor D. Thomas opusculo de Charitate, sic eloquitur de Deipara Domina: *Hanc fecit Dominus infinitam imaginem bonitatis sue.* Rursus que 1. p. q. 25. art. 6. ad 4. ait. *Beata Virg-*

ex hoc quod est Mater Dei, habet: quoad dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus; & ex hoc non potest aliquid fieri melius ipsa, sicut non potest aliquid esse melius Deo: Quid clarius? & quid efficacius hæc sicutitate melicitatis in ratione boni exprimi potest? Consonat Seraphicus Doctor D. Bonaventuræ in speculo Virg. cap. 8. Vbi hæc habet: *maiorẽ mundum posset facere Deus; maiorem matrem, quam Matrem Dei, facere non posset.* Vnde sacri Interpretes ad illud Prophetæ Jeremiæ cap. 3, 1, *Famina circumdabit virum*: adnotant *ly circumdabit* denotare dignitatem Maternitatis Dei infinitam circumdantem filium Divinum infinitum simpliciter; ex quo derivatur infinitudo simpliciter in dignitatem Maternitatis Dei, seu Maternitatis Divinæ quæ summæ est in sua linea absolute, & simpliciter.

45 Nec allegata testimonia accipienda sunt de infinitudine impropria, & secundum quid; siquidem allegata testimonia loquuntur absolute, & sine tali addito diminvente, sine quo proinde intelligenda sunt, maxime cum arguant talem infinitudinem in Maternitate Dei ex infinitudine filij Divini, quæ talis est simpliciter, & sine vilo addito diminvente, ut omnibus perviam est. Rursus, ex allegatis testimonijs non inferitur, Maternitatem Dei defecto existentem esse creaturam omnium perfectissimam; siquidem aliunde manifestum est, possibilem esse aliam maternitatem Dei æque perfectam ac ea, quæ defecto datur; immò defecto dati maioritatem in Christo Domino, ut fide sanctum est.

46 Pro qua doctrina, & alia infra tradenda, præoculis habendum est, quod ad huc inter res infinitas simpliciter potest una esse major alia, ut patet in volitione increata Divina, & in volitione creata humana Christi Domini, quarum Prior maior est, & simabilior, gratiorque Deo, licet utraque sit infinita simpliciter, ut certum est; prior enim est identificata realiter cum Deo, & à se; posterior vero est dignificata à personalitate Verbi Divini in trinitate moraliter, & ab alio; unde dicitur operatio theandrica seu Dei virilis, ut in Theologia compertum est.

Probatur conclusio ratione: nam ratio prædicamentalis Maternitatis Dei est *forma virgæ, & realiter respectiva, ac distincta formaliter obiectivè à fundamento, termino, & ratione fundandi, ex quibus resultat per modum*

accidentis metaphysici, ut constat ex proximè suppositis num. 41. & à me ex professo defectus suo in loco Roseti Philosophici; vel saltim consistit essentialiter in simultanea coexistentia fundamenti, termini, & rationis fundandi, iuxta plausibilem sententiã Philosophorum, & Theologorum cum P. Ripalda, tom. 2. lib. 4. disp. 79. sect. 1. num. 4. atqui eo ipso Maternitas Dei est, & debet dici infinita simpliciter: ergo. Probatur minor: nam eo ipso Maternitas Dei non distinguitur realiter, sed ideoprificatur realiter cum termino, scilicet filio, qui est terminus infinitus simpliciter immò etiam constituitur essentialiter, nempe Christum Deum hominem, sive physice, quando coexistit physice, sive moraliter, quando coexistit moraliter, ut infra explanabo: atqui ex hæc identitate reali Maternitatis Dei cum termino infinito simpliciter, & ex hac constitutione ipsius Maternitatis Dei per terminum infinitum simpliciter, convincitur manifestè esse infinitam simpliciter, ut de se clarescit, & ex argumentorum solutione patefiet: ergo.

48 Nec obstat, quod ratio Maternitatis Dei dicat terminum infinitum simpliciter tanquam inadæquatum constitutivum intrinsecum, ita ut dicat alia constitutiva inadæquata finita simpliciter: hoc enim contingit etiam in persona Christi Domini, ut Fides docet, & tamen talis persona est, & debet dici infinita simpliciter, ut ipsa Fides demonstrat: ergo si hoc non obstat in Persona Christi Domini, quæ est terminus constitutivus relationis Maternitatis Dei, nec obstat utique in ipsa relatione Maternitatis Dei. Vnde pariter dicitur infinita absolute; immò & infinita tota, sed non totaliter: sicut homo est rationalis totus, sed non totaliter, quatenus rationalitas est unum inadæquatum constitutivum hominis, qui est animal rationale, & sic de alijs similibus.

SVBSECTIO II.

RESPONDETUR ARGUMENTIS.

49 **O**bjic. 1. Relatio Maternitatis Dei non est summa in suo genere.

nerè; & exceditur à quolibet infinito simpliciter: ergo non est infinita simpliciter.

Respondeo, nego antecedens, quia Maternitas Dei dicit realiter intrinsecè constitutivè terminum infinitum simpliciter nempe filium Deum hominem; unde talis ratio est summa in suo genere; ut supra ostendebat D. Thomas, ita ut præter suam perfectionem, quam continet formaliter, contineat eminentèr omnem perfectionem à se distinctam contentam sub eo genere; in quo est summa; & infinita simpliciter; proindeque non exceditur à quolibet infinito simpliciter, cum dicat identitatem realem cum aliquo infinito simpliciter, ut supra ostensum est: immò in hac identitate reali debet fundari identitas moralis, sive identitas absoluta, quam Sancti Patres prædicant, dari inter Matrem Dei, & inter filium Deum hominem, ut videtur est apud laudatum P. Ripaldam loco proxime citato; ibidem sect. 7. ubi inter alia testimonia adducit hoc clarissimum S. Petri Damiani serm. 2. de Nativitate. *Quarto modo inest Deus MARIÆ Matri, identitate, quia idem est cum illa; sic ræceat; & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspiciere tantæ dignitatis immensitatem: habitat Deus in Virgine Matre, cum qua unius natura habet identitatem.* Quid clarius? Hoc ergo sufficit ad hoc ut sicut in communissima Theologia complexum, seu aggregatum resultans ex Deo, & creatura est infinitum simpliciter; ita ut non excedatur intensivè à quolibet alio infinito simpliciter, nec ab ipso Deo scorsim; supposito; pariter theologilandum sit in casu nostro conclusionis quoad intensivum Maternitatis divinæ infinite simpliciter.

50 **O**bjic. 2. In triduo mortis Christi Domini non erat coexistens terminus constitutivus relationis Maternitatis Dei; nempe Christus Deus homo infinitus simpliciter: ergo nec erat ratio Maternitatis Dei infinita simpliciter.

Respondeo, antecedens argumenti includere gravissimam difficultatem, quam discutit Magister Sententiarum in 3. dist. 3, 1; ubi conatur ostendere, in triduo mortis Christi esse vere hominem, quam sententiam communiter male auditam ad rectum Catholicum sensum adducere conatus sum in meo Roseto Philosophico cum Divo Augustino, locis ibi citatis; ita ut verum sit, in triduo mortis Christum Dominum esse ho-

minem theologice, secus tamen philosophice: proindeque omisso nunc antecedente, aut data distinctione, quam iam in medium profero, distinguo consequens sic: nec erat ratio Maternitatis Dei, physice talis, concedo: moraliter talis; nego: quia in triduo mortis Christi Domini erat Maternitas Dei existens moraliter, lectus tamen physice; siquidem ratio Maternitatis Dei existit physice tantum in unico instanti reali Incarnationis, ac conceptionis temporalis Christi Domini, in quo solo verificatur coexistentia physica fundamenti, termini, & rationis fundandi talis relationis, ut omnibus perviam est; ac proinde in reliquis instantibus temporis erat tantum moraliter talis ratio Maternitatis Dei existens in Deipara Domina, sive vivente, sive moriente filio Deo homine; sicque verificatur solè in illud D. Petri Chrysologi serm. 146: *MARIA Mater vocatur; & quando MARIAM non Mater? Vnde sicut hoc sufficiens fuit ad hoc ut etiam in triduo mortis deberetur SS. V. MARIÆ Matri Dei speciales cultus adorationis, & honoris; sicut in humanis debentur Reginæ Matri ex simili morali existentia; utique debita est infinitudo simpliciter in eodè sensu existentie moralis, ac proinde eodem modo, quo est talis ratio Maternitatis Dei existens, eodè utique modo est infinita simpliciter. Vide infra num. 62.*

51 **O**bjic. 3. Personalitas Verbi Divini constituit terminum Maternitatis Dei non solum est infinita simpliciter, sed etiam est increata simpliciter: ergo si idèo Maternitas Dei est infinita simpliciter quia eius terminus est infinitus simpliciter, erit utique increata simpliciter, quia eius terminus est increatus simpliciter.

Respondeo in primis per retortionem manifestam in metis theandricis Christi Domini, quæ intrinsecè dignificantur à personalitate Verbi Divini, quæ non solum est infinita simpliciter; sed etiam est increata simpliciter: atqui nihilominus talia metica dicuntur infinita simpliciter; secus tamen increata simpliciter; eo quod non sint subiectum capax huius denominationis, sed potius sint quid creatum simpliciter; & ab alio: ergo pariter: Deinde nego suppositum argumenti scilicet quod terminus Maternitatis Dei sit solè personalitas Verbi Divini, siquidem est persona Christi Domini resultans ex natura humana creata simpliciter; & ex personalitate Verbi Divini

ni increata simpliciter, ut sepe dictum est. Denique concessio antecedente, nego consequentiam, & causalem implicitam ipsius, nam non est ideo præcise, sed etiam quia est subiectum capax infinitudinis simpliciter per participationem, & compositionem seu constitutionem termini infiniti simpliciter; ut constat exemplo proxime allegato: unde infinitudo simpliciter potest inveniri in subiecto increato simpliciter, & a se, ut est personalitas Verbi Divini, & potest inveniri in subiecto creato simpliciter, & ab alio, ut est operatio meritoria Christi Domini incerta Theologia, ut constat ex dictis ac videndis proxime suppositis, num. 42.

52. Objicis 4. Stat optime, quod res creata, qualis est potentia proxima libera Angeli, aut hominis, constituatur per quid infinitum simpliciter, qualis est omnipotentia divina, quin res illa creata sit infinita simpliciter: ergo pariter in casu questionis.

Respondeo, concedo antecedens, vel claritatis distinguo illud si: si talis res creata constituatur per quid infinitum simpliciter, tanquam per constitutum physicum, & materiale ita ut infinitudo non se habeat formaliter, sed materialiter, uti se habet in exemplo allegato potentia proxima libera creata; concedo: si talis res creata constituatur per quid infinitum simpliciter tanquam per terminum intrinsecum, ita ut infinitudo non se habeat materialiter, sed formaliter; nego antecedens, & consequentiam, ac paritatem, quia illo priori modo se habet omnipotentia divine infinitudo respectu potentia proxima libera creata, utpote quæ limitatur ac determinatur ad producendum solum actum liberum creatum voluntatis, ad quæ ipsa voluntas se determinaverit; aut posteriori modo se habet infinitudo Verbi Divini, siquidem ut talis formaliter se habet in persona Christi Domini, quæ est terminus intrinsecus constitutivus Maternitatis Dei, quæ cum idemificatur realiter in meis principijs, & moraliter etiam in Sanctorum Patrum testimonijs nuperrime allegatis num. 49.

53. Objicis 5. Dignitas gratia habitualis, sicut adoptivi Dei est maior quam dignitas Maternitatis Dei, ut constat ex testimonijs S. I. Lucæ, & Sancti Augustini a legatis supra disp. 1. huius Tractatus, sect. 3.

subsect. 2. num. 34 atqui nihilo minus dignitas gratia habitualis, & Filij adoptivi Dei non est infinita simpliciter: ergo nec dignitas Maternitatis Dei.

Respondeo, solutionem, & expositionem eorum testimoniorum satis clarè constare ibidem, num. 35. cui sane non contrariatur V. Beda lib. 4. cap. 49. in 1. Lucæ licet videatur asserere tunc mulierem illam de turba cognovisse Incarnationem, & Maternitatem Dei supernaturalem; nec enim vult hoc asserere in sensu literali, de quo ego loquutus sum ibi, sed in sensu mystico, aut allegorico, de quo ipse accipiendus est, ut patet ex contextu; ubi ait, & concludit sic: *Et nos igitur his contra Eutychem dictis, extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cuius hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem, dicamusque, salvatori, Beatus Venter, qui te portavit, & ubi ra qua suxisti. Quid claritius? Deinde pro nunc omittenda est minor argumenti, quæ negatur à P. Ioanne de Cardenas supra laudato & infra suo in loco discutienda est ex professo; immò eam pariter defensarem infinitudinem simpliciter gratia habitualis Deiparæ Dominæ, si pro ea invenirem constitutum intrinsecum infinitum simpliciter, quod pro infinitudine simpliciter Maternitatis Dei inventum est inesse relativo prædicamentali formaliter; unde constat manifesta disparitas ad punctum præsentis questionis, ampliusque constabit sectione immediate sequente, in qua ex doctrina Sanctorum Patrum demonstrabo, infinitum discrimen esse inter Maternitatem Dei, & inter gratiam habitualem, ita ut hæc excedatur ab illa ex pluribus capitibus adhuc in ratione formæ sanctificantis formaliter. Denique infinita do. simpliciter gratia habitualis defensata à P. Cardenas in Deipara Domina videtur implere catoriam in terminis, siquidem appellatam gratiam habitualem infinitam simpliciter, quam solum probat, esse infinitam secundum quid, scilicet secundum intentionem gradualem; immò hæc infinitudo gradualis pendet ex iudicio Philosophorum, qui communissimè tenent, repugnare in qualitatibus adhuc supernaturalibus, quarum una est gratia habitualis.*

54. Objic. 6. Si Maternitas Dei esset infinita simpliciter, esset utique immensæ, & incomprehensibilis: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, transeat sequela maioris, quam admittunt laudati PP. Ripalda, Ve-

Vega, & Rhodes hic, quæst. 2. sect. 3. § 1. ex communi modo loquendi Sanctorum Patrum, qui apud ipsos possunt videri, & quorum unus Sanctus Petrus Damianus nuperrimè à me allegatus num. 49. expresse attribuit Maternitati Dei *immensitatem, & idèp-ritatem* cum ipso Deo. Hoc tamen cum grano salis ac. ipiendum est ex incapacitate subiecti secundum se, sicut alibi discarritur de Humanitate Christi Domini.

55. Objic. 7. Maternitas Dei nequit esse infinita nisi extrinsece, connotative, & terminative tantum; ut etiam gaudent infinitudine visio beata; amor beatificus, & gravis offensæ Dei; ergo non est infinita simpliciter, sed secundum quid.

Respondeo, nego antecedens, quia ex probamentis conclusionis satis constat, Maternitatem Dei dicere intrinsece constitutive infinitudinem simpliciter sui termini divini, quo cum realiter idemificatur, & moraliter intrinsece importat in suo esse relativo formaliter; aut visio beata amor beatificus, & gravis offensæ Dei respiciunt ipsi Deum infinitum simpliciter tanquam obiectum extrinsecum, quo cum proportionantur geometricè tantum; & non arithmetice, ut melior Theologia tenet: immò Maternitas Dei in ordine divino superiori unionis hypostaticæ, in quo alia recensita non sunt ut suo in loco ostendetur.

56. Restant aliquæ difficultates proponendæ, & dissolvendæ pro plena rei notitia; quæ tamen directe militant contra relationem mutua, quam in limine huius questionis negatam à Thomistis adnotabam ex parte Christi Domini ad Deiparam Dominam. Prima igitur difficultas est petita ex eo quod Personalitas Verbi Divini relucens in Christo Domino non sit capax relationis filiationis de novo advenientis. Pro solutione tamen sat est distinguere inter Personalitatem Verbi Divini prout terminat solam naturam divinam, & inter Personalitatem Verbi Divini prout terminat naturam humanam in Christo Domino; siquidem in hac posteriori consideratione non repugnat illi nova denominatio intrinsece hypostaticè unitæ cum natura humana; quarum, & aliarum similiarum capax est.

57. Secunda difficultas petitur ex eo quod in Christo Domino darentur duæ filiationes, ac proinde Christus Dominus esset duplex filius. Quis tamen non videat, non repugnare in Christo Domino duas filiationes

in duabus diversis considerationibus proximè explicatis? Immò etiam in eodè Christo Domino dantur duæ filiationes naturales respectu Dei, si consideretur in quantum est Deus, & in quantum est homo; ut communissima Theologia docet. Inde tamen non est dicendus duplex filius; sicut non dicitur Petrus duplex pater, licet in ipso Petro detur duplex paternitas, sive duplex relatio paternitatis ad duos terminos multiplicatos ac genitos ab ipso. Si quidem ad tale concretum substantiale multiplicandum, non sufficit multiplicari forma filiationis, sed suppositum, quod est, ac dicitur filius, ut supra ostensum est. Unde ad rem audiendus est S. Anselmus lib. 6. de excel. Virg. c. 3. ubi ait, & concludit sic: *Nec ita ut duo essent, unus videlicet filius Dei, & alius filius sanctæ Mariæ, sed unus; & idem ipse, qui filius Dei est, in una persona filius esset sanctæ Mariæ; & qui filius sanctæ Mariæ, idem ipse filius esset Dei.* Quid pro reaptius?

58. Tertia difficultas desumitur ex eo quod in Christo Domino utpote persona divina non sit terminus ad quem respectu relationis creatæ suæ Matris, sive Maternitatis temporalis. Facillimè tamen solvitur ex dictis, quia terminus illius relationis est terminus resultans ex personalitate divina, & ex natura humana creatâ, siquidem persona dicit utrumque essentialiter, & talis persona est filius respectu Deiparæ Dominæ, quæ vere est Mater Dei hominis, ut suo in loco demonstratum manet.

SECTIO IV.

AN MATERNITAS Dei secundum se sit forma sanctificans, immò præstantior gratia habituali in ratione formæ sanctificantis?

59. **R**es magni momenti agitur, & cuius tractationis pro scolastico pulvere gloria nostræ Societatis IESV Doctoribus debetur; sive auctor illius fuerit P. Gregor. de Valè. tom. 4. disp. 2. quæst. 1. ut innuit Pater Vega hic, num. 1602. sive fuerit Pater Ioannes Martines de Ripalda.

palda, tom. 2. de Ente supernaturali disp. 79. ubi per plures scētiōes omnigena eruditio-
ne confertas hoc punctum illustravit, vt
apertē proclamat P. Rhodes hic, §. *Statuen-
dum tamen est.* Hi igitur nostræ Societatis
Doctores affirmativam sententiam tuentur,
quoad partem absolutam præfixam in frōte
quæstionis, & indē mihi occurrit posterior
pars comparativa, in qua præferenda est gra-
tia sanctificans maternalis gratiæ sanctifica-
ti habituali in ratione formæ sanctificantis,
pro qua præstantia gratiæ sanctificantis ma-
ternalis, siue Maternitatis Dei, stare videtur
laudatus P. Ripalda ibidem, vt innuit scēt.
16. adfavetque obiter P. Ioannes de Carde-
nas in opusculo de gemino fidei Mariani
diadematis, disp. 1. cap. 6. n. 87. & disp. 2,
cap. 13. num. 157. Negativam tamen sen-
tentiam quoad utramque partem supponunt
potius vt certam, quam probent vt dubiam
reliqui Doctores, quibus ex parte accedit P.
Rhodes ibidem scēt. 1. quatenus tribuit Ma-
ternitati Dei vim mediatam sanctificandi ra-
tione gratiæ habitualis connaturalis.

60 Sed antequam ad conclusionem ac-
cedam, fas est, sensum quæstionis aperire,
& nonnulla necessaria notamenta prælibare:
controversia igitur est in primis, utrum Ma-
ternitas Dei considerata secundum se, &
seorsim à gratia habituali, sit forma sanctifi-
cans vt quod? Sicut alibi similis controver-
sia instituitur à Theologis circa contritione
supernaturalem, & amorem Dei super om-
nia: deinde inquiritur in præsentiarum, utrum
Maternitas Dei comparata cum gratiæ habi-
tualis sit præstantior in ratione formæ sanctifi-
cantis? Eo quod vis sanctificandi, & mune-
ra formæ sanctificantis possint participari
modo præstantiori ab aliâ forma sanctificati-
o distincta à gratia habituali, qualis est gratia
vniōis in Christo Domino. Unde fit, quod
sicut in eodem Christo Domino relucet du-
plex forma sanctificans de facto; vna specia-
lis, quæ est gratia vniōis; & alia communis,
quæ est gratia habitualis, vt potē quæ com-
munis est omnibus iustis; ita pariter pro-
banda sit relucens in Deipara Domina du-
plex forma sanctificans de facto; vna specia-
lis, quæ est gratia maternalis; & alia com-
munis, quæ est gratia habitualis.

61 Deinde, forma sanctificans vt quod
est illa, quæ ratione sui formalitèr sanctificat
qualis est personalitas Verbi Divini in Chri-
sto Domino; aut forma sanctificantis vt quod est
illa, quæ sanctificat ratione alterius, cuius

est via, qualis est vniō hipostatica in eodem
Christo Domino, iuxta communiorem sen-
tentiam nostrorum Jesuitarum cum PP. Vaz-
quez, & Suarez disp. 6. de Incarn. scēt. 1.
prior autem illa forma sanctificans est pro-
prie talis, & communitèr definitur cum Sā-
ctis Patribus Dionisio, & Nazianzeno, sic:
Mundities, seu puritas perfecta ab omni scelere.
vnde munera propria formæ sanctificantis
vt quod maxime includuntur in eo quod
sit incompatibilis cum peccato factim mortali
si ipsumque expellat ratione sui; hoc tamen
munus ita competit gratiæ habituali, vt in-
digeat novo favore Dei scilicet condonatio-
ne extrinseca Dei pro remissione peccati, iux-
ta communem Theologiam, quam tueretur
ipse P. Suarez, lib. 5. de Grat. cap. 11. &
12. immò potest compati cum illo de poten-
tia absoluta Dei, vt tenet communissima sen-
tentia cum eodem P. Suarez lib. 7. cap. 10.
Videlicet cum peccato mortali, siquidem cō-
patibilitas gratiæ habitualis cum peccato
veniali de facto in homine iusto, de fide con-
stat.

62 Denique, causa moralis efficiens re-
quirit existentiam moralitèr, non solum post
existentiam physicam rei physicè præteritā
sed etiam ante existentiam physicam rei in-
fallibilitèr futuram, vt patet in meritis Christi
Domini, quorum intuitu, & influxu mora-
li collata fuit à Deo gratia Protoparenti
Adamo, alijsque antiquis Sanctis Patribus,
ante existentiam physicam ipsorum merito-
rum, non minus quam confertur vique gra-
tia nobis intuitu, & influxu morali ipsorum
meritorum, post existentiam physicam ip-
sorum meritorum Christi Domini: ergo sal-
vatur existentia moralis causæ materiali-
sufficiens ad causandum moralitèr etiam
ante existentiam physicam rei infallibilitèr
futuram. Vnde existentia moralis est illa,
quæ fundatur in existentia physica, vel phy-
sicè præterita, vel infallibilitèr futura, vt con-
vincitur ex dictis, & pro dicendis observa-
ndum est.



SUBSECTIO I.

SENTENTIA AFFIR-
mans quoad utramque
partem stabi-
litur.

63 Placet pro maiori gloria Deipa-
ræ Domine sententia affirmans;
& conclusio utramque partem complectēs
sic: Maternitas Dei secundum se est forma
sanctificans vt quod; immò est præstantior gra-
tia habituali in ratione formæ sanctifican-
tis. Hæc conclusio continet duplicem partē
proindeque per partes probanda est auctori-
tate, & ratione.

64 Probat ut conclusio quoad priorē
partem, scilicet Maternitatem Dei secundū
se esse formam sanctificantem vt quod; nam
in Deipara Domina non solum relucet gra-
tia habitualis secundum se vere sanctifi-
cans, sed etiam gratia maternalis se cun-
dum se vere sanctificans, vt ex comuni
intelligentia sanctorum Patrum, & Do-
ctorum Ecclesiæ innuitur in novo, & veteri
testamento: Ecclesiast. 26. *Gratia super gra-
tiam mulier sancta Zachariæ 4. Educet lapidem
primarium, & ex aqua bibi gratiam gratiæ eius:*
vbi intelliguntur in Deipara Domina due;
gratiæ nempè gratia habitualis, & gratia
maternalis eodem tenore verborum: paritèr
que discuntur Sancti Patres, & Doctores
circa verba salutationis Angelicæ Lucæ cap.
1. *Ad gratia plena, Dominus tecum: inveni-
sti enim gratiam apud Deum;* vt videre est
apud nostrum Maldonatum in huius capituli
expositione, & apud laudatum Ripaldam
vbi supra à scēt. 3. vsque ad sectionem sextā,
ac deinceps; & Patrem Vegam palæst. 26.
per totam.

65 Roboratur; nam plures Sancti Pa-
tres, apud Actores proxime laudatos, appel-
lant immensam, & infinitam absolute & sim-
plicitèr gratiam Deiparæ Domine; qua-
rens ipsa est Mater Dei: atqui hoc nequit in-
telligi de gratia habituali, sed de gratia
maternali ipsius Deiparæ Domine, vt con-
stat ex dictis, ac dicendis suis in locis; vbi
aperte patebit, nullum ex sanctis Patribus
appellasset immensam, & infinitam ab-
solute; & simplicitèr gratiam habitualem;
sed tantum gratiam maternalem Deiparæ

Domine, quatenus ipsa est Mater Dei, vt volēs
nolens fateatur etiam laudatus P. Ioannes de
Cardenas in eodem opusculo de gemino fi-
dere Mariani diadematis, disp. 1. cap. 6. nu.
87. ergo hoc debet intelligi de gratia mater-
nali, siue de Maternitate Dei sanctificantē
formalitèr Deiparam Dominam, quatenus
ipsa est Mater Dei.

66 Probat ut insuper ratione: nam Ma-
ternitati Dei, seu gratiæ maternalis; conve-
nit essentialis definitio sanctitatis, seu formæ
sanctificantis vt quod scilicet quod sit *mun-
dities, seu puritas perfecta ab omni scelere;* iuxta
nuperimè dicta num. 61. ipsique secundum
se comperunt etiam omnia munera propria
formæ sanctificantis vt quod: siquidem Ma-
ternitas Dei vt talis est essentialitèr incompati-
bilis cum omni scelere, non solum mortali
originali, ac personali, sed etiam veniali, vt
suo in loco ostendam adhuc stando princi-
pijs Angelici Doctoris Divi Thomæ ibi al-
legandis: deinde constituit Deiparam Domi-
nam Deo gratam, & amicam, atque dignam
æterna beatitudine; ad quam dignificat eius
opera meritoria simplicitèr, vt constat ex do-
ctrina Sanctorum Patrum apud laudatum
P. Ripaldam vbi supra; ita vt ibidem velint
Sanctissimam Virginem MARIAM ratio-
ne Maternitatis Dei habere proprium ius,
ac dominium strictum in omnia bona sui fi-
lij Dei hominis, huncque manerē obligatum
præcepto positivo honorandi, & amandi suā
Matrem divinam plusquam alios filios adop-
tivos Dei; vnum autem ex illis bonis est reg-
num æternæ beatitudinis, vt omnibus pervi-
est; ergo Maternitas Dei secundū se est for-
ma sanctificans vt quod; vt potē quæ parti-
cipat definitionem, & munera propria for-
mæ sanctificantis vt quod.

67 Probat ut conclusio quoad postero-
rē partē, scilicet quod Maternitas Dei est præ-
stantior gratia habituali in ratione formæ sã-
ctificantis: tum à fundamēto auctoritatis a
ducto proxime ad probandam priorē partē
conclusionis; siquidē gratia maternalis sã-
ctificans in ratione talis appellatur immentā,
ac infinita absolute; & simplicitèr à Sanctis
Patribus; si cuncta tamen gratia habitualis sã-
ctificans in ratione talis, vt videre est n. 65. tū
à fundamēto rationis adducto ad probandā
eādē priorē partē conclusionis; siquidē Ma-
ternitas Dei in ratione formæ sanctificantis est
mundities, seu puritas perfecta ab omni scelere, nō
solum mortali, sed etiam veniali, vt constat ex
Conc. Trident., sess. 6. can. 23. secus tamē gra-
tia

tia habitualis ex se compatiblem cum scelere, seu peccato veniali, ut constat de fide in homine iusto peccante venialiter: deinde Maternitas Dei, seu gratia maternalis sanctificans reddit Sanctissimam Virginem MARIAM magis gratam, magisque amabilem respectu Dei, quam gratia habitualis sanctificans, ut proxime ponderabam num. 66. ex Sanctorum Patrum doctrina: denique Maternitas Dei, seu gratia maternalis sanctificans, reddit Sanctificans, reddit Sanctissimam Virginem MARIAM impeccabilem & immunem potentiam proximam ad peccandum, ut eo loco citato ostenditur ex professo; sedus tamen gratia habitualis, sanctificans, quæ nec tribuit impeccabilitatem, nec impedit potentiam proximam ad peccandum, ut omnibus pervium est: unde patet, quod Maternitas Dei, seu gratia maternalis habens hanc maiorem oppositionem, ac incompatibilitatem cum omni peccato, quam non habet gratia habitualis, debeat esse maior ac perfectior puritas ab omni scelere, proindeque sit præstantior gratia habitualis in ratione formæ sanctificantis.

68 Confirmatur, nam Sancti Patres concedunt Sanctissimæ Virgini MARIÆ ratione Maternitatis Dei, seu gratiæ maternalis sanctificantis, infinitum discrimen celsitudinis, & excellentiæ respectu aliorum iustorum ornatorum gratia habitualis quod sanctus prædicat Sanctus Ioannes Damascenus orat. 1. de dormit. Virg. his verbis clarissimis: *Marris Dei, & servorum Dei, infinitum est discrimen: idemque contestantur alij Sancti Patres à me allegati sectione proxime anteverte ad probandum dignitatem Maternitatis Dei esse formam relativam infinitam simpliciter: unde ratione ipsius Maternitatis Dei collocatur in ordine supremo unionis hypostaticæ, redditurque adorabilis superiori adoratione hyperdulæ, ut docet certa Theologia cum suo Principe Divo Thoma 2. 2. quaest. 103. art. 4. quæ adoratio est aliquo modo honoratriæ, ut cum Eximio Suarez tenet noster Mendoza in suo virid. lib. 2. probl. 4. num. 27. ita ut hæc omnia non competant homini iusto, nec ipsi Sanctissimæ Virgini MARIÆ ratione gratiæ habitualis quæ talis, & in ratione formæ sanctificantis: ergo Maternitas Dei, seu gratia maternalis sanctificans præstantior est gratia habitualis in ratione formæ sanctificantis.*

69 Mitto alia plura, quæ possem adducere in confirmationem meæ conclusionis,

quia ea videntur procedere de Maternitate Dei absolute considerata, licet optime possint adaptari ad ipsam consideratam in ratione formæ sanctificantis; siquidem etiam in hac consideratione verificantur de ipsa Maternitate Dei, ut patet in vero iure, ac dominio circa omnes res creatas, quæ sunt bonæ eius quatenus est Mater Dei, ut inter alios prædicat Seraphicus Doctor Divus Bonaventura in Spec. Virg. ipsam *Dominam celestium, & infernorum*: immo apud omnes Sanctos Patres, ac Doctores certum est, ipsi ut Matri Dei concedendum esse quicquid est excellentiæ, ac præstantiæ manifeste non repugnant; ratione Maternitatis Dei, sedus tamen ratione gratiæ habitualis; unde ad rem concludit Sanctus Anselmus, lib. de Exo. Deip. cap. 2. sic: *Hoc solum de sancta MARIA Virgine prædicari, quod Mater Dei est, ex quo excelsit omnem altitudinem quæ, post Deum dici, vel cogitari potest.* Consulatur laudatus P. Cardenas ea disp. 1. cap. 6. per totum.

SECTIO II.

SATIS FIT OBJECTIONIBUS.

70 **O**bjic. 1. Licet Sancti Patres appellent *sanctam* Maternitatem Dei, non est fundamentum ad hoc ut intelligantur de illa præcisè sumptæ, & considerata seorsim à gratia habituali, sed de illa, ut includente gratiam habitualementem; vel saltem in sensu lato, in quo *sancta* dicuntur alia dona gratiæ supernaturalis: ergo.

Respondeo; nego antecedens, cuius falsitas patet ex datis probationibus meæ conclusionis quoad utramque partem ipsius, siquidem Sancti Patres in testimonijs à me allegatis loquuntur absolute, & sine limitationibus confictis ab adversarijs, ita ut clarè distinguant duplicem gratiam sanctificantem formaliter, vnam maternalem principalem, & aliam habitualementem minus principalem in Deipara Domina; quarum illa prior est radix saltem moralis huius posterioris, ut suo in loco demonstrabitur: unde ipso fundamento nixus sacer olor in superioribus laudatus ad rem modulabatur sic.

Quantus id Genitricis honos, Natiqve requiri

Gratia maternum testificata Decus.
Sin aliter fieret, fortasse notanda fuisset,
Aut minus illam erens, aut minus ille potens.

71 **O**bjic. 2. Forma sanctificans ut quod debet esse participatio naturæ Divinæ: atque talis non est Maternitas Dei: ergo.

Respondeo, concedo maiorem in sensu, ac intelligentia plausibiliore, & communiori inter Theologos, scilicet quod forma sanctificans ut quod sit participatio naturæ divinæ quatenus est semen gloriæ, tribuitque ius ad gloriam, sive ad visionem beatificam, per quam communicatur, ac participatur natura divinæ ut obiectum clare intuitivè visum à Beatis in patria. Deinde nego minorem, quia Maternitas Dei in eodem sensu est participatio naturæ divinæ, ut constat ex datis probationibus meæ conclusionis, immo talis est præstantiore, ac excellentiore modo quam gratia habitualis cuius est radix, & quæ illi debetur saltem moraliter. Rursusque Maternitas Dei est participatio naturæ divinæ quatenus habet identitatem cum Deo saltem morale, quæ Sancti Patres singulariter attribuunt illi, & non gratiæ habituali, ut in superioribus sectionibus demonstratum est.

72 **O**bjic. 3. Dignitas gratiæ habitualis sanctificantis formaliter conciliat amorem benevolentiae supernaturalem, ac increatum Dei, quæ Deus est, erga hominem iustum filium adoptivum ipsius Dei: atque dignitas Maternitatis Dei solum conciliat amorem naturalem creatum Christi Domini, quæ homo est, erga suam Matrem MARIAM: ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem; nam Maternitas Dei secundum se non solum conciliat, & exigit amorem naturalem creatum Christi Domini, quæ homo est, sed etiam amorem supernaturalem benevolentiae increatum Christi Domini, quæ Deus est; tum propter eam quod ita apere sentiant Sancti Patres apud laudatū P. Ripaldā, ibidem sec. 1. 1. per totam; tum etiam quia hoc vincit ratio manifesta supra peita ex eo quod SS. U. MARIA sit vere, ac proprie Mater Dei, sive Christi Domini etiam quæ Deus est, ut in superioribus demonstratum est, & in

præsenti supponit arguens, dum loquitur de Maternitate Dei, ac proinde de Matre Dei, quæ Deus est in composito resultante ex natura humana, & ex personalitate Verbi Divini. Immo hinc convincitur maior amor Dei erga suam Matrem quam erga hominem iustum filium adoptivum Dei, (quidquid sit, an sit dicenda filia adoptiva Dei in sensu spirituali ratione Maternitatis Dei,) nam dignitas Maternitatis Dei supernaturalis gratior, ac amabilior reddit gratior, ac amabilior Deo suam Matrem divinam; sicut increatis dignitas matris regitior ac amabilior matre, præ filio adoptivo, seu adoptivo, ut de se patet: rursusque maior coniunctio cum Deo relucens in Maternitate Dei, ac proinde in Matre Dei vincit maiorem amorem ipsius Dei erga suam Matrem divinam: circa quod accipe aurea Verba Eminentissimi Caietani 2. 2. quaest. 103. art. 4. ubi ait; *Deipara non solum habet veram consanguinitatem cum Christo ut homine, sed etiam veram affinitatem cum Christo ut Deo; quia sua dignitate fines divinitatis propinquius attingit*: immo Sancti Patres absolute adstruunt identitatem Deiparæ Dominae cum suo filio divino, quod tum habet summam conjunctionem possibilem, quam potest habere pura creatura cum Deo, ut supra ostentum est.

73 **O**bjic. 4. Dignitas Maternitatis Dei non est intrinsece supernaturalis: ergo Maternitas Dei non est forma sanctificans ut quod; nec præstantior gratia habituali intrinsece supernaturali.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas patet ex supradictis, ac ex professo stabilitis circa intrinsecam supernaturalitatem, & infinitatem simpliciter Maternitatis Dei; proindeque Sanctus Thomas 3. p. quaest. 33. art. 4. concludit actionem maternalem generativam Christi Domini, ipsiusque Conceptionem esse miraculosam, & supernaturalem simpliciter. Unde fit, quod si illa actio terminaretur ad humanitatem non assumptam à Verbo Divino, non resultaret Maternitas Dei, ut de se patet.

74 **O**bjic. 5. Maternitas Dei consistit in actione productiva maternali terminata ad unionem physicam animæ, & corporis, sive etiam ad unionem hypostaticam humanitatis Christi Domini cum Verbo Divino: atque talis actio non est forma sanctificans, ut quod: ergo nec Maternitas Dei. Probatur minor actio consecrativa Corporis

ris Christi Domini, quæ in sententia probabili est productiva ipsius, non est forma sanctificans ut quod; sicut nec talis est actio unitiva, seu unio gratiæ habitualis cum anima rationali: ergo pariter, &c.

Respondeo, maiorem absolute probatam esse falsam ex supra stabilitis, cum ostensum, ac defensatum sit, Maternitatē Dei esse formā respectivam infinitam simpliciter, eo quod consistat adæquate in fundamento, termino, & ratione fundandi, ex quibus resultat per modum accidentis metaphysicè realiter identificati cum illis tribus. Sed, adhuc omisso maiori, exercitij gratia; nego maiorem; ad cuius probationem gratis etiam permitto eam sententiam minus probabilem, ad quam recurrit arguens, relicto alijs probabilioribus videndis apud P. Rhodes, tomo 2. disp. 1. de Euchar. q. 2. sec. 4. adhuc enim est clarissima disparitas; siquidem illa actio maternalis non esset forma sanctificans ut quod præcisè ex eo quod esset productio unionis physiciæ inter animam, & corpus Christi Domini, sed ex eo quod esset talis productio, scilicet via generationis viventium, ac proinde sit *origo viventis à vivo* & à principio coniuncto in similitudine naturæ aliter autem omnino se habet alia actio consecrativa, ut patet, proinde que Sacerdos ratione actionis consecrativæ non est, nec dicitur pater, nec mater Dei; sicut nec talis diceretur Angelus elevatus à Deo ad producendum, aut reproducendum Christum Dominum, ut supra ostensum est. Denique actio productiva unionis, vel ipsa unio gratiæ habitualis cum anima rationali est tantum via, & causalitas ad formam sanctificantem, non tamen est forma sanctificans ut quod; sicut unio ipsius animæ rationalis non est rationalis, nec unio albedinis est albedo formaliter, & sic de alijs similibus.

Rursus, actio consecrativa secundum se nequit esse forma sanctificans ut quod, sive sanctitas formaliter; siquidem talis actio secundum se potest esse peccaminosa simpliciter, eo quod possit Sacerdos consecrare ex prævo sine simoniaco, vel alio sine inhonesto lethali; implicat autem quod sit sanctitas formaliter secundum se potest esse peccatum formaliter; siquidem esset & non esset puritas perfecta ab omni scelere, uti debet esse sanctitas, & est Maternitas Dei, iuxta hætenus dicta.

75 Objicis 6. Ex data doctrina sequeretur, condonationem extrinsecam Dei esse formam sanctificantem ut quod; atqui hoc repugnat; ergo.

Respondeo, nego sequelam maioris; quia vel loquitur de condonatione extrinseca unius peccati, & sic non erit puritas perfecta ab omni scelere; Vel loquitur absolute de condonatione extrinseca omnium peccatorum? Et sic etiam non est secundum se sanctitas, nec sanctificativa formaliter, sed solum est remissiva peccati; aliud enim est remittere peccatum, & aliud sanctificare formaliter, ad quod posterius requiritur novus favor, & nova forma sanctificativa, si remissio peccati fiat per condonationem extrinsecam Dei; quatenus optime concipitur, quod quis non sit inimicus, nec sit amicus positive, ex vi remissionis peccati præcisè; sicut concipitur optime homo in statu puræ naturæ, qui sit inimicus ante statum naturæ lapsæ, nec sit amicus positive ante statum naturæ elevatæ ad ordinem supernaturalem gratiæ; immò de ipsa gratia habituali tenent plures Theologi cum Subtili Scoto, & Eximio Suarez, non expellere peccatum sine novo favore Dei, ita ut remissio peccati, & infusio gratiæ sint duo favores realiter distincti, ut cum ipsis defenfat P. Rhodes tomo 1. disp. 3. de grat. q. 1. sec. 3. §. 2.

76 Rursus, si sequela maioris loquatur de pura condonatione extrinseca Dei, quæ de potentia absoluta possit remittere peccatum habituale sine infusione gratiæ habitualis; poterit absolute negari cum PP. Valentia, Vasquez, & alijs pluribus; Ego tamen singulariter hac in re censeo, quod semel admissa tali condonatione extrinseca peccati habitualis, debeat utique admitti potiori iure possibilis condonatio extrinseca peccati actualis; immò quod hæc posterior non repugnet, adhuc repugnante illa priori condonatione. Ratio est; quia nulla datur repugnantia in eo quod Deus in aliquo instanti A, in quo Petrus committit peccatum mortale actuale, decernat efficaciter condonare tale peccatum in alio instanti immediate sequenti B. sive quod Deus in illo instanti A habeat decretam efficacem condonatorium, ac remissivum talis peccati pro sequenti instanti B. siquidem in hoc non importatur vlla implicancia, aut repugnantia, si recte perpendatur; nunc sic: in hoc casu con-

donaret Deus aliquod peccatum, ut patet ex supposito; atqui non condonaret peccatum habituale: ergo condonaret peccatum actuale. Consequentia liquet ex restdivisione peccati. Minor ostenditur ad homines: per vos peccatum habituale est peccatum actuale pro ut moraliter perseverans, ita ut constituatur per moralem perseverantiam necessariò præsupponentem existentiam physicam præteritam peccati actualis physice præteriti: atqui in prædicto casu tale peccatum à Deo condonatum non haberet perseverantiam moralem necessariò præsupponentem existentiam physicam præteritam peccati actualis physice præteriti; siquidem posita condonatione illius in instanti B. immediatè ad instans A. non est vllum instans, in quo possit habere perseverantiam moralem, quando quidem præoccupatur per positionem condonationis efficacis essentialiter destructivæ illius: ergo in prædicto casu Deus non condonaret peccatum habituale, sed peccatum actuale; siquidem tunc non esset peccatum habituale, quod destrueretur per condonationem, sed tantum esset peccatum actuale, quod per illam destrueretur; cum aliunde destructio rei præsupponat esse talis rei, ut de se patet.

Deinde, peccatum habituale per vos est peccatum actuale non condonatum, ita ut constituatur in esse peccati habitualis per carentiam condonationis: atqui in illo instanti B. in quo daretur condonatio, non daretur carentia condonationis constitutiva peccati in esse habitualis, ut patet; aliquid daretur, & simul non daretur condonatio in eodem instanti reali, siquidem daretur condonatio, & simul daretur carentia condonationis: ergo in illo instanti non daretur peccatum habituale, quod posset condonari, sed tantum daretur peccatum actuale condonatum à Deo in illo instanti B. postquam commissum fuit in instanti A. ut patet ex dictis.

Hinc constat à me salvari contradictionem communiter assignatam contra condonationem extrinsecam peccati actualis, ex eo petitam quod peccatum actuale existeret, & simul non existeret & in eodem instanti reali; siquidem existeret ut supponitur, & simul non existeret quatenus destrueretur per ipsam condonationem: hæc enim contradictio non militat adversus propositam condonationem ex

trinsecam peccati actualis; quando quidem hoc esset in instanti A. existens, in quo committeretur à Petro, & non esset existens in alio instanti B. in quo condonaretur à Deo; ut rem perpendenti patebit.

Nec me latet, aliquos ad varios recurrere ad peccatum habituale futurum, quod volunt dici tunc condonatum, quatenus à Deo condonante impeditur ne peccatum actuale transeat in peccatum habituale, quod futurum erat post commissionem peccati actualis. Hoc enim est suo se gladio iugulare; siquidem peccatum habituale futurum nil aliud est quam ipsum peccatum actuale, ut volentes nolentes fatemini, nam si Deus condonans impedit ne peccatum actuale transeat in peccatum habituale; ergo peccatum actuale non transit in lineam peccati habitualis, sed manet in linea peccati actualis ergo quod condonatur non est peccatum habituale futurum, cuius futuritio impeditur, ac destruitur per condonationem Dei; cum talis futuritio potius requirat carentiam condonationis, ac proinde non possit dari talis futuritio, nec dici peccatum habituale futurum, ubi adeest condonatio destructiva ipsius futuritionis peccati, ut de se clarificat: ergo peccatum quod tunc condonatur à Deo est solum peccatum actuale, in cuius condonatione nulla est repugnantia, modo obiter, ac breviter explicato, pro pleniori solutione præcedentis argumenti satis soluti.

77 Objicis 7. Maternitas Dei non existit nisi in unico instanti reali, in quo à SS. U. MARIA generavit Christum Dominum: ergo saltim in solo illo instanti reali erit forma sanctificans, & non in alijs antecedentibus, nec subsequentibus temporibus.

Respondeo, distingo antecedens; non existit physice; concedo moraliter; nego antecedens & consequentiam. Solutio constat ex doctrina, tradita, auctorata, & exemplificata in superioribus sectionibus, in quibus hac argumentum solutum manet: immò satis solvitur, si recolatur, ac instauratur id quod proximè notatum est num. 62. ipso in limine huius questionis.

78 Objicis 8. Definitum est in Concilio Tridentino, ses. 6. cap. 7 formam

sanctificantē vt duo esse intrinsece inhaerentem animæ; ac proinde non posse defacto sanctificari hominem per sanctitatem increataam Dei extrinsecam puræ creaturæ; ergo nec per Maternitatem Dei extrinsecam respectu SS. V. MARIE, ipsa sanctificabitur.

Respondeo, cum P. Ripalda supra laudato, Concilium Tridentinum ibi non loqui de forma sanctificante vt quod in communi, & inde terminare, sed in particulari, & determinate de tali forma sanctificacae vt quod, scilicet gratia habitualis; de hac enim loquitur adstruendo, de qua loquebantur hæretici negando; quibus ex diametro opponitur Concilium ibi, ac proinde definitio Concilij procedit de sola formâ sanctificante communi omnibus iustis, quæ est gratia habitualis, de qua hæretici asseriebant, non esse intrinsece inhaerentem animæ, sed hanc sanctificari formalitèr per sanctitatem Dei impuratam, ac applicatam media sola fide, quod quidem falsissimum est: nos autem admittimus obvijs vlnis illam formam sanctificantem communem omnibus iustis intrinsece inhaerentem, vt definit Concilium; & præter illam relucentem etiam in SS. V. MARIA, admittimus in ipsâ aliam formam sanctificantem particularem specialem, quæ ibi in mentem Concilij non venit, & quæ est iuxta mentem sanctorum Patrum, quos supra allégavimus. Sic plures Theologi cum P. Vazquez, 3. p. 2. num. 62. quos sequitur, & illustrat nosse Reverendissimus, ac sapientissimus P. Generalis Thyrsus Gonzalez de Santalla, tomo 3. disp. 11. sec. 6. §. 2. præter illam formam sanctificantem communem omnibus iustis, nempe gratiam habitualem, addunt aliam formam sanctificantem specialem, nempe contritionem, seu dilectionem perfectam Dei, & sic de alijs similibus admittis communiter a Theologis.

79 Nec dicenda est Maternitas Dei extrinseca respectu SS. V. MARIE, siquidem tota illa est ipsi intrinseca moralitèr; immò est ipsi physice intrinseca per inhaerentiam actionis generativæ, maiorem que habet intrinsecationem per identitatem fundamenti, vt patet; ac etiam per identitatem termini, vt ex doctrina Sanctorum Patrum supra expostum est; inter quos S. Petrus Damianus, & S. Augustinus, volunt, Deum per identitatem inesse suæ

Matri, cuius substantiæ, ac carnî vnitus hypostatice dicitur, vt videre est apud citatum P. R. paldam & disp. 79. sec. 15. num. 115.

Nec obstat, quod Maternitas Dei tota non sit semper physice existens ad sanctificandum formalitèr: siquidem etiam contritio, seu dilectio perfecta Dei non est semper physice existens, sed in vnico instanti, & tamen sanctificat formalitèr in omnibus illis instantibus, in quibus est existens moralitèr. Recole dicta num. 62.

80 Objicis 8. Ex cap. 11. S. Luca, & expositione S. Augustini constat, Christum Dominum postposuisse dignitatem Maternitatis Divinæ dignitati gratiæ habitualis: ergo Maternitas Dei non est forma Sanctificans, præstantior que gratiæ habituali.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas assumpti patefacta est supra in hoc Tractatu 2. disp. 1. sec. 3. subsec. 2. num. 53. & rursus disp. 2. sec. 3. subsec. 2. num. 53. vbi eadem difficultas proposita & dissoluta est: videantur ibi dicta, quibus addi potest, fortassis postpositam esse sanctitatem corpoream ventris, ac verum Matris Dei, quæ est sanctitas lata per modum consecrationis sanctæ, quâ sanctificantur vasa aurea consecrata Deo, respectu sanctitatis strictæ spiritualis, quâ sanctificata erat mens SS. V. MARIE, & qua sanctificantur animæ iustorum ex vi gratiæ habitualis. Vnde plures sancti Patres appellant Matrem Dei sanctam corpore, & spiritu, vt videre est apud M. Saavedra, v. sig. 2. disp. 6. vbi conatur probare, etiam in Deipara Domina relucere sanctitatem corpoream propriam, quâ eius corpus proprie sanctificatur: sed quidquid ipse singularitèr sentiat, mihi placet in medium proferre melliflua Verba S. Bernardi serm. 3. super missus est, vbi sic eloquitur: *Cum Dominus sit cum omnibus sanctis, specialitèr tamen cum MARIA, cum qua vtrique tanta eadem conventio fuit, vt illius non solam voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, ac de sua, & Virginis substantia fieret vnus Christus, quæ totus Dei, & totus Virginis esset; nec duo filij, sed vnus filius vtriusque. At itaque, Dominus tecum, quia in illa die, quâ virtute Divina concepisti, nec tantum Dominus filius tecum, quem carne induis, sed & ipse Dominus pater, qui genuit illum, quem concipis, & filium tuum facit, & Dominus spiritus sanctus, de quo concipis,*

qui cum Patre, & Filio vnus sanctificat vterum: Quid præclarior?

81 Ex dictis posset quis dubitare, an similitèr relatio mutua filiationis creatæ Christi Domini ad Deiparam Dominam sit forma ipsum sanctificans vt quod, præstantior quæ gratia habituali in ratione formæ sanctificacae? Nec enim pro affirmativo placito desideratur auctoritas, cum pro illo allegari possint PP. Salmeron tom. 3. tract. 8. in cap. 1. Sancti Luca; Maldonatus, Barradas, & Pinus Ramires tom. de Concept, in appendice num. 1533. quibus accedit Illustrissimus Castillo de vent. Ar. ver. 37. illat. 162. a pag. 434. pro ipsiusque loquitur ad rem eminentissimus Toleros in cap. 5. Luca sic: *Christus sanctus est de ventre Matris, & in eodem sanctus conceptus, & conceptio sancta; ita vt etiam signatâ ex unione non habuisset eam obviuisse ex vi conceptionis.* Consonat S. Prosper. lib. epig. de Incarnat. Verbi, part. 3. concinens sic.

Sic naturam hominis, virtute augente superna, Effet vt in utero lumine lumen homo. Consultatur de hoc laudatus Castillo; pro suprema excellentia dignitatis Maternitatis Dei, de cuius merito infra.

82 Hæc enim, & alia hætenus dicta mihi sufficiunt ad hoc vt demonstretur maioritas Maternitatis Dei præ gratia habituali in ratione formæ Sanctificantis, ita vt ratione infinitudinis simpliciter talis relictus in ipsâ Maternitate divina, comparatur alia quælibet dignitas physica gratiæ habitualis, hac que sit estimabilior moralitèr ex identitate morali cum Deo, & maiori oppositione aut incompatibilitate cum omni peccato, quæ supra ostensa est, siue illa sit physica, siue moralis; cum semper inconcussa maneat maior eius perfectissima puritas ab omni scelere in ratione formæ Sanctificantis simpliciter, in qua proinde gratiam habituaalem longe late que superat Maternitas Dei, vt satis clarescit; maxime si ponderetur huius inamissibilitas per peccatum, quæ in gratia habituali desideratur, vt omnibus pervium est.



SECTIO V.

AN MATERNITAS DEI possit dici constituere essentialitèr Sanctissimam Virgine MARIAM inesse personali?

83 **N**on est animus in hac invistata quæstione immo arti; sed nec animus est omnino illam omittere, cum paucis ab hinc diebus audiverim defensatam publice a nobilibus Scottis sententiâ affirmantem, Maternitatem Dei constituere essentialitèr SS. V. MARIAM, in esse personali; quod sane, meo videri, nusquam in mentem alicuius Theologi venit: nec tamen ideo curo de eius censura; nec insuper dubito; quin tale assertum propugnantes existimarent, sua singulari opinione Deiparæ Domine honorem auferere; verum etiam nec veteri ad rem præsentem adaptare illud solemne Mellifluidi Doctoris D. Bernardi dictum: *Honor Reginae iudici diligit; Virgo Regina falso non eget honore, veris cumulatâ honorum titulis; & dignitatum insulis:* quod ex Thomâ Hurtado desumpsit sæpelaudatus P. Cardenas disp. 2. cap. 27. num. 461. Brevitèr igitur qualia qualia fundamenta eorum insinuabo, eadem que brevitèr refutabo? nam vt optime aiebat Plato; *Verba, vbi decet, contemnere mus, rebus utiliores esse mus:* hæc ille hæc ego.

SVBSECTIO VNICA

AFFIRMANTIS SENTENTIAE FUNDAMENTUM REFERTUR, AC REFELLITUR.

84 **F**undamentum nullum auctoritatis audivi: quod quidem hac in re contemnendum non erat: ea autè, quæ a ratione petita sunt, reducuntur tanquam ad Princeps caput ad sequentem rationationem. Ideo iuxta communem sententiâ

Theologorum constituitur essentialiter Persona Divina Patris Aeterni in esse personali per proprietatem relativam, nempe Paternitatem, quia persona Patris Aeterni tota est ad Filium, ita ut non possit perfecte intelligi, nec explicari, nec distingui a reliquis personis divinis, nisi per ordinem ad Filium, nempe ad Verbum Divinum, sive genitum, sive generandum: at qui pariter persona Sanctissimæ Virginis MARIE tota est ad Filium, ita ut non possit perfecte intelligi, nec explicari, nec distingui a reliquis personis creatis, nisi per ordinem ad Filium, nempe Deum hominem sive generandum, sive genitum: ergo Sanctissima Virgo MARIA constituitur essentialiter in esse personali per proprietatem relativam, nempe Maternitatem Dei.

85 Ad hæc addunt, & adnotant adversarij, se non loqui de Maternitate Dei denominativam, quæ in tempore denominat Sanctissimam Virginem MARIAM Matrem Dei, sed tantum loqui de Maternitate Dei entitativa, quæ realiter identificatur cum entitate Sanctissimæ Virginis MARIE, ita ut non denominet ipsam Matrem Dei, nisi in tempore talis sit. En totum fundamentum adversariorum; cuius inutilitas, manifestaque disparitas, aperte constabunt ex iam dictis: in primis enim notare lubet ad aliena castra transfugas hos Scotistas, videlicet ad alienam sententiam connotatorum, qui defendunt relationem Patris, ac Matris realiter identificari cum entitate fundamenti, licet ad denominationem expectet positionem termini in tempore; cum tamen alibi hoc improbent hi Scotistæ militantes pro relatione realiter distincta, & superaddita fundamento.

86 Adnoto insuper, eam communem sententiam Theologorum allegatam in argumento ab adversarijs Scotistis esse contrariam sententiæ Seraphici Doctoris Divi Bonaventuræ, qui aliter sentit, & docet, personas divinas distingui solis originibus, in sensu explicato à P. Rhodes, rom. 1. disp. 6. q. 2. sect. 8. sed licet illa sententia recte allegaretur, nihilominus semper est falsa causalitatis signata ab adversarijs, ut videre est apud ipsum Rhodes ibidem; vera enim causalitatis est, quia iuxta Sacra Concilia, Sanctos Patres, & Doctores Ecclesiæ, non datur in personis divinis aliud principium distinctivum nisi proprietatem relativam; proindeque docet Concilium Florentinum, sess. 18. personas divinas sola vi relationum distingui. Unde fit,

quod cum principium distinctivum unius personæ divinæ debeat esse ipsius constitutum in ratione talis personæ, talis utique debeat esse proprietatem relativam esse personali, qualis est Paternitas in persona Patris Aeterni. Negata autem causalitatis assignata ab adversarijs in propositione maiori, corrumpit sanè totum eorum fundamentum: quod etiam falsificatur absolute, ex eo quod pariformiter tota persona Patris Aeterni fit ad Spiritum Sanctum, non minus quam ad Filium, quantum tota illa persona est principium spiritivum respectu Spiritus Sancti, non minus quam est principium generativum respectu Filij Divini: unde persona Patris Aeterni constitueretur essentialiter relativa in esse personali per relationem spirationis, quæ tamen distinguitur à Paternitate, & simul à filiatione, saltem virtualiter, ut docet communissima Theologia adversus Durandum dure defensionem, clariorem distinctionem inter illas.

87 Rursus adhuc permessa causalitatis maioris, nullum est adversum fundamentum; si quidem nulla est paritas à persona divina essentialiter relativa in esse personæ ad personam creatam essentialiter absolutam in esse personæ; quandoquidem quælibet persona creata, ac humana debet esse entitas absoluta, & non relativa in esse personæ, ut patet ex definitione essentiali ipsius simul, ac personalitatis, seu substantiæ creatæ ut talis. Quidquid sit an personalitas, seu substantia creata consistat in entitate negativa, ut volunt plerique Scotistæ cum suo Subtili Doctore Scoto, in 1. dist. 29. quæst. unica, aut è contra consistat in entitate positiva, ut contendunt alij Scotistæ cum Briseno, & Rada, qui vindicare conantur suum subtilem Scotum, eo quod si staret ipse pro prioris illa sententia, inureretur nota in consequentiæ, quatenus simul defensat in 3. dist. 1. quæst. 4. substantiam Petri posse uniri cum aliena natura Pauli, & sic de alijs similibus.

88 Deinde, distinguendum est in Deipara Domina, ac in alia qualibet Matre creata, duplex esse, scilicet esse personale absolutum, & esse maternale relativum, ita ut hoc posterius esse relativum præsupponat aliquo modo illud prius esse absolutum tanquam fundamentum capax relationis maternalis; unde perspicuum est, quod hæc numero persona Sanctissimæ Virginis MARIE

destinata ac electa fuit libere à Deo ad hoc ut esset Mater huius filij Dei hominis; & sic de reliquis matribus in particulari, siquidem ordo executionis demonstrat ordinem intentionis, ut alibi adnotatur.

89 Hinc patet adversarij rum absurdum, quando quidem ex eorum futili fundamento sequeretur per legitimam illationem, quæ libet matrem creatam constituendam fore essentialiter in esse personali per maternitatem, quam postea acquisivit de cursu temporis, v. g. Sanctam Elisabetham per maternitatem Sancti Ioannis Baptistæ; & sic de reliquis; siquidem pariter discuti potest, quod tota entitas Sanctæ Elizabethæ fuit in ordine ad quem destinata erat ab æterno, & sic de alijs.

90 Si autem velint adversarij, hoc esse singulare in Matre Dei, & non commune reliquis matribus humanis; inferendum erit aliud absurdum peius priore, nempe Sanctissimam Virginem MARIAM constitutam essentialiter in suo esse personali per proprietatem relativam Maternitatis Dei non convenire, sed potius differre specificè in ratione personæ humanæ à reliquis matribus humanis constitutis essentialiter per personalitatem absolutam in esse personæ humanæ; siquidem qualia sunt constitutiva, talia sunt constituta resultantia ex illis; ergo ne hoc dicatur, & in tanta absurda dilabatur adversarij, tenentur fateri, quod licet proprietatem relativam constituat personam divinam Patris Aeterni relativam essentialiter in esse talis personæ; nihilominus tamen nequeat persona creata Matris, v. g. MARIE, constitui essentialiter per proprietatem relativam in esse personæ; quæ non est relativa secundum se, sed absoluta simpliciter in ratione personæ humanæ; ut satis ostensum est.

91 Aliter etiam insurgo, & argumentor sic: Deus libere elegit, ac prædestinavit Sanctissimam Virginem MARIAM ad hoc ut esset Mater Dei; minimeque eam elegit ex necessitate metaphysica antecedente, ut certo certius est, & ipsi adversarij tenentur fateri: at qui si Sanctissima Virgo MARIA constitueretur essentialiter in suo esse personali per maternitatem Dei, ac proinde hæc maternitas divina esset constitutum essentialiter personæ Sanctissimæ Virginis MARIE, ut volunt adversarij, sequeretur manifeste, quod Deus non elegisset, nec prædestinasset libere, sed ex necessitate

metaphysica antecedente Sanctissimam Virginem MARIAM ad hoc, ut esset Mater Dei; eo modo quo necessitatur Deus ad constitutum animal, si producatum constitutum homo, & sic de alijs constitutivis essentialibus, ut omnibus pervium est, & de se patet: ergo ne hoc absurdum dicatur, dicendum est, Sanctissimam Virginem MARIAM non constitui essentialiter in suo esse personali per maternitatem Dei, proindeque hanc maternitatem divinam non esse constitutum essentialiter personæ Sanctissimæ Virginis MARIE, ut hæc demonstratio convincit.

92 Adhuc tamen insto: nam ex futilissimo adversariorum fundamine pariter sequeretur, eodem iure Christum Dominum Filium Sanctissimæ Virginis MARIE fore constitutum essentialiter ipsius in ratione personæ, ac est maternitas Dei hominis iuxta adversarios; siquidem tota entitas Sanctissimæ Virginis MARIE est in ordine ad suum Filium Christum Dominum; ita ut aliter sine ipso nequeat perfecte cognosci, nec distingui a reliquis personis creatis; nec existere, si non existeret eius Filius Christus Dominus, ut ipsi adversarij deprædicarunt: ergo si hinc inferunt, maternitatem Dei esse constitutum essentialiter Sanctissimæ Virginis MARIE in ratione personæ, idem utique potiori iure inferendum foret de Christo Domino eius Filio Divino; quia propter quod unumquodque tale, & illud magis: hoc autem totum absit à viris Catholicis, pijs, & sapientibus. Satisque sit de hoc agere, ut ad agendum de ipso termino Maternitatis Divinæ transeamus.

DISPUTATIO III.

DE MATERNITATE DEI termino, scilicet Verbo Divino Incarnato.


90 **P**ost elucidatam relationem Maternitatis Dei, fas est ut aliquid de

de eius termino divino dicamus, scilicet de Verbo incarnato; non quidem ea omnia per currendo, quæ ex professo Theologi cum suo Principe ac Præceptore Angelico Divo Thoma, 3. part. à quæst. 1. usque ad 27. per tractant; sed ea sola prælibando de Incarnatione Verbi Divini, quæ necessaria sunt pro plena ac plana notitia nostri instituti, siquidem *correlativa sunt simul natura, & cognitione*; proindeque inde præsuppono notitiam significationis huius nominis Incarnatio, quæ theologica est, scilicet assumptio carnis. & posset dici inhumanatio; cum sit assumptio non solum carnis, sed totius humanitatis; hæc tamen nomina superant regulas grammaticales, unde traditur illud solemne d. c. t. nostri insignis Martyris Ethmündi Campiani; *Per me equidem totus Cæsar in Tyberim demergatur, si mihi has dulcissimas voces Incarnatio, passio, & alias similes scribendas negaverit: ad rem igitur deveniamus.*

SECTIO I.

AN SIT POSSIBILE Verbum Divinum incarnari in Virgine Matre!

2 **M**ysterium Incarnationis Domini nicae miraculorum omnium vertex ac enigma sacratissimum est, ut loquitur Magnus Ecclesiæ Leo, ser. 8. de Nativit. quod proinde minimè percipientes, utpotè omnino cæci, impossibile esse existimarunt, plures Gentiles, & indigni Judæi; unde Apostolus epist. 1. ad Corinth. cap. 1. vers. 23. scribit, hoc sane altissimum, ac arcanissimum mysterium fuisse Judæis scandalum, & Gentibus stultitiam; quibus postea suffragati sunt plures Hæretici, præsertim Ariani, Samozateniani, & Ebionitæ, alijque eiusdem farinae canes, qui citantur ab Eminentiſſimo nostro Bellarmino, tom. 1. controv. 2. lib. 1. per totum.



SVBSECTIO I. VERITAS CATHOLICA proponitur, & probatur.

3 **C**ertum est de fide (supposita revelatione huius mysterii) mysterium Incarnationis Verbi Divini in Virgine Matre esse possibile: ita vno ore, & eode omnes Sancti Patres, & Doctores Catholici, qui ad vnum militat velut agmine facto pro hac inconcussa veritate contra Gentiles, Judæos, & Hæreticos, singularitèr que contra Mahumeranos Reverendissimus noster Pater Generalis Thyrus Gonzalez, to. 3. disp. ult. summa eruditione.

4 **P**robatur primo auctoritate multiplici proximè insinuanda sectione sequente ad probandam existentiam huius mysterii; tum ex Sybillis contra Gentiles; tum ex veteri testamento contra Judæos, quale est solemne illud Isaia cap. 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel;* tum ex novo testamento contra hæreticos, quale est illud celeberrimum Archangelii Gabrielis apud Sanctum Lucam cap. 1. *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum;* vbi sermo erat de Incarnatione Verbi Divini in Virgine Matre, ut omnibus pervium est.

5 **P**robatur secundo ratione theologicas nam quidquid est absolute existens de facto est vtrique possibile, ut patet inductione facta ab actu ad potentiam, & definitione essentiali entis possibilis per non repugantiam ad existendum: atqui mysterium Incarnationis Verbi Divini in Virgine Matre est absolute existens, ut constat de fide, & ex professo ostenditur sectione immediate sequente: ergo mysterium Incarnationis Verbi Divini in Virgine Matre est possibile.

6 **P**robatur tertio ad homines; nam ideo iuxta adversarios aliqua res est possibilis, quia in eius possibilitate non apparet vlla manifesta repugnantia; atqui in huius mysterii possibilitate non apparet vlla manifeste pugnantia: ergo hoc misterium est possibile. Minor constabit argumentorum dissolutione, siquidem clare ostendetur, nullam sub-

subsistere repugnantiam ex parte personæ divinæ assumptis; ne ex parte naturæ humanæ assumptæ; neque ex parte assumptæ; nec ex parte assumptionis, seu unionis hypostaticæ; quæ dicitur incarnatio in facto esse, nec ex parte compositi totius resultantis Christi Domini: alia autem repugnantia apprens in simultate Virginitatis, ac Maternitatis, satis enervata manet supra disp. 1. sect. 1. per totam, vbi de illa ex professo actum est.

SVBSECTIO II.

SATIS FIT ARGUMENTIS.

7 **O**bjicit. i. Si Mysterium hoc Incarnationis dominicæ esset possibile, sequeretur; tum quod Verbum Divinum posset mutari intrinsece; siquidem per unionem hypostaticam transferret de vno contradictorio intrinseco ad aliud contradictorium intrinsecum, scilicet de non unito intrinsece hypostaticè ad unitum intrinsece hypostaticè; tum etiã quod Verbum Divinum posset perfici intrinsece, siquidem per unionem hypostaticam accipere perfectionem, quam dicit humanitas formalitèr; atqui hoc vtrumque est absurdum repugnans; tum quia Verbum Divinum est essentialitèr immutabile; iuxta illud Malachiæ cap. 3. v. 6. *Ego Dominus, & non mutor;* tum etiam quia Verbum Divinum est essentialitèr imperfectibile à creatura, iuxta illud Davidis psalmo 15. *Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non egesset;* ergo hoc mysterium non est possibile.

8 **R**espondeo, hoc argumentum posse paritèr efformari adversus actus liberos divinos, seu decreta libera divina, de quibus loquitur, expresseque procedit allegatum Malachiæ testimonium; quod sane punctum æque difficile est inter Theologos Catholicos: unde mirum non est, quod ipsi in varias vias divisi abierint pro inquirenda verà huius difficultis argumenti solutione, ut optimè ponderat Eximius Suarez tome 1. in 3. p. disp. 8. sec. 8. & de quo intelligi potest Magister Sententiarum in 3. dist. 2. vbi ait: *Illam unionem explicabilis est, ad eam ut etiam Ioannes ab utero sanctificatus;*

se non esse dignum, fateatur, solvere corrigiam calceamenti IESU; quia illius unionis nodum investigare, alijs que explicare non erat, sufficiens sed cum nostra sufficientia ex Deo sit, adhuc hunc nodum Gordianum dissolvendum, relictis alijs plurimis solutionibus videndis apud nostros Doctores hic, placet clarior ac facilior in forma sic.

9 **N**ego maiorem, sive sequelam maioris absolute quoad vtramque partem, cum D. Thoma hic, quæst. 16. art. 6. ad 2. cui subscribunt PP. Suarez, Arriaga, Becanus, Ortega, Esparza, & alij plures ex nostris: ad cuius primam probationem petitam à ratione transitus, dico, quemcumque transitum non arguere mutationem proprie, & strictè talem, sed solum illum transitum eam arguere, qui est transitus entis imperfecti; siquidem definitio mutationis, seu motus, tradit ab Aristotele per rationem *actus Entis in potentia prout in potentia*; debet rectè exponi, & intelligi cum ipso D. Thoma 1. p. quæst. 4. art. 1. in corpore, ita ut idem sit, ac est *actus entis imperfecti*; unde fit, quod cum ille transitus Verbi Divini non sit *actus entis imperfecti*, sed actus entis perfectissimi, de se patet, licet sit transitus de vno contradictorio intrinseco ad aliud contradictorium intrinsecum, modo explicato, nihilominus non arguit mutationem proprie; & strictè talem, quæ est repugnans Verbo Divino; & de qua loquitur allegatum Malachiæ testimonium. Sic enim omnes Theologi Latini cum ipso Angelico Doctore explicant definitionem causæ traditam ab Aristotele per rationem *principij influentis*; ita ut rectè intelligatur per rationem *principij finiti*; ne in divinis dicatur Pater Aternus causa Filij Divini, cum non sit principium finitum, sed infinitum simpliciter: ergo paritèr licebit discutere in casu argumenti.

10 **H**inc ad secundam probationem petitam ab acceptione perfectionis, quam dicit humanitas formalitèr; dico similiter, non quamcunque acceptionem perfectionis arguere perfectibilitatem intrinsecam in extremo; quod intrinsece vnitur; sed solum illam acceptionem perfectionis, quæ datur in extremo intrinsece unito, ut Ente finito, imperfecto, & perfectibili; quatenus vnitur ex indigentia perfectionis; ac proinde capax est, ut perficiatur intrinsece, &

H;

melio-

meliorētur intrinsece, ut patet inductio-
ne facta in rebus creatis: cum autem Ver-
bum Divinum aliter omnino se habeat in
illa acceptione humanitatis perfectæ for-
maliter, dum illi unitur in: in se hyposta-
tice; siquidem unum ut ens infinitum sim-
pliciter, perfectissimum, simplicissimum,
& ut actus purissimus, non ex indigen-
tia perfectionis, sed ex liberalitate ac summa
communicabilitate ad perficiendam potius
humanitatem, cum sit fons, & origo
omnis Sanctitatis, perfectionis que exco-
gitabilis; inde est, quod Verbum Divinum
non perficiatur intrinsece, dum unitur
intrinsece cum humanitate, cuius perfe-
ctione finita non indiget, ut canebat Da-
vid, concinente Lucretio lib. 1. de essen-
tia divina sic; *Ipsa suis pollens opibus, nihil
indiga nostri*; siquidem omnes perfectio-
nes creatæ sunt *quasi nihilum ante Deum*, ac
proinde non sunt perfectiones respectu
ad ipsum Deum, licet dicantur perfectio-
nes absolute apud nos: ergo dicendum est
Verbum Divinum non perfici intrinsece,
nec mutari intrinsece, dum intrinsece uni-
tur cum humanitate.

11 Objicis 2. Ad hoc ut sit possibilis
unio inter aliqua extrema, debet dari pro-
portio in illis: atqui non datur proportio
in Verbo Divino, sed potius improprio
ratione infinitæ distantie respectu huma-
nitatis: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; de-
bet dari proportio in ratione extremi uni-
bilis, sive capacis ad terminandam unio-
nem; concedo maiorem; debet dari pro-
portio in ratione Entis, sive existentis in
eodem ordine simpliciter; nego maiorem;
nam alioqui non esset possibilis unio in-
ter animam rationalem utpote spiritua-
lem, & inter corpus utpote materiale; nec
etiam esset possibilis unio adhuc intentio-
nalis in intellectu humano finito cum Deo in
finito per cognitionem abstractivam in via,
& intuitivam in patria; & sic de alijs simi-
libus, in quibus omnibus argumentum re-
torquetur. Ratio autem pro omnibus est,
quia sola proportio in ratione extremi uni-
bilis se habet de formali ad hoc ut extrema
uniantur inter se, & hæc relucet in huma-
nitate ratione potentie obedientialis res-
pectu Verbi Divini; alia autem proportio
in ratione Entis & existentis in eodem or-
dine simpliciter minime requiritur ad pos-
sibilitatem unionis, proindeque anima

rationalis Petri non potest unicum ani-
ma rationali Pauli, nec assensus cum dis-
sensu eiusdem obiecti, licet in illis detur
proportio in ratione Entis, & existentis in
eodem ordine, eo quod in illis non detur
proportio in ratione extremi unibilis, quæ
sola est sufficiens ad unionem, & ad habi-
tudinem, seu relationem saltem obedien-
tialem unius extremi respectu alterius na-
turaliter indebiti, quo cum habet propor-
tionem obedientialem in ratione extremi
unibilis ut talis formaliter.

12 Objicis 3. Maior ac strictior nexus
est unio physica humanitatis cum Verbo
Divino, quam unio intentionalis compre-
hensionis cum Verbo Divino comprehen-
sio: atqui nihilominus non est possibilis hæc
posterior unio minor cum intellectu huma-
no: ergo nec illa prior maior cum huma-
nitate.

Respondeo, nego suppositum ma-
ioris, scilicet quod sufficiat unio intentio-
nalis ad comprehensionem Verbi Divini,
siquidem requiritur unio identitatis realis
cum Deo ad hoc, ut comprehendatur Ver-
bum Divinum, quod proinde nequit com-
prehendi nisi per comprehensionem Divi-
nam realiter identificatam cum Deo, quæ
repugnat intellectui humano, ut fatetur
arguens; at inde non infertur, repugnare
unionem physicam compositionis inter Verbum
Divinum, & humanitatem, cum hæc unio
relinquat distincta realiter extrema, quæ
unit realiter inter se.

13 Replicabis tamen; unio physica hu-
manitatis cum Verbo Divino est compre-
hensio physica Verbi Divini: atqui in com-
prehensione requiritur æqualitas cum ter-
mino comprehenso, & hæc non est posi-
bilis in illa unione cum Verbo Divino: ergo
nec erit possibilis illa unio.

Respondeo, nego maiorem, si
loquatur de comprehensione proprie tali,
ut loquitur; siquidem illa unio non tangit
immediate omnes terminos connexionis Ver-
bi Divini, uti debet attingere comprehen-
sio proprie talis. Deinde falsa est minor,
siquidem salvatur ratio comprehensionis
proprie talis in genere physico in æqua-
litate entitativa rei comprehendentis cum
re comprehensa, ut patet in arcu li-
gnea comprehendente physice gemmas, & ga-
zas aureas, & sic de alijs.

14 Objicis 4. Verbum Divinum est
entitas simplex ac spiritualis: ergo non po-
test

test componere cum corpore, & humani-
tate.

Respondeo, concedo antecedens;
& nego consequentiam, quæ falsissima est,
ut patet facta retortione in anima rationa-
li simplici, ac spirituali componentem cum
corpore materiali, ut omnibus pervium est:
unde S. Athanasius in symbolo fidei ait,
*sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita
Deus, & homo, unus est Christus*: quid cla-
rius?

15 Objicis 5. omnis compositio intrin-
seca debet resultare ex actu, & potentia:
atqui Verbum Divinum, & humanitas ne-
queunt ita se habere in compositione Chri-
sti Domini; ergo.

Respondeo, maiorem esse absolu-
te falsam, ut patet in continuo, quod est
aliquod compositum, in cuius compositio-
ne intrinseca partes non se habent ut actus
& potentia, sed ut extrema. Sed illa adhuc
omissa debet negari minor, siquidem nulla
apparet repugnantia in eo quod Verbum
Divinum se habeat ut actus, & humani-
tas se habeat ut potentia, quatenus hæc
redditur subsistens formaliter per subsi-
stentiam Divinam Verbi, quæ quidem est
actus purissimus secundum se, & cui ni-
hilominus aliqui Theologi tribuunt ra-
tionem potentialitatis logicæ, de qua ali-
bi.

16 Objicis 6. Natura Divina nequit
reddi subsistens per subsistentiam creatam
sibi unitam: ergo pariter natura humana
nequit reddi subsistens per subsistentiam
increatam Verbi Divini sibi unitam.

Respondeo, antecedens esse æque
dubium inter Recentiores Theologos; sed
adhuc illo omisso, nego consequen-
tiam, & paritatem, ratio disparitatis est,
quia nulla est repugnantia in eo, quod natu-
ra humana Divinitus spoliatur propria
sua subsistentia creatæ, ac proinde mane-
at cum incomplemento substantiali ad
hoc ut divinitus compleatur per subsisten-
tiam Divinam Verbi loco proprie suæ sub-
sistentiæ creatæ; at totum hoc repugnat in
natura Divina respectu subsistentiæ creatæ ut
de se patet.

17 Objicis 7. Si natura humana posset
reddi subsistens per subsistentiam increa-
tam Verbi Divini, siqueretur, quod Chri-
stus Dominus, in quantum est hic homo,
deberet esse diversus essentialiter à reli-
quis hominibus; siquidem diceret subsis-
-

tentiam increatam Verbi Divini diversam
essentialiter à creatis reliquorum hominum
subsistentijs: atqui hoc repugnat: ergo etiã
ex quo sequeretur.

Respondeo; distinguo maiorem;
deberet esse diversus essentialiter à reliquis
hominibus, quoad conceptum essentialem
naturæ humanæ, sive humanitatis ut ta-
lis; nego maiorem; quoad conceptum sub-
stantialitatis, seu personalitatis, considera-
tum in particulari; concedo maiorem; de
inde nego minorem in hoc posteriori sen-
su recte explicato, in quo nulla apparet re-
pugnantia; siquidem non obstat, quo mi-
nus salvetur convenientia univoca in ra-
tione comuni hominis, & humanitatis ut
talis simpliciter; sicut nec obstat quod
simul esset Deus, & homo, seu animal ra-
tionale formaliter.

18 Objicis 8. Natura humana nequit
existere per existentiam alienam a se in en-
titatis: ergo pariter nequit subsistere per
subsistentiam alienam Verbi Divini.

Respondeo, posse negari antece-
dens in principijs Thomistarum defensionem
formæ; materiam existere per existentiam
formæ; eo quod essentia creata realiter di-
stinguatur ab existentia: sed in meis prin-
cipijs concedo antecedens, & nego con-
sequentiam ac paritatem, eo quod essen-
tia debeat identificari adhuc formaliter
cum existentia, per quam existit forma-
liter, ac proinde nequit existere per existen-
tiam realiter distinctam; at subsistentia distin-
guitur realiter à natura humana, quæ per-
inde potest subsistere per subsistentiam
realiter distinctam alienam, sive creatam,
sive increatam, ut in Metaphysica defensionem
est.

19 Objicis 9. Nequit effectus forma-
lis alicuius formæ modalis præstari per aliã
formam; quæ non sit modalis respectu
subiecti accipientis illam: ergo nequit effe-
ctus formalis subsistentiæ præstari huma-
nitate per subsistentiam Verbi Divini, ut-
pote quæ non est modalis respectu illius.

Respondeo, posse negari absolu-
te antecedens, ex dictis ac defensionis ame-
cum communi sententia in Metaphysica,
vbi estendi, posse subsistentiam modalem
Petri tribuere affectum formalem subsisten-
tis Paulo, respectu cuius se haberet ut res.
Sed claritatis gratia, distinguo antecedens
sic; si forma potest essentialiter esse modum
ref-



64

TRACTAT. II. DE DEIPARA DOMINA.

respectu cuiuslibet subiecti accipientis illam in ordine ad suum effectum formalem; concedo antecedens; si forma non petat essentialiter ita se habere; nego antecedens; & consequentiam: ratio est, quia sunt aliqua forma se habentes posteriori modo, quarum una est vnio; & sunt alia forma se habentes posteriori modo, quarum una est substantia; unde hoc non est essentialiter formae modalis ut talis; sive ratione modi ut talis, sed ratione talis modi in particulari; proindeque vnio, & actio debent semper se habere ut modale: ita ut earum effectus formales sint essentialiter modales, sed ut tamen effectus formalis substantiae ut talis.

20 Objic. 10. Si Verbum Divinum posset reddere substantiam naturam humanam per substantiam divinam subrogatam loco substantiae creatae, posset utique supplere substantiam propriam humanitatis, ac proinde posset supplere munus causae formalis proprium talis substantiae humanitatis: at qui hoc repugnat; siquidem munus causae formalis dicitur imperfectonem repugnantem Verbo Divino perfectissimo simpliciter; ergo.

21 Respondeo, hoc argumentum contrariere duplicem propositionem admissam communiter a Theologis sine controversia, sed tamen in dubium, ac in examen revocatam a nostro Reverendissimo Patre Generali Thyrso Gonzales, tom. 3. disp. 22. sect. 2. §. 1. & 2. prior propositio est, quod substantia Verbi Divini reddit substantiam humanitatis; posterior propositio est, quod substantia Verbi Divini supplet substantiam propriam humanitatis: hac duplicem propositionem absolute, ac indiscriminatim admissam, iudicat singulariter hic Autor, esse absurdam, & falsam nisi cum grano talis, & cum distinctione ibidem ex Professo explicata, intelligatur; sed cum mihi certum sit, in recto sensu accipi communiter a Theologis, non est animus in hoc explicando immorari, nam verbis velut pecunia utimur, & ubi verba non conveniunt, nec convenit dispositio, iuxta legem 4. §. toties; ff. (vel D. ut citant Recentiores cum P. Didaco de Avendaño) de damno in seculo. Unde in forma distinguo maiorem; posset supplere munus causae formalis, quo ad munus complendi, ac terminandi naturam humanam, & constituendi suppositum, seu personam; concedo: quo ad munus informandi proprie, & simpliciter, sive exercendi rationem formae

proprie & simpliciter talis; nego maiorem; & minorem distinguendam eodem modo; nam in solo hoc posteriori datur repugnantia, & involvitur imperfectio indigna Verbo Divino. Nec tamen me latet, aliquos Theologos cum P. Amico hic, disp. 1. sect. 5. num. 153. & Magister Prudentio, disp. 1. sect. 9. à num. 103. asseruisse, Verbum Divinum gaudere causalitate formae hypostaticae respectu humanitatis assumptae; immo etiam exercere munus formae absolute ausus est asserere Joannes à Ripa apud Eximium Suarez, & Capreolum in 3. dist. 5. quaest. 2.

22 Objic. 11. Verbum Divinum nequit supplere defectum animae rationalis ad constituendum essentiam hominis ut talis; ergo pariter nec potest supplere defectum substantiae humanae ad constituendum essentiam substantiae, sive suppositi personalis ut talis.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam, ac pariter, ratio enim disparitatis est clara, nempe quod Verbum Divinum non habet in se realiter formaliter rationem animae rationalis; at habet in se realiter formaliter rationem substantiae, seu personalitatis, ut patet; unde nulla est paritas à non supplemento vnio, ad non supplementum alterius, ut in alijs similibus perspicua est.

23 Objicis 12. Substantia debet reddere naturam substantiam in se, & non in alio; atqui substantia Verbi Divini redderet naturam humanam substantiam in alio; ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; ita ut hoc intelligatur, quatenus ex substantia; & simul ex natura debet resultare vnio substantiae in ratione substantiae formaliter, concedo maiorem; ita ut aliter intelligatur, nego maiorem; Pro vero autem sensu minoris consulatur laudatus P. N. G. Thyrsus Gonzalez ea sec. 5. §. 1. num. 15. & 16.

24 Objicis 13. ex M. Lumbier in tractatu de Incarn. num. 45. substantia Verbi Divini habet in ipso suum adaequatum exercitium infinitum simpliciter; ergo nequit habere aliud exercitium in humanitate Christi Domini; tum quia illud prius exercitium non esset adaequatum; tum etiam quia ideo est adaequatum exercitium Patris Aeterni respectu Filij Divini, quia nequit extendi ad alium Filium Divinum.

Res-

Respondeo in primis per retortionem manifestam factam in substantia Petri, quae divinitus potest reddere substantiam naturam humanam Pauli, & sic de alijs. Deinde in forma distinguo antecedens; ita ut illud exercitium sit adaequatum in tuo genere ad intra; concedo: ita ut illud exercitium excludat necessario aliud exercitium in alio genere ad extra; nego antecedens, & consequentiam; tum quia illud exercitium esset adaequatum ad intra; tum etiam quia falsa est causalitas assignata ab arguente, siquidem ratio causalis defamanda est ab intrinseca impossibilitate alterius Filij Divini ad intra, ad quem extendatur virtus generativa Patris Aeterni, ut fide sanctum est.

25 Objic. 14. Verbum Divinum est completum simpliciter; atqui id, quod est completum simpliciter nequit componere cum alijs; ergo nec Verbum Divinum.

Respondeo, distinguo maiorem; est completum simpliciter in se ipso, seu in ordine ad se ipsum ad intra; concedo: est completum simpliciter in alio, seu in ordine ad aliud ad extra, scilicet Christum Deum hominem; nego maiorem; sic materia prima (proportione servata) est completa simpliciter in se ipsa, seu in esse materiae per se, & tamen dicitur incompleta in ordine ad aliud, scilicet compositum resultans, à quo distinguitur realiter inadaequate; quod totum optime observat Sapientissimus noster Peñafiel; unde patet falsitas minoris in sensu explicato, cum sufficiat incompletum respectivum in ordine ad aliud, ut datur compositio simpliciter.

26 Objic. 15. Si Verbum Divinum posset hypostatice vniri cum humanitate, sequeretur quod humanitas esset praesens in omni loco, in quo est praesens Verbum Divinum ratione immensitatis, ac proinde humanitas esset immensa simpliciter; atqui hoc repugnat; ergo.

Respondeo, nego sequelam maioris, cuius falsitas patet facta retortione in anima rationali, quae vnitur physice cum capite humano, quin tamen tale caput sit praesens in manibus, & pedibus; in quibus est praesens ipsa anima rationalis, ut quisque in se ipso experitur, & fatetur. Experiencia autem Theologica cognitum, ac comper-

tum est, communique iudicio Theologorum comprobatur, dari in humanitate essentialem incapacitatem intrinsecam ad hoc ut immensitetur, seu reddatur immensa simpliciter à Verbo Divino; unde sicut alibi saepe recurritur ad similitudinem incapacitatem intrinsecam rerum, ita & hic licebit recurrere ad illam: ut optime expendit S. Augustinus, tom. 5. operum, lib. 21. de Civit. Dei, cap. 7. sic: *Alia tamen de illis non redditur ratio, nisi ut dicatur, hanc eorum esse naturam; brevis sane ista est ratio, facior; sufficiensque responsio* Quid pro responsione praeclearius; Sufficit igitur recurritur ad incapacitatem humanitatis pro predicato immensitatis, allicitatis, & alijs similibus denegandis, siquidem non sufficit vnio formae ad quemlibet effectum formalem, nisi fixum detur capacitas in subiecto ad communicationem illius, ut omnibus pervium est; & obvijs exempli, patet. Ni placeat dicere cum Cardinali de Lugo, humanitatem denominari immensitatem, non tamen immensam formaliter ex capite incapacitatis satis explicatae.

27 Objic. 16. Si humanitas posset subsistere per substantiam Verbi Divini; sequeretur, quod eadem humanitas existeret per se quatenus subsistere est existere per se; & simul non existeret per se, sed per aliquid quatenus subsisteret per substantiam aliam Verbi Divini; atqui hoc implicat manifestam contradictionem; ergo.

Respondeo, in primis per manifestam retortionem in casu possibili, quo Petrus v. g. subsisteret per substantiam Pauli; immo etiam de facto in substantia ipsius Petri, ut potest quae distinguitur realiter ab eius natura substantiali, quam reddit substantiam formaliter. Unde directe in forma; distinguo maiorem; ita ut id intelligatur in diversis sensibus, in quibus nulla est implicatio contradictionis; concedo: ita ut id intelligatur in eodem sensu, in quo esset implicatio contradictionis; nego maiorem; & minorem sub eadem data distinctione; minime enim implicat; quod eadem humanitas assumpta à Verbo Divino secundum diversos omnino sensus existat per se, & non existat per se; scilicet existat per se quatenus est substantia, & haec est *Ens* per se; & simul non existat per se

argu-

gumentum æquivoco laborare circa *ly per se*; & cum mutuum probet, nihil probat in re.

28 Alia argumenta militancia directe contra existentiam mysterij Incarnationis in sequentem sectionem remittuntur; aliqua vero impugnantia simultatem Virginitatis, ac Maternitatis Dei soluta manent supra disput. 1. sect. 1. Circa unionem autem immediatam naturæ divinæ cum humanitate ex vi unionis immediatæ Verbi Divini realiter identificati cum illa; potest quisque probabiliter negare cum communiori Theologia, vel probabiliter affirmare cum P. Aldrete, tom 2 de Incarn. disp. 47 sect. 2. §. *Multo melius*, quem sequuntur nobiles Theologi Recentiores; qui appellant unionem immediatam Verbi Divini *primariam*, & unionem immediatam naturæ divinæ *secundariam*: sed quidquid sit de hoc, satis est quod ex nostra conclusione nullum absurdum sequatur cum tale non sit id, quod alibi ex professo probabiliter defendatur à Theologis.

SECTIO II.

AN DE FACTO INCARNATUM FUERIT VERBUM DIVINUM IN VIRGINE MATRE?

29 **P**ost stabilitam possibilitatem Incarnationis Urbis Divini in Virgine Matre MARIA, restat eius existentiam stabilire ut certam de fide. Sed prius notandum est, Incarnationem sumi dupliciter, nempe in fieri, & in facto esse: Incarnatio in fieri sumitur pro actione productiva unionis hypostaticæ Verbi Divini cum humanitate Christi Domini, ita ut talis actio ad extra sit communis toti Trinitati, quatenus facit Verbum Divinum incarnari in tali tempore; simulque sit specialis assumptio respectiva ad Verbum Divinum quatenus hoc solum assumpsit humanitatem de facto: incarnatio autem in facto esse sumitur pro ipsa unionis hypostaticæ Verbi Divini cum humanitate Christi Domini, de

cuius existentia in præsentiarum controversatur, ac disceptatur.

SVBSECTIO I.

VERITAS CATHOLICA ostenditur.

30 **D**E fide tenenda est existentia Incarnationis Verbi Divini in Virgine Matre MARIA; contra Gentiles, Judæos, & Hæreticos, qui omnes ipsa luce veritatis cæcipientes in fallia deliria aberrantes abierunt, quæ videri possunt apud contraversitas, & eruditum P. Raynaudum, tom 1. lib. 1. sect. 2. per sex capita: à pagina 32. Sed cum hoc ineffabile mysterium sit supra rationem naturalem, difficile est ratio positiva ostendens existentiam ipsius contra omnes adversarios, contra quos singulariter, singillatim que postea procedendum est.

31 Probatur primo generaliter adversus omnes adversarios; quia pro vera existentia huius mysterij stant omnia efficacia motiva credibilitatis, quæ generalia sunt pro vera existentia aliorum mysteriorum catholice fidei, in cuius tractatu recensentur à Theologis pro ipsorum evidente credibilitate; immò etiam stant alia specialia motiva credibilitatis circa hoc mysterium in particulari, qualia sunt innumera miracula perpetrata à Christo Domino, Apostolis, Apostolicisque viris, in confirmationem catholicæ veritatis, quæ apud fide dignos Auctores obvia sunt; & ubi necessaria sunt, instaurantur de novo à Deo, cum adhuc sit manus eius extenta, ut non semel experimur. Deinde nulla extat difficultas in credibilitate huius mysterij fidei excogitata ab adversariis, quæ satis superque non dissolvatur à Doctoribus Catholicis: ergo omnes ad unum pro vera existentia huius mysterij stare debent.

32 Prob. secundo singulariter adversus Gentiles: tum ex eo quod ipsi venererunt deos humanos, sive homines divinos, fateaturque esse ex genere Dei, ut redarguit Apost. in c. 17. Act. vers. 28. sic: *sicut & quidam vestrorum*

Pocra-

SVBSECTIO II.

RESPONDETVR OBJECTIONIBUS.

33 **O**bjic. 1. Si Mysterium Incarnationis existeret de facto, sequeretur, quod Verbum Divinum exerceat aliquod genus causalitatis specialis respectu naturæ humanæ ab ipso assumptæ: atqui hoc repugnat, siquidem iuxta solemne axioma Theologicum, *Omnia opera ad extra sunt indivisa*, & communia toti Trinitati, ergo.

Respondeo per solutionem huius argumenti versatilis, & communis alijs quaestionibus, in varias vias abijisse Theologos Catholicos, ut videre est apud P. Arriagam 1. part. disp. 8. sect. 4. unde in forma transeata maior, quam negant plures stando rationi, cum Magistro sent. lib. 3. dist. 1. & distinguo axioma allegatum in minoris ita ut tale axioma accipiatur in sensu affirmativo; conceditur ut tale axioma accipiatur in sensu negativo; seu exclusivo; nego: solutio constat quia veritas allegati axiomaticæ salvatur in sensu affirmativo, quatenus semper verum est tres Divinas Personas concurrere active ad hunc, & ad omnes alios effectus, ad extra productos per Omnipotentiam Divinam communem tribus Divinis Personis; secus tamen in sensu negativo, seu exclusivo alterius, vltioris concursus activi specialis provenientis à Verbo Divino tantum incarnato, aut ab aliqua alia persona divina intuitive visa sine alijs, ut tenent alibi plerique Theologis proindeque potest dici *de prior* concurrenti, specialis hypostaticus, sicut hic posterior dicitur obiectivus. Hæc sana interpretatio axiomaticæ allegati edocta est à S. Basilio lib. de Spiritu Sancto, ut tradit P. Poza lib. 4. elucidarij, trac. 3. c. 10. pag. 632. quæ etiam innuit S. Iudephonus lib. de Virginit. B. V. ad illa verba: *Spiritus sanctus superveniet in te*, & *virtus Altissimi obumbrabit tibi*; ubi hæc addit: *Tot à invisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te; sola persona Filij Dei in corpore tuo nascitur carnem assumet de te.* Quid clarius ad rem?

36 **O**bjic. 2. In lege veteri extant plures prophetiæ circa adventum

12

Mes,

Poclarum dixerunt, ipse enim, & genus sumus: cum etiam ex eo quod ipsi fidem dare non dubitent testimonijs prophetis, sive oraculis Sybillarum, quæ sane plura extant de hoc mysterio clarissima, ut videre est apud Patrem Ortegam, disp. 1. quaest. 2. cert. 1. vsque ad 4.

33 Probatur tertio singulariter adversus Judæos; tum ex eo quod in Christo Domino manifeste iam sine adimpletæ, ac verificatæ omnes prophetiæ, quæ de vero Messia Deo homine erant prænuntiata in veteri testamento, ut ex professo expendit Sap. P. Leonardus de Peña fel tom. de Incarn. disp. 1. sect. 6. ubi num. 137. & sequentibus allegat, citatque testimonijs expressa veteris testamenti circa conceptionem Messie ex Virgine, partum virgineum in Bethleem, & singulos passus Passionis Christi Domini, de quibus clarissimis testimonijs fas est intelligere illud Davidicum; *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*: tum ex eo quod ad vnguem verificentur de Christo Domino verba prophetica Danielis cap. 9. circa computationem hebdomadarum, in quarum vltima moriendus prædicitur Messias pro delendis peccatis; simulque prophetia Patriarchæ Jacob Genesis 49. vers. 10. in qua prænuntiatur, non esse auferendum Sceptrum de Juda, donec veniat, qui mittendus est, cuius verificatio patet manifeste ex adventu Christi Domini eo tempore, quo alienigena Herodes Idumæus Sceptrum de Juda abstulerat, ac usurpaverat. Consulatur laudatus Leonardus ibidem, num. 133. & 134.

34 Probatur quarto singulariter adversus Hæreticos; tum ex eo quod æquo robore crumpant in ipsos testimonia veteris testamenti nuperrime recensita: tum etiam ex eo quod irrefragabilia restent alia clarissima testimonia novi testamenti, quibus evidentè convincuntur errores hæretici; quale est illud S. Ioannis cap. 1. *In principio erat Verbum: & Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre plenum gratia, & veritatis*: tum denique ex eo quod teneantur fateri pentes Ecclesiam Catholicam, Sanctos Patres, Sacraque Concilia Æchmenica, refidere ius legitimum declarandi veritatem, modumque huius mysterij; unde tenentur etiam fateri, existere eo modo, quo à nobis creditur, & proponitur ab ipsa Ecclesia, quæ falsitati non subiacet, ut ipsa solari luce clarus est.

Messie, quæ de bonis temporalibus intelligi debent: atqui huiusmodi prophetiæ nõ sunt adimpletæ in adventu Christi Domini: ergo.

Respondeo, nego maiorem, cui nitiur Judæi, aliter enim debent intelligi illæ prophetiæ, scilicet de bonis spiritualibus; siquidem debent intelligi in sensu allegorico: in quo prolatae fuerunt à Prophetis, & in quo sane verificatae ac adimpletæ sunt in adventu Christi Domini; nam Spiritus Sanctus loquitur pro captu illius populi carnalis per allegorias, & comparationes bonorum temporalium, ut patet alibi sæpe in pluribus testimonijs veteris testamenti; ac proinde non debent intelligi in sensu literali, nec secundum corticem literæ, quia *littera occidit* Judæos ita barbare accipientes ea testimonia, quæ discrete dicta sunt, quale est illud Isaia cap. 11. *Habitabit lupus cum agno*: unde, quod Judæi irrationabiliter confundant duplicem verum adventum Messie Christi Domini, unum humilem ad redimendum homines, & alium gloriosum ad iudicandum ipsos, de quibus Sacri Interpretes consulendi sunt.

Objic. 3. Testimonium supra allegatum ex libro Geneseos cap. 49. v. 10. adfavet Judæis; siquidem multo tempore antea adventum Christi Domini ablatum fuit Sceptrum de Judæa, nempe à tempore captivitatis Babilonicæ: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam etiam tempore captivitatis Babilonicæ permansit Sceptrum Judaicum in Sedecia, & in Ieconia; deindeque omninõ non fuit ablatum, dum ex Tribu Judæa eligebantur annuales Iudices, ut constat ex Daniele cap. 3. v. 5. & 55. Denique tunc temporis non defecit Sceptrum de Judæa omninõ, scilicet in perpetuum, uti defecit postea temporis Herodis alienigenæ, ut supra dictum est.

Objic. 4. per instantiam Post captivitatem Babilonicam, excepto vno Zorobabele, non fuerunt Reges ex Tribu Iudæa, sed ex Tribu Levi, ut pervum est in Machabæis seu Assamonæis: ergo ante adventum Christi Domini ablatum fuerat Sceptrum de Judæa.

Respondeo, distingo antecedens; non fuerunt Reges ex Tribu Judæa separata ab alijs Tribubus, & per lineam paternam; transeat, non fuerunt Reges ex Tribu Judæa per mixta cum alijs Tribubus, & per lineam saltim maternam; nego antecedens, & consequentiam. Ratio est, quia constat ex cap. 17. v. 18. lib. 4. Regum, in xtra communem intelligentiam Interpretum, & attestacione

Josephi lib. 11. Antiquit. tunc temporis fuisse permixtam Tribum Judæa cum reliquis Tribubus, quarum vna erat principalis Tribus Levi; proindeque omnes Israelitæ ceperunt compelli Judæi à principali Tribu Judæa, ex qua saltim per lineam maternam descendebant Reges recensiti in obiectiõnes; ita ut hoc sufficiat ad verificandum, non fuisse tunc temporis ablatum Sceptrum de Judæa sicut sufficit nunc temporis ad verificandũ non fuisse ablatum Sceptrum de Gente Hispanica, quod Reges Hispani descendant per lineam maternam à Regina Hispanica JOANNA, quæ nuptias celebravit cum PHILIPPO I. Austraco; ex quibus ortus, & in lucem editus fuit CAROLVS V. Hispaniarũ, & Romanorum Imperator sæpè in cõtus. Immo, & sufficeret ad verificacione textu s, quod tunc temporis permansisset penes Tribu Judæa, & reliquos Judæos ius eligendi Reges Israeliticos, etiã si non essent ex Tribu Judæa; sicut sufficiens fuit ad verificacionem permanendi Romanum Imperium, quod permaneret penes Romanos ius eligendi Imperatores, etiam si nõ essent electi ex Populo Romano, ut perspicuum est in Imperatoribus Theodosio, & Trayano, qui natione Hispani fuerunt; hoc autem ius eligendi Reges à Judæis ablatum fuit, & omninõ extinctum, tempore adventus Christi Domini, quo ipsis reluctans, intrusus fuit Rex Herodes alienigena per vtrãq; viam paternã ac maternã, ut rectè expendit Eximius Suarez summa eruditione, disp. 1. de Incarn. sect. 1.

39. Alia argumenta directe militantiã contra possibilitatem Mysterij Incarnationis possunt hic instaurari contra ipsius existentiam; sed cum proximè proposita, & soluta sint à me sectione antevigente, ab eorum instauracione abstinco, ne repetitio fastidiũ pariat; proindeque ad alia necessaria transitum facere fas est.



SEQ

SECTIO III.

AN MYSTERIVM INCARNATIONIS FUERIT CONVENIENS, & RESPECTU QUORUM TALIS CONVENIENTIA CONSIDERETUR?

40. Conveniens, & convenientia multipliciter sumuntur, tempore tamen important habitudinẽ, & respectũ ad aliquid; unde si convenientia sumatur pro possibilitate huius Mysterij, convenientia negatur ab omnibus illis, à quibus eius possibilitas denegata est. Si autem convenientia sumatur pro intrinseca utilitate; hæc indecens erit respectu Dei, qui bonorum creatorum non eget, ut supra ponderatum est. Deinde si sumatur convenientia pro connaturalitate; hæc improporcionata erit mysterio intrinsece supernaturali, quod quidem indebitum est omni naturæ creabili. Denique si sumatur convenientia pro aliquali utilitate, & honore emergente, latius patet, ut ex iam dicendis in particulari patebit.

SUBSECTIO I.

STABILIENTS CONVENIENTIAM INCARNATIONIS RESPECTU DEI.

41. Dico primò. Mysterium Incarnationis est conveniens positive Deo, quatenus est illi vtile extrinsece ad manifestationem attributorum ipsius Dei: ita omnes Theologi Catholici cum suo Principe ac Præceptore Angelico D. Thoma hic, q. 1. art. 1. & vtroque nostro Leonardo, scilicet Lesio lib. 12. de perfec. divin. cap. 7. & Peñafiel hic disp. 2. sec. 1. n. 3.

42. Probatum 1. cum eodem D. Thoma ex doctrina D. Dionysij lib. 4. de Divin. nomin. nam cum bonum sit communicativum sui, consequens est, quod sit vtile extrinsece Deo summo bono communicare se ad extra per Incarnationem, quæ est summa communicatio Dei, & summa manifestatio suæ infinitæ bonitatis, siquidem communicat se in idemitate suppositi resultantis ex natura humana, & personalitate divina, ut ex ipso mysterio clarescit. Roboratur, & probatur 2. nam positive conveniens, & extrinsece vtile est Deo id, ex quo maxime commendantur eius attributa divina; ut patet ex honoratione, & gloria extrinseca inde crescentibus ipsi Deo: atqui ex mysterio incarnationis maxime commendantur eius attributa divina; siquidem inde maxime ostentantur, ac manifestantur, ut canit David psal. 84. v. 11. *Misericordia, & veritas obtinuerunt sibi, iustitia, & pax osculata sunt*: concinitque Deipara Domina in suo divino Cantico *Magnificat*; confonnat deum omnia cõgia, ac eloquia sacre paginæ, in quibus prædicantur summa misericordia, sapientia, omnipotentia Dei, quæ in hoc eximio mysterio respondent singulariter: ergo hoc mysterium incarnationis est conveniens positive Deo, quatenus est illi vtile extrinsece ad manifestationem attributorum ipsius Dei.

43. Dices 1. Convenientia positiva proveniens ex aliqua entitate creata est repugnans Deo: ergo.

Respondeo, distingo antecedens; convenientia positiva intrinsece perfectiva Dei; concedo antecedens: convenientia positiva extrinsece utilis, & ostensiva attributorum Dei, nego antecedens, & consequentiam; nulla enim est repugnancia in hac posteriori convenientia positiva Dei, quatenus incarnatio fuit extrinsece utilis positive Deo ad finem extrinsecum divinæ gloriæ per ostensionem suorum attributorum ad extra, ut satis ostensum est: proindeque incarnatio non est dicenda conveniens Deo negativã tantum convenientia quatenus non intulit Deo ullam imperfectionem, ut ex stabilitate possibilitate huius Mysterij manifestum est.

44. Dices secundo. Incarnatio defacto existens non est summa communicatio ad extra; siquidem maior communicatio esset

I;

Incar

incarnatio trium personarum divinaum: ergo.

Respondeo, distinctio antecedens; non est summa communicatio ad extra intensiva, de qua loquimur; nego antecedens; non est summa communicatio ad extra extensiva, de qua non loquimur; concedo antecedens: unde nulla infertur consequentia adversus doctrinam datam a me, siquidem quoad intensivum a quo conducit hæc Incarnatio ad ostensionem attributorum Dei, quæ quidem æque resplendent in qualibet persona divina, ut per se constat.

45 Dices 3. Incarnatio de facto existens est repugnans infinitæ sapientiæ Dei: ergo non est conveniens positive ad ostensionem attributorum Dei. Probatur antecedens; nam est repugnans infinitæ sapientiæ Dei, quod finis sit vilior medio, sive quod medium nobilius ordinetur ad rem minus nobilem tanquam ad finem; atqui salus hominum, quæ est finis incarnationis de facto existentis, est minus nobilis, & incarnatio est nobilior: ergo.

Respondeo, nego antecedens; ad cuius probationem distinguo maiorem; si talis finis sit ultimus, seu ultimus; transeat: si talis finis non sit ultimus, seu ultimus, sed potius sit intermedius ad alium finem ultimum nobilissimum; nego maiorem: dixi transeat, quia maior posset negari ad huc desine ultimato semel intento efficaciter iuxta doctrinam traditam a P. Hurtado hic. disp. 6. sec. 7. Sed pro solutione sufficit, quod salus hominum non sit finis ultimus, seu ultimus, sed potius intermedius ad finem ultimum nobilissimum, scilicet Deum, siquidem constat ex libro Proverb. cap. 16. v. 4. quod omnia propter semetipsum operatus est Dominus; proindeque non repugnat, quod ipse Deus possit se ipsum amare propter creaturas, nec quod creaturæ possint uti Deo tanquam medio ad consequutionem alicuius finis boni creati, ut tenet plures Theologi, eodem modo discurrentes, cum P. Arriaga tomo 3. disp. 1. de actib. 6. human. sect. 5.

Dices 4. Indecorum, immo & iniustum est, damnare filium innocentem, morti que tradere in fontem pro liberandis hominibus peccatoribus dignis pena æterna: ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; si id fiat cum compensatione, & cum libera oblatione filij innocentis, qui se constituit fideiussorem pro reis; nego antecedens; si

id aliter fieret; transeat antecedens; nam adhuc tunc maneret in Deo dominium supremum, ac absolutum ad disponendum de humanitate assumptâ pro suo libito. De facto tamen Christus Dominus oblatus est, quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portavit; propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen &c. Sicque Deus dicitur mundum, ut filium suum unigenitum daret; non minori, sed maiori charitate, quam Abrahamus filium suum Isaac quod totum commendat, & memoriæ nostræ mandandum ad æternam gratitudinem commemorat Ecclesiasticus cap. 29. v. 2. sic: Gratiam fideiussori sine obliiviscaris, dedit enim pro te animam suam: consulatur D. Thomas 3. p. q. 46. art. 4. ut potius inde decorosa; & iuxta misericordiam Dei nobis omnibus innotescat.

47 Dices 5. Magis ostenderet Deus suam infinitam misericordiam condonando gratis iniuriam peccati, quam exigendo condignam satisfactionem onerosam a Christo Domino fideiussore: ergo.

Respondeo, nego antecedens; nam Deus ita est infinite misericors; ut simul sit iustus, & supremus Dominus; qui proinde debuit consulere vindictam delictorum, & suæ infinitæ iustitiæ tantis facere, iuxta illud D. Pauli ad Romanos 13. quemposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad extensionem iustitiæ suæ: taliter ut simul nobis donaverit pretium iustum condignæ satisfactionis exhibitæ a Christo Deo hominibus fideiussore; hæc autem nobis melior ac honorabilior fuit, quam esset gratuita condonatio delictorum; unde ad rem Joannes Damascenus, 3. de fide, cap. 1. hæc protulit aures Verba: inventa est difficillima propter decentissimam solutionem; & in eodem opere coniuncta est artissime summa misericordia, & summa iustitia, quæ ante apugnatæ videbatur. quid pro re illustrius?

48 Dices 6. Indecens, & indignum est Deo uniri cum corpore materiali mundo: ergo.

Respondeo, hoc argumentum esse indecens; est indignum homine rationali, qui scit, suam animam rationalem spiritualem factam ad imaginem, & similitudinem Dei uniri cum corpore materiali immundo; ac proinde sicut anima rationali, & caro unus est homo; ita Deus, & homo, unus est Christus, non quidem ex indigentia Dei, sed ex summa libertate ipsius: unde nego

antecedens, nam id non maculat Deum; sicut nec eius intima præsentia in rebus immundis per immensitatem, ut exemplo solis clarescit: proindeque potius in his ostenditur infinita bonitas divina, dum voluit formam servi accipere, ut homines salvos faceret factus homo: de hoc consulatur P. Elparza, tomo 2. q. 1. & 2. a pag. 211.

SECTIO II.

STATUENS CONVENIENTIAM INCARNATIONIS RESPECTU HUMANITATIS ASSUMPTÆ.

49 Dico 2. Mysterium Incarnationis est intrinsece positive conveniens humanitati assumptæ: ita omnes fere Theologi cum PP. Lessio, Arriaga, Rhodes, Elparza, Comptono, & Eximio Suarez hic; disp. 3. sec. 3. conclus. 2. ubi asserit, hanc veritatem esse persentiam; de qua proinde suppetunt probationes.

50 Probatur clarissime; nam sic humanitas assumpta a Deo habet esse deificam, & homo habet esse Deum in identitate suppositi; unde illi communicatur infinita sanctitas; ipsique debentur innumera charismata gratiæ, & gloriæ; einde sic adorabilis adoratione supremæ lætitiæ. splendetque tanquam caput hominum, & Angelorum; omniumque Redemptor resplendet infinitate simpliciter condecoratus; alijs que infinitis perfectionibus, quæ humanum, & Angelicum captum superant, exornatur: atqui hæc omnia clarissime convincunt, mysterium Incarnationis esse intrinsece positive conveniens humanitati assumptæ: ergo.

51 Dices tamen. Mysterium Incarnationis est violentum simpliciter respectu humanitatis assumptæ adhuc secundum potentiam obedientialem ipsius; siquidem illud est violentum simpliciter; quod est a principio extrinseco, v.g. Deo, passionem conferente vim; id est, renitente passio; ut docent Aristoteles; Ethic. cap. 1. & D. Thomas, 1. 2. q. 6. art. 4. atqui ita se habet res, dum huma-

nitas assumpta privatur sua propria substantia, ad quam dicit appetitum innatum: ergo:

Respondeo, hanc difficultatem varias subire solutiones videndas apud citatos Auctores, ne in eis reperendis tempus teratur: placet enim absolute negare allumprum de violentia simpliciter tali cum Thomistis, quid quid sit de tenore consequentiæ ipsorum cum doctrina D. Thomæ quæst. 6. de potentia, art. 2. ad 3. illa enim fuit violentia qualis qualis gratia, & amica ipsi humanitati assumptæ, ut loquuntur nostri Recentiores cum P. Raynaldo, tomo 1. de Deo homine, lib. 2. se. 3. cap. 1. num. 72. & tomo 3. de Morali disciplina: dist. 2. art. 1. num. 15. Unde in forma potest probabiliter distingui allegata definitio violenti simpliciter talis, sic. Illud est violentum simpliciter, quod est a principio extrinseco, non compensante superabundanter defectum perfectionis connaturaliter debitæ; quæ res privatur; concedo: quod est a principio extrinseco compensante superabundanter de factum perfectionis connaturaliter debitæ; quæ res privatur; nego: nam cum Deus privans humanitatem assumptam sua propria substantia humanam finitæ, compenset superabundanter defectum illius perfectionis connaturaliter debitæ per exhibitionem substantiæ increatæ infinitæ simpliciter Verbi Divini, ut de se patet: inde est quod non fiat violentia simpliciter respectu humanitatis assumptæ, sed aliqualis violentia grata, & amica; utpote quæ superabundanti modo compensatur, unde melioratur simpliciter: quin a supremo Domino iniuria inferatur suæ creaturæ subiectæ essentialiter ad omnes usus contradictionem non implicantes, quorum unus est ea assumptio ipsius humanitatis, ut supra demonstratum est.



SUBSECTIO III.
OSTENDENS CONVENI-
entiam Incarnationis res-
pectu Deiparæ Domi-
næ, & respectu totius
Universi.

52 **D**ico tertio Mystrium Incarnationis est positive summe conveniens Deiparæ Dominæ, nempe SS. V. MARIE, hoc communiter non revocatur in dubium, eo quod indubitabile videatur, & merito; siquidem per hoc Mystrium Incarnationis SS. U. MARIA habuit esse Matrem Dei; Reginam hominum, & Angelorum; infinite sanctam; a laborabilem adoratione singulari hyperdulæ; collocatam in supremo ordine unionis hypostaticæ; pluraque alia commoda sine ullo incommodo; siquidem, teste Mellisio Bernardo, & teste Ecclesiæ Gaudia Matris habuit cum virginis honore; in quo nec similem visa est, nec habere sequentem; proindeque nil occurrit in contrarium, quod facillime non solvatur ex dictis.

53 **D**ico ultimo. Mystrium Incarnationis est positive conveniens toti universo, & maxime universitati hominum; ita Doctores supra laudati cum Eximio ca. sect. 3. & quest. 1. art. 2. rursusque disp. 4. sect. 1. & 2. Probatum manifeste: nam per mysterium Incarnationis anima rationalis spiritalis, & corpus materiale Christi Domini ex ratione physica hypostatica cum Verbo Divino aculerunt positivum honorem creaturis spiritalibus, & materialibus totius universi, atque maxime universitati hominum; siquidem sic resultat supremus ordo unionis hypostaticæ, ac resplendet summa conjunctiono creaturæ cum Creatore, unde eminet homo Deus, ita ut *In Christo omnia sint restaurata, ut testatur Apostolus ad Ephes. 1. atque eo ipso Mystrium Incarnationis est positive conveniens toti universo, & maxime universitati hominum, ut de se constat: ergo.*

54 **D**ices primo: Per Mystrium Incarnationis ordo excelsus Angelorum cecidit à superioritate sibi debita supra genus

humanum: ergo mysterium Incarnationis non fuit conveniens ita principali Angelorum ordini.

Respondedo, nego antecedens; nam ordo Angelorum secundum se permanet in sua superioritate respectu generis humani secundum se, & ut talis considerati; si la autem hæc superioritas debita est Angelorum ordini, secus tamen alia superioritas conficta à Lucifero supra Deum hominem, quæ indubita est, ut per se patet: immò etiam patet positiva convenientia Angelorum ex pluribus supernaturalibus bonis tributis à Deo per Mystrium Incarnationis ex meritis Christi Domini, qui extraxit aureum caput Angelorum, & hominum, & qui ex singulari dispositione Divina, *nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ;* de quo variæ congruentiæ possunt videri apud PP. Lefsum de perf. div. lib. 12. cap. 3. Amicum disp. 3. à num. 17. & Raynaudum como 1. lib. 3. cap. 1. num. 3. & 5.

55 **D**ices secundo. Per Mystrium Incarnationis fuit illata violentia toti Universo; siquidem ordo elementorum, & mixtorum turbatus fuit à Christo Domino ad miraculosam ostensionem suæ divinitatis: ergo.

Respondedo, nego antecedens; tum, quia ea perturbatio miraculosa non fuit illata ex mysterio Incarnationis per se, nec ex opere operato; ut ita dicam, sed ex opere operantis, & pro libito Dei ut auctoris supernaturalis, qui sane ad varios fines suæ providentiæ miracula perpetravit; tum etiam, quia ea qualis qualis violentia grata, & amica dicenda est ex compensatione proxime assignata in bonis inde emergentibus toti universo, quod & expositum supra est, num. 51.



SEC.

SECTIO IV.

AN COGNO SCIBILI-
tas Mystrij Incarnationis
ita supernaturalis sit, ut ne-
queat hoc cognosci evi-
denter positive ab in-
tellektu creato solis
viribus naturæ?

56 **P**raesens quaestio procedit de cognoscibilitate mysterij Incarnationis, tam in specie, qua de facto per actum est, quam in genere, quod de possibili fieri posset cum natura Angelica, v. g. proindeque procedit circa existentiam, ac possibilitatem huius mysterij; & circa cognitionem adhuc abstractivam pure naturalem evidentem positivam directam, immediatam; aut etiam mediatam, quæ proveniat ab intellectu creato, sive Angelico sive humano solis viribus naturæ, soloque auxilio ordinis naturalis instructo, & secluso omni alio principio supernaturali.

SUBSECTIO I.

SENTENTIÆ REFE-
runtur, & propria
probatum.

57 **P**rima sententia tenet; Mystrium Incarnationis posse ita cognosci ab intellectu alicuius creature possibilis: ita Bonæspetio 2. trac. 3. disp. 1. n. 6. Secunda affirmat de intellectu etiam hominis existentis, postquam Incarnatio in specie peracta est; ut videtur apud P. Ortega disp. 2. de Trinit. q. 1. art. 1. Tertia affirmat de solo intellectu Angelico; ita plures Scotistæ cum suo subtili Doctore in 4. dif. 1. quest. 8. concl. 2. & aliqui Jesuitæ, inter quos P. Quiroz tract. 8. de Ang. dif. 54. num. 17. Quarta sententia negat absolute, & sine ulla limitatione: Ita Angelicus Doctor 1. part. quest. 57. art. 5. quem sequuntur communiter Thomistæ, & Jesuitæ cum Eximio Doctore lib. 2. de Ang. cap. 29. & disp. 3. de Incarn. sect. 1. Purpuratis Lu-

go, & Sforzia; sapientissimus P. Leonrdus de Peña sic tom. de Incarn. disp. 1. sect. 7. per totam.

58 **P**lacet hæc ultima sententia, & conclusio tenens; cognoscibilitatem mysterij Incarnationis ita esse intrinsece entitative supernaturalem simpliciter, ut nullus intellectus creatus, sive Angelicus, sive humanus, possit cognoscere evidentè positive existentiam, aut possibilitatem incarnationis, adhuc postquam de facto peracta est, solo lumine naturali, & secluso omni principio supernaturali.

59 **P**robatum primo auctoritate: nam mysterium Incarnationis absolute & sine ulla limitatione dicitur in sacra pagina sacramentum inestigabile respectu intellectus creati ut constat in epist. ad Col. cap. 1. vers. 26. ubi Apostolus ait: *mysterium, quod absconditum est à seculis, & generationibus;* & alibi sepe, idem testantur sacra Concilia, inter quæ Toleranum undecimum in confessione fidei, hæc habet; *siratione ostendi posset, non esset mirabile; si exempto, non esset singulare,* in idem intentum conspirant SS. PP. inter quos S. Augustinus, sapientissime, & S. Maximus cent. 1. cap. 12. per hæc verba: *Huiusmodi mysteria sola capit fides, quæ est hypostasis eorum quæ mentem superant, & ratione.* Unde Doctor Alanus, de hoc mirabili mysterio canit apud Argentinam in 3. dist. 1. q. 1. sic.

Hic natura silet, logica vis exulat omnis

Rhetorica perit arbitrium, ratioque vacillat.

60 **P**robatum secundo ratione; nam cognitio pure naturalis evidens positiva terminata ad existentiam, aut possibilitatem Incarnationis, & proveniens ab intellectu creato sive Angelico, sive humano modo explicato deberet esse demonstratio pure naturalis positiva sui obiecti, ita ut esset demonstratio a priori per causam, vel a posteriori per effectum, siquidem ita dividitur adæquatè demonstratio à Theologis, & Philosophis cum Aristoteli lib. 1. poster. c. 10. ubi appellat priorem demonstrationem *propter quid,* posteriorem, demonstrationem *quia:* atqui huiusmodi nulla datur, nec assignari potest demonstratio pure naturalis positiva huius obiecti, scilicet existentia, aut possibilitatis Incarnationis, proveniens ab intellectu creato, sive Angelico, sive humano, solo lumine naturali, & secluso omni principio supernaturali, ut solutione argumentorum constabit; ergo.

61 **A**lias rationes comprobandi missas facio, quia communes sunt alijs

alijs mysterijs, & obiectis intrinsece entitative supernaturalibus, & a me infra tradenda sunt, ubi ex professo probaverim Beatitudinem formalem esse intrinsece entitative supernaturalem, & supra caput solius naturæ sibi relictæ; & sic de alijs similibus.

SUBJECTIO II.

ARGUMENTATIONES

Solvuntur.

62 **O**bjic. 1. Iuxta Sanctum Paulum Epist. 1. ad Thimoth. cap. 6. *Solus Deus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem*: ergo solus Deus erit investigabilis ab intellectu creato; scilicet tamē vniō hypostatica ut potē res creata.

Respondeo, Sanctum Paulum debere accipi cum grano salis, & iuxta interpretationem Sancti Thomæ, videlicet de immortalitate se, & de luce inaccessiblei per comprehensionem creaturæ, quatenus essentialiter a se est immortalis, & incomprehensibilis ab intellectu creato; proindeque sicut Angelus, & anima rationalis habent aliam immortalitatem inferiorem ab aliojta etiam vniō hypostatica creata habet aliam inaccessibleitatem inferiorem, respectu intellectus creati solis naturæ viribus instructi, ut satis expositum est.

63 **O**bjic. 2. Iuxta Sanctorum Patrum doctrinam ita requiritur gratia specialis ad assequendum naturalem evidentem omnium veritatum naturalium, ut sufficiat ad talem notitiam gratia specialis ordinis naturalis: ergo pariter ex eorum doctrina sufficere gratia specialis ordinis naturalis ad assequendum notitiam naturalem evidentem mysterij Incarnationis, adhuc secluso omnino principio supernaturali.

Respondeo Sanctos Patres aliter omnino loquēdos fuisse de priori notitia, quæ quidem respicit terminum putē naturalem ac de posteriori notitia, quæ sane respiceret terminum intrinsece supernaturalem excellentissimum, qualis est divina incarnatio, quam proinde dicunt esse mysteriū in investigabile ab intellectu creato sine revelatione, aut alio principio supernaturali, ut supra probatum manet. Vnde patet disparitas ab antecedente ad consequentiam illam ab adversarijs; sicut non inferretur, sufficere

gratiam specialem ordinis naturalis ad efficiendum actum intrinsece supernaturalem ex eo, quod talis gratia sufficiat ad efficiendum actum intrinsece naturalem, & sic de alijs. Immo ex doctrina Sanctorum Patrum deducit P. Alarcon disp. 2. de visione, cap. 5. & disp. 3. de Angelis, cap. 14. non sufficere gratiam specialem ordinis naturalis ad assequendam notitiam huius excellentissimi Mysterij Incarnationis, etiam si sufficeret pro aliorum mysteriorum notitia, de qua nō loquuntur Sancti Patres ea maxima ponderatio, e, qua loquuntur de hoc eximio mysterio divinæ Incarnationis.

64 **O**bjic. 3. Sybillæ, alijsque Gentilibus, habuerunt certam notitiam mysterij Incarnationis solo lumine naturali, & sine revelatione Dei: ergo:

Respondeo nego antecedens, siquidē Sybillæ habuerunt spiritum prophetiæ, & specialem revelationem huius mysterij, ut tradidit D. Thomās: ab his autem Sybillis hanc notitiam acceperunt alij Gentiles, aut etiam a Judæis, quibus ea revelatio manifesta erat in Sacra Pagina, immo in ipsa illam expressam per legere potuerunt.

65 **O**bjic. 4. Angelicus intellectus evidenter naturaliter cognoscit naturam humanam non dependere essentialiter a sua propria subsistentia; rursus etiam cognoscit naturam humanam Christi Domini de facto privatam esse sua propria subsistentia creata: atqui eo ipso cognoscit utique evidenter naturaliter humanitatem Christi Domini subsistere per aliam subsistentiam increatam, seu divinam ergo.

Respondeo omitto maiorem, quam negat Eximius Suarez hic quoad posteriorem: deinde nego minorem, quæ falsissima est, quia tunc intellectus Angelicus ad summum dubitaret, ex vi illius cognitionis præcedentis, utrum illa humanitas divinitus conservaretur sine vlla subsistentia? aut e contra divinitus esset subsistens, per aliam subsistentiam creatam alienam? Hoc enim possibile esse constat in metaphysica: Deus autem denegaret concursum intellectui Angelico ad cognoscendum tunc illam subsistentiam alienam in particulari; sicut de facto denegat illi concursum ad cognoscendam secretorum, & alias res creatas in particulari; proindeque tunc intellectus Angelicus non deveniret in cognitionem mysterij Incarnationis, quod quidē incredibile potius apparet intellectui creato instructo solo

lo lumine naturali, & sine illuminatione principij supernaturalis.

66 **O**bjic. 4. Angelicus intellectus cognoscit evidentia naturali actum, quo hæreticus, v. g. dicit existere mysteriū Incarnationis: ergo etiā cognoscit evidentia naturali existentia mysterij Incarnationis siquidē hæc est conexa essentialiter ut obiectum cum illo actu evidenter cognitio ab intellectu Angelico.

Respondeo, distinguo antecedens ita ut iam præsupponatur in intellectu Angelico revelatio mysterij Incarnationis; quod importatur in illo actu, & cui assentitur ipse Angelus; concedo: ita ut hoc non præsupponatur; nego antecedens, & consequentiam: nam alioqui pateret ratio manifesta ad probandum eodem modo, intellectum angelicum cognoscere evidentia naturali existentiam mysterij Sanctissimæ Trinitatis; siquidem evidentia naturali pariter cognoscit actum naturalem, quo hæreticus dicit, existere mysterium Sanctissimæ Trinitatis, cuius existentia est conexa essentialiter ut obiectum cum illo actu evidenter cognitio ab intellectu Angelico; & sic de alijs similibus.

67 **O**bjic. 6. Per instantiam. Solo lumine naturali potest evidenter cognosci, ac demonstrari Mysterium Sanctissimæ Trinitatis: ergo pariter etiam mysterium Incarnationis. Probatur antecedens: idē potest solo lumine naturali evidenter cognosci, ac demonstrari potentia Dei ad extra, quia solo lumine naturali potest evidenter cognosci, ac demonstrari aliqua creatura conexa essentialiter cum tali potentia Dei; atqui ipsamet conexio illius creaturæ cum tali potentia Dei est etiam conexio illius creaturæ cum Trinitate Dei: ergo. Probatur minor: ipsamet conexio physica alius rei cum aliquo termino est etiam conexio cum prædicato realiter identificato cum tali termino connexionis; alioqui verificarentur duo prædicata contradictoria de eadem entitate reali, sive de eodem termino connexionis; atqui Trinitas Dei est prædicatum realiter identificatum cum tali potentia Dei: ergo.

Respondeo, nego primum antecedens argumenti; ad cuius probationem nego causalem maiorem; quia non est idē precise, sed etiam quia conexio essentialis illius creaturæ est evidenter cognoscibilis solo lumine naturali, ac proinde potest solo lumine natu-

rali evidenter cognosci, ac demonstrari talis potentia Dei ex vi illius connexionis cognitæ evidenter naturaliter. Vnde distinguo minorem sic: ipsamet conexio illius creaturæ cum tali potentia Dei est eadem conexio illius creaturæ cum Trinitate Dei, physice, & realiter; & quasi materialiter concedo, formaliter obiective; nego minorem: nam licet physice, & realiter sit eadem conexio respectu utriusque termini; nihilominus formaliter obiective ex parte obiecti cum fundamento in re est duplex conexio distincta inter se ita ut vna conexio sit cognoscibilis naturaliter evidenter ab intellectu creato, scilicet conexio illius creaturæ cum tali potentia; seu omnipotentia Dei, ut proxime notatum est; & alia conexio sit incognoscibilis naturaliter evidenter ab intellectu creato, videlicet conexio illius creaturæ cum Trinitate Dei; quæ quidem conexio ibi latet, & fugit vniō naturalem evidentem intellectus creati; eo iure quo eam fugit terminus in investigabilis Trinitatis divinæ, quæ ex se potius apparet incredulo intellectui creato instructo solo lumine naturali, ut cuique satis conperum est.

68 Nec obstat, quod hæc posterior conexio sit in se naturalis ad hoc ut sit incognoscibilis naturaliter: pater enim, hoc non esse obstaculum, & simul ostenditur restrictio datæ solutionis, si fiat recursus ad exemplum aptum natum ad rem; sic enim conexio naturæ humanæ est in se naturalis; & est eadem physice realiter, tam ad elicendum actum naturalem, quam ad elicendum actum supernaturalem, v. g. visionem beatam; atqui nihilominus hoc non obstat, quominus intellectus creatus cognoscens naturaliter evidenter vnam connexionem naturæ humanæ ad elicendum actum naturalem non cognoscat naturaliter evidenter aliam connexionem ipsius naturæ humanæ ad elicendum actum supernaturalem, v. g. visionem beatam; tum ex capite distinctionis formalis obiectivæ vnius ab alia; tum ex capite in cognoscibilitatis naturalis evidentis realitatis ab actu supernaturali; v. g. visionem beatam; tum ex capite distinctionis formalis obiectivæ vnius a haliā; tum ex capite incognoscibilitatis naturalis evidentis realitatis ab actu supernaturali, v. g. visionem beatam; ergo pariter ex eisdem capitibus non obstat naturalitas, nec identitas realis utriusque connexionis in casu argumenti.

69. Alia restant argumenta communia ad probandum, posse intellectum creatum cognoscere naturaliter evidenter terminum supernaturalem, v. g. visionem beatificam, & sic de alijs similibus: sed cum talia argumenta à nec proponantur, & dissolvantur in fra ex professo, ubi hanc veritatem ostendā in particulari de ipsa visione beatifica intrinsece supernaturali, sat est in præsentiarum ab illis manum, & calamum abstinere.

SECTIO V.

DUBIA ALIQUA COINCIDENTIA BREVITER RESOLVUNTUR.

70. Rogabis primò. Vtrum Mysterium Incarnationis possit ratione naturali demonstrari ab intellectu creato instructo lumine gloriæ, & visione beata terminata ad ipsum mysterium Incarnationis? Respondeo, dubium hoc esse mihi æque dubium, seu æque probabile utrinque quia, ut bene observat P. Arriaga tract. 1. in 3. p. disp. 3. a num. 37. hoc dubium procedit de cognitione reflexa, quæ quidem est indifferens ut proveniat ab ipsa visione beata supernaturali, vel à solo Deo ut causa naturali ipsius cognitionis reflexæ: ac demum tota difficultas reducitur ad divinationem, & ad quaestionem de voce, in qua affirmant plures Theologi cum nostro Patre Leonardo de Peñañiel hic, disput. 1. sect. 5. numer. 119. negant verò alij plures cum Eximio Suarez hic, disp. 3. sec. 1. & Acutissimo Vasquez disp. 137. cap. 3.

71. Rogabis secundo: An Mysterium Incarnationis possit revelari à Deo revelatione pure natural? Respondeo, æque probabiliter posse affirmari cum laudato P. Arriaga loco nuperrimè citato, eo quod Deus ut Auctor naturæ potuerit loqui, de hoc mysterio cum Angelis, & hominibus in statu puræ naturæ: vel posse negari cum P. Martino Perez disput. 1. de Trinit. sect. ult. num. 4. eo quod hoc mysterium sit maximæ excellentiæ, & singularis celsitudinis supernaturalis,

72. Rogabis tertio: An Mysterium In-

carnationis, sive unio hypostatica, possit cadere sub comprehensionem creatam ordinis supernaturalis? Respondeo, resolutionem huius dubij pendere ex varijs sententijs exponentibus diversimodè conceptum strictæ comprehensionis: ac proinde si possibilis sit cognitio creata supernaturalis ad æquationem intensivum, & extensivum illius obiecti in ratione cognoscibilis, poterit utriusque comprehendi, ut volunt PP. Ripalda, & Isquierdo, disp. 18. a 230. secus tamen, si talis cognitio non sit possibilis, ut tenent eximius Suarez, & P. Albertinus, tomo 1. fol. 38. num. 3.

73. Constat ex hætenus stabilitis, quod intellectus creatus sibi relictus nequit habere viā inventionis cognitionem ad huc probabilem suavisimam possibilitatis Mysterij Incarnationis; immò etiam non posse habere apprehensionem pure naturalem, nec suspensionem, aut dubitationem positivam aliquo modo propendentem ad possibilitatē ipsius Mysterij Incarnationis: nam supra satis ostensum est ex doctrina sacræ paginæ, & sanctorum Patrum Ecclesiæ hoc mysterium esse ad eo inexcrutabile, ut ad huc post factum rei, teste Apostolo, visum sit Iudæis quidem scandalum, & gentibus stultitia. Sed iam ad eius negotium pro maiori rei complemento investigandam accedamus cognoscibilitatem.

SECTIO VI.

AN SALTIM EVIDENTER NEGATIVE COGNOSCI POSSIT AB INTELLECTU CREATO SOLIS VIRIBUS NATURÆ?

74. Procedit hæc quaestio de cognitione naturali demonstrativa negativa, seu indirecta; & inquit; an saltim possit intellectus creatus, sive Angelicus, sive humanus, solis viribus naturæ ita se habere respectu Mysterij Incarnationis, ut non cognoscat evidenter hoc obiectum ut impossibile, nec eius impossibilitatem

tem suspicetur, sed potius satisfaciatur evidenter solutione omnibus argumentis adductis contra possibilitatem ipsius Mysterij Incarnationis? quæ in re affirmativam sententiam tenent PP. Martinus Perez, sec. 1. n. 7. & 8. Arriaga disp. 1. b. 1. qui evidentiam negativam appellat impropiam, & talem secundum quid:

SUBSECTIO VNICA.

ELIGITUR SENTENTIA NEGANS, & AB ARGUMENTIS LIBERATUR.

75. Placet communissima sententia, quæ tenent fere omnes alij Theologi videndi apud citatos, & conclusio asserens: nullum intellectum creatum, sive angelicum, sive humanum, posse cognoscere evidenter negative existentiam, nec possibilitatem Mysterij Incarnationis solis viribus naturæ; & secluso omni principio supernaturali, adhuc postquæ de facto peractum est.

76. Probatur primò auctoritate Sacræ Paginæ, Sacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum, unanimiter appellantium hoc mysterium inscrutabile, ac in investigabile respectu intellectus creati, ut supra ponderatum est: tale autem non esset omnino, si intellectus creatus posset illud cognoscere evidenter negative, solo lumine naturali instructus, & independenter ab omni principio supernaturali: ergo.

77. Probatur secundò ratione: nam intellectus creatus, quatenus solo lumine naturali instruitur, non habet vllum principium inducens illum in cognitionem Mysterij Incarnationis, nec tribuens illi viam solvendi adversa argumenta difficilissima; sed potius habet principium, saltim apparens, quod supra allegabant Gentiles, & Iudæi, adversus existentiam huius Mysterij Incarnationis immò etiam adversus ipsius possibilitatem, utpotè quæ maximam coniunctionem habet cum investigabili mysterio Sanctissimæ Trinitatis, ita ut primo aspectu argu-

menta opposita appareant consona rationi naturali, supra quam sunt hæc altissima mysteria fidei catholice: ergo dicendum est nullum intellectum creatum, sive angelicum sive humanum, posse cognoscere evidenter negative existentiam, nec possibilitatem Mysterij Incarnationis instructum solo lumine naturali.

78. Objic. 1. Angelicus intellectus nequit pati falsitatem naturalem circa vllum obiectum; ergo hoc iure posset saltim solvere omnia argumenta adversa; utpotè quæ falsa sunt.

Respondeo, nego antecedens, nam circa obiecta recondita supernaturalia, quorum vnum est hoc mysterium, potest pati falsitatem naturalē intellectus creatus adhuc Angelicus, que latent etiam secreta naturalia cordiū; immò seculo lumine supernaturali fidei, & revelationis divinæ adeo nequiret Angelus dissolvere argumenta adversa difficilissima petita à distantia infinita inter Deum infinitum, Creatorem, immortalem, & inter hominem finitum, Creaturam, mortalem, ut potius ea sibi viderentur urgentissima pro everterda possibilitate huius investigabilis Mysterij, si aliunde fortassis illi proponeretur.

79. Objicis secundo Aliquod principium naturale datur, ex quo intellectus creatus, saltim Angelicus, posset naturali evidentia negativa demonstrare possibilitatem Mysterij Incarnationis; ergo. Probatur antecedens; nam aliquod principium naturale est hoc, quod quid non implicat contradictionem est possibile; atqui hoc principium naturale datur: ergo.

Respondeo, nego antecedens; ad cuius probationem dico, allegatum principium diversimodè accipi à Philosophis, & Theologis, nec ex illo deducatur solā possibilitas rei respectiva quoad nos, sed etiam absoluta in ipsa re obiectiva; ut ex professo in Roseto philosophico ostensum est. Unde supposita recta illius principij intelligentia patet, quod ex illo universalissimo principio non posset intellectus ad huc Angelicus deducere in particulari esse possibile hoc Mysterium Incarnationis, de quo non haberet speciem in particulari, nisi simul adesset lumen supernaturale revelationis divinæ, cuius luce illuminatus, & non aliter, posset solvere argumenta adversa illam obvia, ut ruper ponderatum est.

80. Objicis tertio. Ad evidentiam negati-

gativam Myſterij Incarnationis, & ad ſolutionem omnium argumentorum adverſorum ſufficeret ſpeciale auxilium Dei ordinis naturalis: ergo.

Reſpondeo, nego antecedens cuius falſitas conſtat ſatis ex dictis ſupra circa hanc ipſam difficultatem, ſec. 4. ſubſec. 2. n. 63. proindeque ibi dicta recolenda, & inſtauranda ſunt.

SECTIO VII.

AN SALTIM EX SUP- POSITIONE REVELATIONIS POSSIT HOC MYSTERIUM COGNOSCI AB INTELLECTU CREATO EVIDENTIA NATURALI DIRECTA?

81 **S**ensus præſentis quæſtionis eſt, **S**an ſemel ſuppoſita revelatione, & fide ſupernaturali Myſterij Incarnationis immò etiam aliorum myſteriorum, tamquam conditione ac fundamento remoto, poſſit intellectus creatus habere cognitionem naturalem evidentem directam circa ipſum Myſterium Incarnationis? Et quidem in præſentiarum præſcinditur ab eo quod præſupponatur, nec ne, evidentia in atteſtante à Deo, ex quo arguitur evidentia rei atteſtate, ſeu revelate à Deo, ut tenent plures Theologi ſequuti à ſap. P. Leonardo de Peñafiel, tomo de fide, diſp. 5. ſec. 3. ſiquidem huiusmodi cognitio non eſſet directæ, ſed potius reflexa reſpectu ſui obiecti utpotè reflexe cogniti: ruruſque præſcinditur ab eo, quod revelatio divina, ſive fides ſupernaturalis ſe habeat ut præmiſſa ad inferendam concluſionem ex vi formæ; ſiquidem illata concluſio, aut eſſet fidei obſcura, aut eſſet Theologica in evidens, aut eſſet improprie evidens, nempe ex vi formæ tantum; in præſentia autem quæſtione ſermo eſt de evidentia propria naturali ex vi materiæ: hiſ præ-
iactis ſit

(X)

SVBSECTIO VNICA

NEGATIVA SENTENTIA DEFENDITUR, & AB OBJECTIONIBUS VIN- DICATUR.

82 **P**laceat negativa ſententia, & concluſio tenens; quod adhuc ſuppoſita revelatione, & fide Myſterij Incarnationis, (idem eſt de alijs myſterijs) nequit intellectus creatus habere cognitionem naturalem evidentem directam reſpectu ipſius Myſterij Incarnationis ſolis viribus naturæ: ita PP. R. palda, Rhodes, Granadus; Amicus, & alij ex noſtris cum Eximio Suarez, diſp. 3. de Incarnatione, ſec. 1. & noſtrate Peñafiel, tomo de Incarnatione, diſp. 1. ſec. 4. num. 115. Contra-riam ſententiam affirmativam tuentur aliqui ſequuti à P. Herice diſp. 3. à num. 26. & Cardinali Toletò in cap. 2. Luca, annot. 19. pro hac ſententia allegat Scotum in 4. diſt. 10. quæſt. 8.

83 **P**robatur noſtra concluſio: nam adhuc ſuppoſita revelatione divina, & fide ſupernaturali, manet hoc Myſterium Incarnationis in inveſtigabile reſpectu intellectus creati prout inſtructi ſolo lumine naturali; quatenus ſupernaturalitas huius myſterij adeo eſt excellens, ut ſuperet ſphæram cognitionis naturalis evidentiæ directæ, nec ſit aſignabile medium certum, ex quo naturaliter evidenter directè demonſtratur nec in ſe, nec in alio, nec ex alio, nec apriori per cauſas, nec à poſteriori per effectus, aut proprietates ut ex ſolutione argumentorum conſtabit: ergo adhuc ſuppoſita revelatione, & fide ſupernaturali, nequit intellectus creatus habere cognitionem naturalem evidentem directam reſpectu huius myſterij Incarnationis ſolis viribus naturæ, ſive inſtructus ſolo lumine naturali.

84 **O**bj. 1. Ex Sacra pagina conſtat, Mat. cap. 5. demones cognoviſſe Myſterium hoc Incarnationis dominicæ ex ſolis miraculis, quæ ſunt motiva credibilitatis.

tis: ruruſque Marc. cap. 1. ubi dicitur; *ejiciebat multa demonia, & non ſinebat ea loqui quoniam ſciebant, eum: ergo.*

Reſpondeo, diſtinguo antecedens; cognitione evidente ſeu de nonſtrativa, de qua procedit hæc quæſtio: nego antecedens cognitione coniecturali, de qua non procedit hæc quæſtio; concedo antecedens deinde nego conſequentiam. Ratio eſt, quia ex ipſa ſacra pagina, & intelligentia S. Hieronymi; aliorumque Sanctorum Patrum conſtat in niſeſte; demones non habuiſſe cognitionem evidentem de divinitate Chriſti Domini, ac proinde nec de incarnatione Verbi Divini, ad quam explorandam ex cognitione coniecturali dicere auſi ſunt, *ſi Filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes ſiant*: unde S. Pauluſ epiſt. 1. ad Corint. cap. 2. ait, *ſi enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloria crucifixiſſent*; quæ Verba vera non eſſent, niſi noſtra doctrina ſcopum veritatis attingeret: proindeque habendum eſt pro comperto, Deum de negaſſe demonibus conſeſſum, vel ut melius loquar, impediviſſe alia media neceſſaria, ne certo cognoviſſent Dominum gloria, ſed ipſum morti tradere, ut finis redemptionis humanæ aſſequeretur.

85 **O**bj. ſecundo per inſtantiam. Demones, ſeu Angeli mali. & alij Angeli boni, cognoverunt evidentèr humanitate Chriſti Domini non ſubſiſtere per ſubſiſtentiam creatam propriam ipſius humanitatis quam aliter non poterunt cognoscere vere: ergo cognoverunt evidentèr humanitatem Chriſti Domini ſubſiſtere per ſubſiſtentiam alienam, nempe increatam Verbi Divini.

Reſpondeo, hoc ipſum argumentum manere proxime propoſitum, & ſolutum ſec. 4. ſubſec. 2. n. 65. proindeque exhibi dictis omiſſo antecedens, & nego conſequentiam; quia ex cognitione evidente circa carentiam ſubſiſtentia illius humanitatis non inferitur cognitio evidens circa ſubſiſtentiam alienam increatam Verbi Divini in particulari, ut patet ex ibi dictis; inferretur autem confuſio; & perplexitas, ſive ad ſummum cognitio coniecturalis, ut proxime dictum eſt.

86 **O**bj. tertio. Ex cognitione evidente miracul. facti à Deo in confirmationem veritatis Myſterij Incarnationis, ori-
retur cognitio evidens naturalis ipſius Myſterij Incarnationis: ergo.

Reſpondeo in primis per retortionem in ſimili caſu pro inferenda cognitione naturali evidente reſpectu Myſterij Sanctiſſimæ Trinitatis: deinde directè nego antecedens; ſiquidem ex patratione miraculorum ſolum inferitur cognitio coniecturalis in demonibus, dum fiebant à Chriſto Domino, ut nuperrime oſtendebam num. 84. maxime cum plauſibilis Theologia defendat; poſſe patrari à Deo miracula in confirmationem doctrina falſæ; ſi homo ab utatur facultate patrandi miracula in illum pravum finem, ſicut Sacerdos poſſet ab uti facultate conſecrandi corpus Chriſti Domini in pravum finem, v. g. ſimoniacum, & ſic de alijs ſemper tamen in hac ſententia mihi durum videtur ly in confirmationem falſæ doctrine reſpectu ad Deum, qui in alium finem bonum patraretur tunc miracula; ſed reſpectu ad hominem, qui in illum pravum finem abuteretur facultate patrandi miracula, ut cuilibet remattente conſideranti parebit.

87 **O**bj. quarto. Illud quod eſt evidentèr credibile fide divina eſt evidentèr poſſibile atque Myſterium Incarnationis eſt evidentèr credibile Fide Divina: ergo eſt evidentèr poſſibile; unde inferitur, quod intellectus cognoscens evidentèr illud obiectum evidentèr credibile, cognoscat utique evidentèr prædicatum poſſibilitatis eiusdem obiecti cogniti evidentèr. Maior oſtenditur à contrario ſenſum id quod eſt evidentèr impoſſibile eſt evidentèr in credibile, ut de ſeparet.

Reſpondeo, nego maiorem ex probabiliffima doctrina pluriſum Theologorum cum P. Arriaga diſp. 4. de fide, num. 7. aſſertum, poſſibilem eſſe actum falſum Fidei Divina; quem ſane eliceret homo ruſticus; daſu quo crebat, Spiritum Sanctum Incarnatum fuiſſe, ex revelatione falſa reputata ut vera à credente; & eliciente illum actum fidei, qui quidem eſſet aſſenſus naturalis. Deinde etiam conſtat falſitas ipſius negatæ maioris ex eo quod abſote ſit evidentèr credibile, ſive evidentèr dignum creditu ac fide, id quod proponitur à Peracho, alijs que pluribus hominibus fide dignis; & nihilominus hoc ipſum poſſe eſſe falſum, & impoſſibile abſolute in ſe; ut patet in antiſque veneratione, cultu que exhibitò cuidam defuncto, cuius anima damnata cognita poſteſt fuit, ut factæ hiſtoriæ teſtantur. Deique licet id quod eſt evidentèr impoſſibile ſit

fit evidenter incredibile, si id cognoscatur
vevide ter impossibile; nihilominus non
semper arguitur recte à contrario ad con-
trarium, sed tantum à contradictorio ad
contradictorium; siquidem inter contra-
ria, qualia sunt, evidenter impossibile ac
evidenter possibile, datur medium, scilicet
esse possibile probabiliter tantum; secuta-
men se habet res inter contradictoria, inter
quæ sane non datur medium, ut omnibus
pervium est; ac proinde ita intelligi debet,
& non aliter, Solemne illud sumulisticum
axioma, *ab opposito consequens valet ad op-
positum antecedens*: unde tota machina argu-
menti corrumpitur.

88. Obije. 5. Supposita fide, potest
efformari hic syllogismus; *omne id, quod Deus
dicit, est verum: sed Deus dicit possibilitatem In-
carnationis: ergo possibilitas Incarnationis est
vera*. Nunc sic: atqui illa consequentia
este videns, & in *darj*: ergo supposita fide
potest probari per consequentiam eviden-
tem possibilitas Incarnationis.

Respondeo, distingo maiorem; ita
ut efformatus syllogismus concludat eviden-
tia ex vi materiæ, de qua tantum procedit
præsens quæstio; nego maiorem: ita ut
efformatus syllogismus concludat evidentiam
impropria ex vi formæ, de qua non proce-
dit præsens quæstio; concedo maiorem: so-
lutio constat ex prænotatis ipso in limine
huius quæstionis num. 81: unde negari po-
test suppositum, scilicet quod hæc quæstio
procedat in sensu intentò ab arguente; ac
proinde tota difficultas argumenti præoc-
cupatauit. Rursus, ex ibidem prænotatis
constat, præmissam minorem syllogismi non
esse evidentem, siquidem est propositio fi-
dei, quæ nequit esse evidens, sed obscurè
simpliciter.

89. Aliæ difficultates satis solutæ sunt
in superioribus sectionibus, quæ in præsen-
ti possent instaurari: nec occurrit aliquid ad-
dendum de novo, nisi quoddam adhuc permixta
permanentiæ speciei impressæ circa myste-
rium Incarnationis in intellectu Angelico,
quam plerique negant; nihilominus non
inferretur concurrere ad cognitionem na-
turalem evidentem, de qua est quæstio, sed
tantum ad cognitionem supernaturalem;
de qua non procedit quæstio: pariter quæ
prophetiæ sybillarum circa hoc mysterium
Incarnationis supernaturales fuerunt, qua-
tenus Deus communicavit illis gratiam pro-
phetiæ pro maiori bono Ecclesiæ, ut docet

Angelicus Doctor, 2. 2. quæst. 2. art. 7. ad
3. Sed iam satis elucidata cognoscibilitate
huius mysterij, ad necessitatem circa ipsum
investigandam pro rei dignitate devenia-
mus.

SECTIO VIII.

AN DEIVR IN DEO NECESSITAS ALIQUA ABSOLUTA AD OPTIMUM INCARNATIONIS, SIVE AD INCARNANDUM IN VIRGINE MA- TRÆ.

90. DE hoc puncto in genere agi-
tur à Theologis intrac. de
voluntate Dei, & eius actibus liberis; in præ-
sentiarumque agitur circa optimum Incar-
nationis, quæcumque hæc sit, ita tamen ut
non sumatur optimum per comparationem
ad omnia entia positiva; sed per compara-
tionem tantum ad negationem, seu carentiam
oppositam entitati positivæ; in priori
enim sensu sumitur optimum, dum alibi
inquiritur de creaturâ omnium perfectissimâ,
seu optimâ; in posteriori autem sensu
sumitur optimum, dum hic inquiritur de
necessitate ad optimum, id est ad terminum
positivum, v. g. Incarnationem, quæ dicitur
optima, quatenus est melior negatione,
seu carentiâ ipsius Incarnationis, ut bene
adnotant P. P. Granadus, tomò 1. in 1. p. tract.
2. disp. 3. Rhodus, tomò 2. disp. 1. quæst. 2.
sec. 3. §. 1. Nec sane procedit hæc quæstio
de necessitate consequente, & ex suppositio-
ne decreti divini de Incarnatione; sed
procedit de necessitate antecedente, & ab-
soluta; in illa enim priori non est vlla dif-
ficultas; in hac tamen posteriori est dif-
ficillima controversia, pro cuius ma-
iori claritate notamenta aliqua
præmittenda sunt.



SVB

SUBSECTO VNICA.

NOTAMENTA NECES- SARIA PRÆMITTUNTUR, & VA- RIÆ SENTENTIÆ REFE- RUNTUR.

91. PRÆter illa, quæ proxime ad
notata manent, restant alia
digna notatu pro resolutione huius quæ-
stionis, quorum vnum est, dari triplex genus
necessitatis, siquidem datur necessitas
metaphysica, datur necessitas physica, &
datur necessitas moralis, quæ iam explican-
tur.

92. Necessitas metaphysicâ consistit
in eo, quod res ita necessaria sit, ut eius op-
positum implicet contradictionem; sic
quæ metaphysicè necessarium est; quod
Deus sit summum bonum à se. Necessitas
physica consistit in eo, quod res ita neces-
saria sit, ut eius oppositum nequeat fieri,
nisi miraculose per potentiam absolutam
Dei; sic quæ physice necessarium est, quod
ignis applicatus comburat stupam. Neces-
sitas moralis consistit in eo, quod res ita nec-
cessaria sit, ut eius oppositum sit nimis dif-
ficile, licet absolute possit fieri sine contra-
dictione, & sine miraculo; sic quæ necessa-
rium moraliter est, quod homo destitutus
speciali auxilio divinæ gratiæ instatu naturæ
lapsæ succumbat, & vincatur à gravissimâ
urgente temptatione peccandi; sic quæ de
alijs similibus.

93. Hæc explanatio necessitatis mora-
lis probabilior videtur; eo quod aliæ plures
recidant in necessitatem physicam, immo
etiam metaphysicam, ut videre est in lauda-
to P. Rhode sibi idem, vbi sane se ipsum iugul-
lat, dum necessitatem moralem in Deo ex-
plicat per indecentiam rei oppositæ, simul
quæ fatetur, Deum habere necessitatem phy-
sicam, immo & metaphysicam, ad non faci-
endum rem indecentem; siquidem inde ar-
gueretur non habere perfectissimam provi-
dentiam, ac sapientiam, nec esse infinite
sanctum, proindeque non esse Deum, si
rem indecentem operaretur; hoc autem ma-
nifeste convincit impossibilitatem metaphy-

ficam huius imperfectionis in Deo, ut pa-
ter. Consulatur P. Leonardus de Peñafiel
tomò 2. disp. 10. de voluntate Dei, sect. 3.
num. 27. & sequentibus; vbi optime impro-
bat similes explicationes traditas à P. Ruzio,
Granado, & alijs; quod etiam bene
ostendit P. Rivadeneira disp. 14. num. 7. &
sequentibus.

94. Ex historiis necessitatibus satis
explatis, certum est, & in præsentiarum
supponitur ex principijs fidei Catholicæ,
duplicem priorem non dari in Deo absolute
ad optimum Incarnationis, ac proinde De-
um non esse absolute necessitatum ad incar-
nandum necessitate physica; nec metaphy-
sica, quæ tollent de medio perfectionem
divinam in operando libere creaturas ad
extra: proinde que tota controversia inter
Doctores Catholicos reducitur ad punc-
tum posterioris necessitatis moralis abso-
lutæ, & antecedentis de re optima, scilicet
meliore respectu alterius termini oppositi:
ita ut hæc melioritas consideratur in ipsa re
obiectivæ quatenus aliter est melius subie-
ctive id, quod fit ex beneplacito divino de-
cernente fieri vnum præ alio, de quo non du-
bitatur. His igitur prænotatis, ut illa sepe
de in decursu quæstionis procedamus.

95. Prima sententia affirmat absolute
Deum esse moraliter necessitatum ad opti-
mum, ac proinde ad Incarnationem: ita P.
Granado tom. 1. in 1. part. tract. 2. disp.
3. & P. Ruiz disp. 9. de volunt. rursus disp.
10. sect. 1. quos sequuntur docti aliqui Re-
centiores.

96. Secunda sententia affirmat cum li-
mitatione circa necessitatem moralem pro-
ducendi proprietates ex suppositione produ-
ctionis essentiæ, cui debentur: ita P. Ribad.
disp. 14. de volunt. à num. 43. P. Esparza
quæst. 28. de provid. vbi pro se allegat suum
Magistrum P. Antonium Perez disp. 7. de
volunt. cap. 5. & P. Michaelem Elizalde,
quæst. 40. de vera Relig. num. 744. quibus
suffragantur alij cum P. Didaco de Aven-
daño hic; num. 1212.

97. Tertia sententia affirmat etiam cum
limitatione circa necessitatem moralem pro-
ducendi aliquod universum, & incarnandi
ex aliqua suppositione non tamen absolute,
nec ad hanc incarnationem determinate,
sed ad aliquam incarnationem vage, & in-
determinate: ita R. P. N. G. Thyrsus Gonza-
lez; tom. 3. disp. 11. sect. 2. & sect. 4. num.

24. quam sententiam iam pridem illu-
stra-

strat Sapiētissimus quidā meus in Theologia Magister in suo aureo tract. de Incarnatione.

98 Quarta sententia absolute negat, in Deo dari ullam necessitatem moralem antecedentem ad optimū respectu termini creati in sensu quaestionis: ita communiter nostri Doctores, sicut cum PP. Suarez, Vázquez, Valentia, Arriaga, Amico, Cardinali de Lugo; quos, & alios plures longā serie recenset, sequiturque noster, ac nostras Sap. P. Leonardus de Peña in loco supra citato; eandemque opinionem tuentur communissimē alij Doctores exteri, tum Thomistae quam Scotistae videndi apud citatos Auctores.

SVBSECTIO II.

ELIGITUR SENTENTIA, & probamentis fulcitur.

99 **P**Lacet hęc ultima sententia negativa, & conclusio tenens, in Deo nullam dari necessitatem moralem absolutam antecedentem ad optimū, ac proinde nec ad incarnationem. Probatū primō auctoritate simul ac ratione: nam in sacra pagina passim constat, Deum esse omnino liberum in operando ad extra; unde Apostolus ad Ephes. 3. ait: *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae*: & Sancti Patres hoc intelligunt de omnimoda libertate opposita omni necessitati adhuc morali sine vlla limitatione, ut videre est in clarissimo testimonio Sancti Anselmi, lib. 2. *Contra Deum homo*, cap. 17. ubi ait: *Dei autem voluntas nulli subditur necessitati*. Deinde iuxta ipsos Sanctos Patres, & Doctores Ecclesiae, debet teneri tanquam firma regula; & primum principium irrefragabile deductum ex sacra pagina, Sacrae scilicet Concilij, quod omnis perfectio admittenda; & collocanda in Deo, utpotē perfectio simpliciter simplex debet depurari ab omni imperfectione, ita ut nequeat excogitari alia vlla perfectior, seu superior eā perfectione divina infinita simpliciter: nunc sic; atqui si in Deo daretur aliqua necessitas moralis absoluta antecedens ad optimū, ac proinde ad incarna-

tionem, frangeretur illa firma regula, & falsificaretur illud primum principium irrefragabile; siquidem in Deo collocaretur aliqua perfectio aliter omnino se habens: ergo in Deo non datur vlla necessitas moralis absoluta antecedens ad optimū, ac proinde nec ad incarnationem. Minor sumptimpra ostenditur manifeste: nam libertas non omnimoda, sed admixta cum necessitate moralis, est aliqua perfectio aliter omnino se habens; siquidem ad huc in humanas excogitatur, & est absolute perfectior libertas omnimoda, & libera ab omni necessitate adhuc morali, ad amplectendum, & eligendum prohibitu id quod magis placet voluntati, ut de se clarescit, quando quidem patet, quod voluntas habet perfectius dominium in suam actum liberum, dum elicit illum omnino libere, & sine vlla necessitate absoluta ad huc moralem usum praeter alios: ergo.

100 Probatū secundo, & roboratur ratiocinatio: quia omnis perfectio simpliciter simplex, divina, & infinita simplicitate in sua linea debet excludere omnino omnem imperfectionem contrariam, & oppositam tali perfectioni in sua linea, v. g. infinita sapientia Dei excludit omnino omnem errorem; & infinita sanctitas Dei excludit omnino omne peccatum: ergo eodem iure infinita libertas Dei excludit omnino omnem necessitatem; ac proinde etiam necessitatem moralem absolutam antecedentem ad optimū; quae quidem opponitur omnimode libertati in sua linea, non minus quam opponitur peccabilitas adhuc moralis omnimodae impeccabilitati, ac infinitae sanctitati Dei, & sic de alijs in sua linea, ut rem perpēdenti patebit.

101 Probatū tertio. Necessitas moralis Dei ad eligendum optimū, v. g. Incarnationem, non esset vere necessitas moralis, sed potius esset necessitas metaphysica; siquidem in Deo non oriretur illa necessitas ad vnum optimū ex difficultate, ad oppositum; iuxta naturam necessitatis moralis supra explicatam; num. 92. cum nihil sit difficile respectu Dei, sicut tale est respectu creaturae, ut patet; sed potius oriretur ex indecentia incurrenda a Deo, si aliter operaretur, quatenus non electio optimi; v. g. incarnationis esset indecens respectu infinitae sapientiae, sanctitatis, & providentiae Dei, qui proinde designaret esse Deum, ut fateatur expresse

immō etiam defensant adversarij supra citati num. 93. Nunc sic; id, ex cuius defectu sequitur aliquid impossibile metaphysice; debet esse necessarium metaphysice; sic enim debet esse necessaria metaphysice existentia Dei, quia ex eius defectu sequeretur carentia Dei, quae est impossibilis metaphysice: atqui ex defectu operandi optimi sequeretur in Deo per vos aliquid impossibile metaphysice, scilicet Deum incurere indecentiam, ac proinde Deum designare esse Deum; ergo Deum operari optimū debet esse necessarium metaphysice; ac proinde necessitas Dei in operando optimū erit necessitas metaphysica; si semel in Deo admittatur necessitas ad operandum optimū modo explicato ab adversarijs.

102. Probatū quarto per instantiam: nam stante ea dem doctrina adversariorum; sequeretur, Deum habere potentiam absolutam ad se ipsum destruendum; anihilandum, quod absit: ostenditur tamen manifeste, nam per vos Deus habet potentiam absolutam physicam (scilicet tamen moralem) ad ponendum id quod est minus bonum, si ve id quod non est optimū: atqui per vos si Deus poneret id, quod est minus bonum, ve id quod non est optimū, sequeretur Deum habere potentiam absolutam ad se ipsum destruendum; ac anihilandum, quod absit.

103. Probatū quinto ad homines adversus adversarios relatos pro tertia sententia num. 97. nam ideo iuxta ipsos tenetur Deus necessitate morali ad optimū, v. g. in incarnationem aliquam vage, & in genere supram, quia Deus habet inclinationem maximam ad se communicandum ad extra; cum bonum de se sit diffusivum sui esse; ut testatur Dionysius de divinis nominibus cap. 4. atqui haec ratio non probat intentum ab adversarijs: ergo. Probatū minor: nam si haec ratio probaret intentum ab adversarijs; scilicet necessitatem moralem Dei ad aptimum alicuius incarnationis vage, & in genere assumpte, probaret utique posse ipsam cognosci naturaliter evidenter ab intellectu creato; sicut ab ipso cognoscitur ea inclinatio Dei ad se communicandum ad extra; quod tamen supra negarunt adversarij; ergo illa ratio non probat intentum ab adversarijs; siquidem ea quae multum probat; nihil probat.

104. Immō inde fortassis potius placeret

alicui asserere, quod ex suppositione adversariae doctrinae, & necessitatis moralis Dei ad aliquam incarnationem vage, & in genere supram, potiori iure teneretur necessitate morali ad optimum huius incarnationis; quae de facto peracta est in Virgine Matre MARIA: pro quo placito comparativo adduci posset Sanctus Thomas, tum opusculo de charitate; ubi ait; *Hanc fecit Dominus infinitam imaginem bonitatis suae*; ex qua sane oritur illa maxima inclinatio se communicandi ad extra: tum 1. part. quaest. 25. art. 6. ad 4. ubi sic eloquitur ad rem: *Beata Virgo ex hoc quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus; & ex hoc non potest aliquid fieri melius ipsa sicut non potest aliquid esse melius Deo*: attende licuitatem, & applica ad rem. Sed iam ad intentum revoca in memoriam illa dulcissima verba; *MARIA optimam partem elegit*, & consule Interpretes Sacros, dum ego ad dissolvendas objectiones devenio.

SVBSECTIO III.

OBIECTIONES DISSOLVUNTUR

105. **O**bjic. 1. testimonium Concilij Francfordiensis in Epistola ad Episcopos Hispania; ubi prope fine haec habentur: *Credamus Deum omnia velle, quae meliora sunt*: ergo Deus tenetur velle ea, quae optima sunt.

Respondēo; distinguo antecedens; *quae meliora sunt*, respectu ad minora bona in sensu huius quaestionis; nego: respectu ad non bona, si ve ad ineptā, ac improporcionata, in sensu in quo non procedit haec quaestio; concedo: deinde nego consequentiam; nam ibi Concilium minime loquitur in sensu huius quaestionis, siquidem ibi loquitur confertens filiationem naturalem Dei cum filiatione adoptiva Dei in ordine ad finem redemptionis, & satisfactionis debite pro peccato lethali; à Deo efficaciter praesententum; proindeque docet ibi, priorem filiationem Dei utpotē naturalem esse meliorem respectu ad posteriorem filiationem adoptivam Dei, quae ineptā ac improporcionata est ad illum finem efficaciter praesententum à

Deo, si illa reluceat in pura creatura conflictata infra supremum ordinem unionis hypostaticæ. vnde ad hoc alterum firmatum in hoc sensu ait, *Deum omnia velle, quæ meliora sunt*, id est, omnia quæ apta sunt ad consequendum finem præintentionem efficaciter à Deo. Ni velis accipere ly *meliora* subiective, quatenus Deusea vult; secus tamen obiective in se ipsi, vt supra prænotatum est, num. 94.

106. Objc. 2. testimonia aliqua Sanctorum Patrum eruditè congesta à P. Ruizio; inter quæ sane solemne est illud Sancti Augustini, lib. de qu. lit. anim. vbi sic eloquitur: *Deus ita fecit optimum, vt melius efficere non poterit.* Cui consonat illud Sancti Clementis Alexandrini sic: *si Deus non bene faceret, desineret esse Deus*; ergo.

Respondeo, in primis huiusmodi testimonia, nec adfavere P. Ruizio, nec alijs adversarijs; siquidem prout sonant, potius videntur adfavere necessitati metaphysicæ Dei ad optimum, quam utpote chymicæ ipsi adversarij denegare tenentur, vt supra ostensum est. Deinde ea testimonia debent accipi in sensu nuper explicato, in quo accipiuntur à S. Thoma 1. p. q. 25 art. 6. ad 1. scilicet de sola necessitate ad media apta ex suppositione finis præintentionem efficaciter à Deo, sive ad melius ac optimum ex parte modi, quo Deus operatur ad extra, videlicet subiective, per suam infinitatem, sapientiam ac omnipotentiam divinam, quæ nulla alia melior excogitari potest. Denique ipsa testimonia debent intelligi cum grano salis vt pote vibrata adversus Manichæos, & Marcionistas, qui confingebant, Deum esse omnipotentem cum limitatione, ita vt aliquæ creaturæ nullatenus ab ipso producerentur ad extra, quatenus physice malæ sunt: proindeque Sancti Patres, vt magis ac magis ab hæretico errore discederent, loquuntur quasi per exaggerationem, vt in extremum oppositum inclinare videantur: quod quidem alibi sæpe adnotatur à Theologis.

107. Objc. 3. Iuxta S. Dionisium de divin. nom. cap. 4. *bonum est communicativum, seu diffusivum sui esse*: ergo summum bonum infinitum simpliciter est infinite communicativum, seu diffusivum sui esse: ac proinde Deus habens infinitam communicabilitatem ad extra, habebit vtrique infinitam inclinationem, sive necessitatem ad se communicandum ad extra; siquidem quo ma-

ior est inclinatio ad vnum extremum, eo minor est libertas, seu indifferentia ad oppositum extremum, vt de se clarescit.

Respondeo cum Acutissimo P. Vasquez hic, sensum ac mentem S. Dionisij consistere in eo quod communicatio sit signum bonitatis in re, quæ communicatur alteri rei; secus tamen quod communicatio sit necessaria, sive ex necessitate in omni bono aut in omni re entitative bonæ; alioqui Angelus Beatus non esset bonus, eo quod non communicetur per productionem alterius Angeli; sicut vnus homo communicatur per productionem alterius hominis; & sic de alijs similibus passim occurrentibus. Vnde plures Recentiores cum Cardinali de Lugo, P. Arriaga, & P. Comptono, tenent, inclinationem Dei ad se communicandum ad extra creaturis esse infinitam entitative, subiective, & materialiter, quatenus identificatur realiter cū Deo infinito simpliciter; quin tamen sit illa inclinatio infinita formaliter in ratione inclinationis; alioqui argueret necessitatem metaphysicam in Deo, vt proxime demonstratum est.

108. Rursum, illa inclinatio Dei non est stricta per modum exigentiæ; siquidem Deus eodem modo se haberet intrinsece in seipso, etiam si non communicaretur ad extra creaturis: sed est inclinatio lata, id est, capacitas infinita ad se communicandum ad extra creaturis, ex liberalitate, & non ex indigentia: proindeque huiusmodi inclinatio, & communicabilitas Dei non minuit eius libertatem ad extra, vt pote quæ est omnimoda, & infinite perfecta formaliter in ratione libertatis, perfectio que simpliciter simplex collocata in Deo sine vlla imperfectione necessitatis, vt supra probatum est. Vnde in forma distinguendum est antecedens terminis proxime traditis, & satis explicatis: & pro pleniori solutione instauranda sunt inconvenientia supra ponderata, quæ ex hac ratiocinatione adversariorum inferuntur.

109. Objc. 4. Incarnatio Divina habet infinitam amabilitatem in se intrinsece obiective: ergo Deus tenetur illam amare necessario antecedenter efficaciter.

Respondeo, hoc argumentum intendere necessitatem metaphysicam in Deo respectu Incarnationis Divinæ; ac proinde, cum multum probet, nihil probat. Directe igitur distinguo antecedens; habet infinitam amabilitatem pure Divinam, & non ad mixtum

tam imperfectionem entis creati; nego antecedens: administrans imperfectionem entis creati; concedo antecedens: vnde nego consequentiam, quia cum incarnatio dicat, & importet essentialiter imperfectionem entis creati, nempe carnis assumptæ à Verbo Divino, non necessitat voluntatem Dei, sed illam relinquit omnino liberam ad eius amorem efficacem antecedentem; vt in alijs exemplis perspicuum est; immo nec est æque perfectus actus voluntatis creatæ Christi Domini ex hoc capite, ac est perfectus actus voluntatis Divinæ; ac in creatæ, licet vtrique actus dicatur infinite amabilis, & infinitus simpliciter, vt alibi à me adnotatum est.

110. Objc. 5. Deus amat se ipsum amore infinito: atqui stante amore adhuc finito in humanis experimur, personam amantem se ipsam, vel aliam, amare vtrique ea quæ sunt bona ipsi, licet sint bona extrinseca; ergo potiori iure Deus amabit sibi maiora bona, licet extrinseca, inter quæ annumeratur incarnatio; seu assumptio carnis.

Respondeo, ex simili modo arguendi posse etiam deduci necessitatem metaphysicam in amore infinito Dei respectu Incarnationis: proindeque concessa maiori; & omnia minori sub doctrina iam exponenda; nego consequentiam, scilicet de amore necessario, & antecedente Dei: ratio enim disparitatis est manifesta; tum ex eo quod in humanis non repugnet imperfectio necessitatis, & carentia omnimodæ libertatis respectu boni extrinseci, finiti ex se, sive creati, secus tamen in Divinis, vt satis supra probatum est; tum etiam quia in humanis adhuc bona extrinseca afferunt melioritatem, & commoditatem personæ amatae ex indigentia ipsius; secus tamen se habent respectu Dei, vt alibi cum Davide canebam, ita vt omnia sint quasi nihilum ante Deum, respectu cuius est maius bonum libertatis omnimoda ac perfectissima ad extra sine vlla imperfectione.

111. Objc. 6. Ideo tenetur Beatus necessitate morali ad exequenda maiora optima ac obsequia Dei, quia ipsum Deum amat ardentissime per amorem beatificum: atqui potiori iure Deus se ipsum amat ardentissime per amorem beatificum supremum, ac infinitum simpliciter: ergo.

Respondeo, hoc etiam argumentum probare necessitatem metaphysicam, quæ

tamen releganda est à Deo: vnde nego causalem maiorem (cuius suppositum negat P. Arriaga hic) nec enim est ideo præcise, sed quia illa est natura amoris beatifici creati, cui non repugnat ea necessitas: aut repugnat Deo, cui indecens est imperfectio libertatis diminutæ in productione creaturæ ad extra; vt satis superque ostensum est.

112. Objc. 7. per instantiam. Creatura non exequens in obsequium Dei ea maiora opera bona, quæ potest exequi, censetur minus amans Deum: ergo etiam ipse censetur minus amans se ipsum; si non exequatur ea, quæ sunt maiora bona ad extra.

Respondeo, hinc etiam probari necessitatem metaphysicam Dei adhuc in eis creaturis, quibus convenit processus in infinitum; quod negant advertarij. Vnde concessio antecedenti in eo sensu; in quo exponitur à viris prudentiâ pollentibus: nego consequentiam, quæ nulla est; tum quia omnia illa bona extrinseca creata sunt quasi nihilum ante Deum; vt sacra pagina testatur sæpe; tum etiam quia inde sequeretur potius intrinsecum nocumentum Deo ex necessitate læsione libertatis divinæ perfectissimæ infinitæ simpliciter; ita proinde Deus operetur omnia secundum consilium voluntatis suæ, cui debet subijci creatura. Immo non semper magis præcès Deo in creatura id, quod magis perfectum apparet obiective in se ipso, vt patet ex illo Osee, cap. 6. v. 6. *miseriam volui, & non sacrificium*: licet sine imperfectione vlla sæpe verificetur de creaturâ illud solemne: *probatio amoris exhibitio est operis*; si erga Deum amor probetur, & de operatione etiam interna loquatur.

113. Objc. 10. Actus ille melior, ac perfectior est, qui respicit melius; ac perfectius obiectum, si cætera sint paria: ergo actus divinitus volens obiectum optimum, v. g. incarnationem; erit melior, ac perfectior; præsertim cum actus divinæ voluntatis debeat esse optimus, sicut Deus optimus est.

Respondeo, hoc etiam argumentum militare pro necessitate metaphysicâ Dei ad optimum negata ab adversarijs. In forma igitur distinguo antecedens; si actus sit ita infinite perfectus simpliciter, vt in illo detur compensatio cuiuslibet perfectionis; nego antecedens; si aliter se habeat, tractat antecedens; deinde nego consequentiam, ad cuius implicitam probationem dico, actum divinæ voluntatis semper esse optimum; cum

fit infinite perfectus simplicitèr, atque idè-
tificatus realitèr cum natura divina, quæ est
radix totius perfectionis: quidquid phylo-
sophetur, ac theologicetur de actu puræ
creaturæ finito simplicitèr.

114 Objic. 11. per instantiam. Ex da-
ta doctrina sequeretur, Deum non esse lau-
dabilem moralitèr ex eo, quod eligat vnum
actum præ alio respectu creaturarum; si qui-
dem omnes actus divinæ voluntatis, utpote
infiniti simplicitèr, sunt æquales: atqui hoc
repugnat: ergo.

Respondeo, nego sequelam maio-
ris; quia licet omnes actus divinæ volunta-
tis sint æquales æqualitate absoluta intrin-
seca in se ipsis, nihilominus non sunt æqua-
les æqualitate respectivâ ad creaturas; si qui-
dem quoad nos, sive quoad nostram utilita-
tem, commoditatemque creaturarum, exi-
stimatur inæqualis actus, meliorque volun-
tas, qua Deus vult efficacitèr id, quod com-
modius, ac melius est nobis, v. g. actus incar-
nandi, præ alio actu non incarnandi, & sic
de alijs similibus; hoc autem sufficiens est
ad verificandum simplicitèr, quod Deus est
laudabilis moralitèr à creaturis; præsertim si
admittatur probabilis sententia eorum, qui
cum P. Comptono tenent, minimè repug-
nare dari in Deo omissionem liberam huius
& illius actus positivi divinæ voluntatis res-
pectu termini creati ad extra producibi-
lis.

115 Objic. 12. Deus est infinite libe-
ralis erga creaturas: ergo Deus tenetur ad
elargiendâ bona optima ipsis creaturis.

Respondeo, insinuata sæpe retortio
ne pro necessitate metaphysica Dei; & con-
cesso antecedente in recto sensu proportio-
nato creaturis; nego consequentiam, quæ
irrectè infertur ex antecedente, siquidem ne-
cessitas elargiendâ bona potius oppo-
nitur liberalitati, quandoquidem libe-
ralitas dicitur talis à libertate in elargiendâ
bona, ut de se patet; unde eo minor erit li-
beralitas, quo minor fuerit libertas, ut ipsis
terminis clarescit.

116 Objic. 13. Intellectus divinus dic-
tat, melius esse, Deum non prætermittere id,
quod conducit ad maiorem gloriam adhuc
extrinsecam ipsius Dei: ergo voluntas divi-
na tenetur amplecti ipsum terminum, ut
evadat conformis cum intellectu divino,

Respondeo, in primis esse evidentè
in hoc argumento retortionem sæpe iteratâ
ut consideranti patebit: deindè nego, abso-

lutè antecedens, quia intellectus divinus dic-
tat, Deum non indigere aliquo bono creato
sed sibi sufficere sine vlla indigentia alterius
ac proindè posse omninò libere velle, aut no-
le producere ad extra res creatas ab ipso
Deo; ita ut quælibet gloria extrinseca com-
pensetur ex adimplerione beneplaciti liberi
divini, cui subijciuntur, & à quo dependet
omnes res creatæ in esse, fieri, conservari, &
operari: tam à causa prima universalissi-
ma, ut omnibus pervium est.

117 Objic. 14. Deus est Artifex opti-
mus, ac maximus, adhuc in actu secundo
operandi: ergo tenetur facere optima, ac
maxima creata.

Respondeo, facta retortione idem-
tatem insinuata; distinguo antecedens; ita
ut illa denominatio artificis optimi, ac ma-
ximi desumatur ab optimo, ac maximo mo-
do operandi ex parte Dei; concedo antee-
dens: ita ut desumatur ab optimo, ac maxi-
mo termino ex parte creaturarum produc-
tarum à Deo; nego antecedens & consequen-
tiam. Solutio constat ex supradictis, ubi
adnotavi, Deum operari ad extra id, quod
est melius, ac optimum ex parte modi ope-
randi, quatenus omne id quod Deus opera-
tur ad extra, operatur sine sua infinita sa-
pientia, quæ est ars omnium perfectissima;
iuxta illud Sapient. cap. 7. vers. 21. *Omnium
artifex docuit me sapientia*, qua omnipotentia
divina dirigitur.

118 Objic. 15. Ex eo, quod bonitas
infinita Dei sit motivum communicandi se
ad extra, v. g. per incarnationem, sequitur,
quod eadem bonitas infinita Dei nequeat es-
se motivum ad extremum oppositum non
communicandi se ad extra, v. g. per caren-
tiam incarnationis; siquidem idemmet mo-
tivum nequit movere ad extrema opposita
inter se: atqui non restat aliud motivum po-
tens movere Deum ad non communicandû
se ad extra per carentiam incarnationis: er-
go.

Respondeo, hoc argumentum ever-
tere totam libertatem Dei ad extra; proindè
que nego maiorem, nam bonitas infinita
Dei est sufficientissimum motivum ad ea ex-
trema; quæ nullo modo necessitant omni-
modam perfectissimam libertatem Dei, cu-
ius exercitium esset etiam sufficiens motivum,
sicut & beneplacitum divinum adimpleri,
utpote quod est regula prima, ac primaria
honestatis: quidquid sit de alijs motivis fi-
nitis insufficientibus ad vtrumque extre-
mum

num oppositum in rebus pure creatis.

119 Objic. 16. Deus tenetur neces-
sitate morali ad producendas aliquas res crea-
tas: produxit ergo in Deo datur necessi-
tas ex suppositione, quod alias res creatas
moralis, quæ proinde non repugnabit
respectu termini optimi creati ad extra. Pro-
batur antecedens primo ex necessitate Dei
ut auctoris naturæ ad adnuendum rerum
exigentis. Secundo, ad producendû proprie-
tates connaturales debitas suis essentis. Ter-
tio, ad concurrendum, cum causis secundis
applicatis passo bene disposito; alioqui pos-
set prudenter timeri, quod ignis applicatus
stupæ, ipsam non comburat. Quarto, ad
ponendam revelationem suppositis motivis
credibilitatis, siquidem his positis, datur
evidentia moralis de existentia revelationis
divinæ. Quinto, ad puniendum peccatorem,
& ad præmiandum iustum, ita ut indè ar-
guatur certitudo moralis de existentia alte-
rius vitæ æternæ. Sexto, ad concedendum
aliquid debitum titulo connaturalitatis, vel
etiam titulo condicentiæ, v. g. quod Chri-
stus Dominus gaudeat donis supernaturali-
bus gratiæ, & gloriæ, aut quod Deipara Do-
mina sit immunis à peccato originali. Sep-
timo, ad non producendum in mundo mus-
cas tantum, nec mures, sine alijs creaturis
rationalibus; & sic de alijs similibus.

Respondeo, nego antee-
dens absolutè, nam Deus non tenetur
necessitate morali absolutâ antecedente
ante omne decretum liberum divinum, ad
producendum ad extra recensitas res crea-
tas à primâ ad ultimam per septem proba-
tiones antecedentis. Sed claritatis gratia
informa potest distingui ipsum antecedens;
(idem dico de septem eius probationibus)
sic: Deus tenetur necessitate morali abso-
lutâ antecedente, ante omnè decretum libe-
rum divinum, de quâ procedit præfens
quæstio; nego antecedens: Deus tenetur
necessitate consequente fundatâ in decreto
libero Dei, quæ est metaphysica necessitas,
de qua non procedit præfens quæstio; con-
cedo antecedens: de indè nego consequen-
tiam, quia illa non est necessitas moralis, sed
metaphysica; nec absoluta, sed ex supposi-
tione; nec antecedens, sed consequens post
decretum liberum divinum circa producti-
onem vnius rei, vi cuius ligatur necessi-
tate metaphysicâ Deus ut auctor naturæ ad pro-
ductionem primi decreti liberi; licet abso-
lute maneat liber ut auctor supernaturalis ad
non productionem alterius rei, ut patet in

miraculosâ carentia combustionis trium
puerorum, quibus Babilonicus ignis appli-
catus fuit; & sic de alijs passim occurrenti-
bus. Talia autem decreta libera debent
collocari in Deo ut auctore naturæ; tum quia
aliter laderetur, ac destrueretur eius perfec-
tissima libertas ad extra in rerum creatas-
rum productione, ut satis probatum est; tum
etiam quia aliter non intelligeretur; nec
salvaretur rectitudo gubernationis; & libe-
ræ administrationis rerum creatarum ad ex-
tra in Divina providentia prudentissima.

120. Dices. Deus ut iustus gubernator
hominum tenetur necessariò præscribere
ipsis hominibus aliquam regulam certam
ad consequendum vltimum finem, ex sup-
positione quod conditi fuerint ad talem fi-
nem consequendum: ergo.

Respondeo, distinguo antecedens:
tenetur necessariò; necessitate morali abso-
lutâ antecedente; nego: necessitate meta-
physica consequente; concedo antecedens.
Solutio constat ex proxime dictis, propor-
tione servatâ, ita ut hoc sit firmum iudi-
cium Theologorum cum suo Principe D.
Thoma 1. p. quæst. 22. de Provid. art. 1. &
quæst. 103. de gubern. creat. indubiumque
assertum Sanctorum Patrum apud P. Ru-
zium; disp. 1. de provid. per totam; pro qui-
bus omnibus sufficiat in medium profertur
S. Ambrosium cap. 13. de officijs, ubi ait
*non curare, quod fecerat, summa esset inclemen-
tia; & Ioannem Damascenum lib. 2. de fide,*
cap. 29. ubi sic eloquitur: *Deus ut bonus pro-
videt; non providens esset non bonus:* atqui
Deus tenetur necessitate metaphysica ad
hoc ut sit clemens, & rectè providens res-
pectu creaturarum ex suppositione; quod
illas condiderit: ergo hæc necessitas meta-
physica consequens, & non alia necessitas
moralis antecedens, collocanda est in Deo.

121. Dices iterum. Ex sacra scripturâ
constat, dari aliquas creaturas impossibiles
moraliter apud Deum, ex suppositione
aliarum creaturarum; iuxta quam doctri-
nam accipitur illud Isaïæ cap. 49. *numquid
obliviisci potest mulier infantem suum? Et si oblita
fuerit, ego tamen non obliviscar tui:* ergo in Deo erit
necessitas moralis ad extremum oppositum

Respondeo, eam Doctrinam sacrae
paginae aliquando accipi per hyperbolem,
scilicet quoad nostrum modum loquendi,
& intelligendi: aliquando vero accipi de
necessitate metaphysica consequente fun-
datâ in decreto libero Dei; ut accipitur in
textu



textu allegato: nunquam tamen accipi de impossibilitate morali inducente necessitatem moralem absolutam antecedentem ad extremum oppositum, iuxta hæcenus dicta; unde patet falsitas consequentiæ.

123. Dicesdenique. Ex eo quod Deus teneatur necessitate metaphysica ad producendam vocationem, & durationem creaturæ, quam semel produxit, non minuitur perfectio libertatis divinæ ad extra: ergo pariter non minuitur ex eo quod Deus teneatur necessitate morali ad producendam unam creaturam ex suppositione quod semel aliam creaturam produxerit.

Respondet, transeat antecedens, quidquid sit de eius supposito, de quo in præsentiarum non curo: unde nego consequentiam, & paritatem, quæ nulla est ad necessitatem moralem absolutam antecedentem, de qua sola procedit præfens quæstio: ex eo enim quod Deus nequeat efficere villo pacto id, quod supponitur ab adversariis esse metaphysice impossibile, non sequitur vllum inconueniens; est ex eo quod Deus teneatur necessitate morali absolutam antecedente ad productionem creaturæ, sequitur inconueniens insinuatum, videlicet minui perfectionem libertatis divinæ, vt satis supra ostensum est.

123. Ex dictis constat, in Deo non dari vllam necessitatem moralem absolutam antecedentem, v. g. ad incarnandum, quæ talis sit ex suppositione mundi conditi, aut etiam ex suppositione peccati naturæ humanæ lapsæ: vteriusque ostenditur ex eo quod incarnatio, & redemptio, sint dona supernaturalia intrinsece; omninoque indebita naturæ; ita vt Deus potuerit relinquere absolute naturam humanam in massa perditionis; sicut reliquit naturam Angelicam sine reparatione; aut aliter disponere reparationem sine Incarnatione, & rigorosa redemptione; iuxta varios probabiles opinandi modos Theologorum; unde oppositam assertionem stultam reputat S. Augustinus lib. de Agone Christi, vbi ait: *stulti sunt, qui dicunt, non posse aliter sapientiam Dei liberare hominem; nisi suscipiendo hominem: quid clarius?*

Hæc dicta sufficiant de termino Maternitatis Dei, scilicet Verbo Divino incarnato, quæ alibi à Theologis ex professione disputantur; nec enim opusest alia plura pertractare de Incarnatione, quæ iam necessaria non sunt ad perfectam notitiam Ma-

ternitatis Divinæ, de qua agimus in præfenti tractatu, sed tamen adhuc lubet leui calamo nonnulla alia tangere quasi acu quæ nostro instituto consona videntur.

SECTIO IX.

SPECIALI MODO ALIQUA dubia pro complemento huius tractatus resoluntur.

124. Rogabis 1. An actio generativa Christi Domini à Virgine Matrè sit talis, vt per ipsam actionem Christus in quantum homo sit filius naturali respectu Patris Eterni proprii phylosophicæ generatione viuētium? Hoc dubium subhisterminis non investigatur communiter à Theologis; hæcenus enim in genere inquirunt an Christus in quantum homo sit filius naturalis Dei? Circa quod communior sententia est affirmativa; quam in præsentiarum ex parte supponimus, & quæ censetur de finita in Concilio Francofordiensi tomo tertio, Conciliorum, ad annum. 794. contra Scotum, Durandum, & alios Theologos, quibus suffragari aliquo modo videtur P. Bernal, quatenus tradit filiationem quandam mediam inter naturalem, & ad optivam, quam appellat filiationem propriam; existimatque deduci ex illo Apostoli ad Romanos 8. *proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum;* quæ tamen intelligentia ipsa sua singularitatem inepta communiter reputatur.

125. Sed circa propositum speciale dubium in specie tenet probabiliter affirmativum placitum maiori ex parte Sap. P. Petrus Hurtado disp. 83. de Incarn. sec. 5. licet etiam ex parte dissentiens discedat; maxime in eo quod talem filiationem naturalem Christi vt hominis statuat esse respectu totius Sanctissimæ Trinitatis, & non respectu solius Patris Eterni. Nihil omnino placebit fortassis alicui absolute affirmative tale dubium resolvere, ac defendere, actionem generativam Christi Domini à Virgine Matrè esse talem, vt per ipsam

actio-

actionem Christus in quantum homo sit filius naturalis respectu Dei Patris propria phylosophicæ generatione viuētium; quæ quidem ab Aristotele definita est sic: *origo viuētis à viuente principio coniuncto in similitudinem naturæ;* vt ex ipso Phylosophorum Principe omnes alij tradiderunt. Hæc resolutio potest probari auctoritate, & ratione, vt cuique probabilis appareat.

126. Probatum primò auctoritate desumpta ex cap. 1. S. Lucæ, vbi Deipara Domina circa hoc mysterium in particulari interrogatur: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei; Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideo que, & quod nasceris ex te sanctum, vocabitur Filius Dei;* scilicet Filius naturalis Dei Patris, sive Patris Eterni singulariter, vt pote qui defectum viri, seu sponsi, modo purissimo supplerit tanquam causa particularis vt Pater concursu speciali, præter concursum generalem communem toti Sanctissimæ Trinitati: totum enim hoc innuit ly *Virtus Altissimi obumbrabit tibi,* sive vt alij caute, & castè accipiendi vertunt, *inprægnabit;* quæ quidem virtus non tribuitur ibi Spiritui Sancto, vt causæ particulari, sed soli Patri Eterni; qui singulariter exprimitur in Sacra Pagina, & communiter intelligitur sub nomine *Altissimi,* vt in sacrarum litterarum Interpretibus solemne est. Ex hoc autem tanquam firmo antecedente intulit Gabriel Angelus consequentiam implicitam in ea causali, *ideoque quod nasceris ex te sanctum; vocabitur Filius Dei;* quasi diceret, vocabitur Filius naturalis Dei Patris; vt insinuant plures Sancti Patres, ex quorum doctrina infert Sap. P. Maldonatus in hunc locum, Christum vt hominem dici ab Angelo Filium Dei, *singulari quadam, ac propria ratione, quod non alium quàm Deum haberet Patrem, scilicet naturalem, non ab alio quam à Deo generatus; scilicet vt Patre naturalis* quatenus ipsa actio particularis temporalis generativa Christi vt hominis fuit simul maternalis à Virgine Matrè, & paternalis à Deo Patre.

127. Roboratur; nam totum hoc nequit aliter intelligi de filiatione naturali Christi Domini, vt hominis respectu totius Sanctissimæ Trinitatis, stando auctoritati Sanctorum Patrum Augustini, Thomæ, Bonaventuræ, & omnium fere Theologorum cum Magistro Sententiarum in 3. dist. 4. sed respectu solius Patris Eterni, vt etiam docet

fatis aperte Concilium Toletanum 12. in professione fidei, vbi concludit his verbis ad rem natis: *Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est respectu Filij, pro eo quod Matris, eodem Spiritu superueniente; concepit, ne duos Patres Filij videamur asserere; quod vique nefas est dicere.* Cononaturque Concilium Francofordiense proximè allegatum, vt potè quod semper appellat Christum vt hominem Filium naturalem Dei respectu ad Patrem Eternum; & non respectu ad totam Sanctissimam Trinitatem; vt patet in eius Epistola ad Hispanos, col. 3. & 6. vbi ait; *Christum ex vtraque natura, & unigenitum esse, & pro genitum, seu primogenitum;* atqui Christus in natura divina est filius naturalis unigenitus, & primogenitus respectu ad solū Patrem Eternum, & non respectu ad totam Sanctissimam Trinitatem; ergo etiam talis erit in natura humana; si quidem de vtraque natura Concilium loquitur ibi eodem modo.

128. Probatum secundò ratione; nam eadem actio supernaturalis generativa Christi, vt hominis in tempore, ita est maternalis à Virgine Matrè, vt simul sit paternalis à Deo Patre, quatenus actiue provenit à Patre Eterni tanquam à causa particulari effectiua suppletè defectum causæ secundæ paternæ, seu viri; ac sponsi, speciali modo purissimo; proindeque ipsa actio est origo hominis Dei filij viuētis à Deo Patre viuente tanquam principio coniuncto in similitudinem naturæ; ergo. Antecedens constat, & consequentia liquet ex eo, quod Pater Eternus se habeat tanquam principium conuincunt physicè, & realitèr speciali modo vt Pater respectu Filij incarnati, quatenus, vt talis Pater est, includit naturam divinam conuincunt, & conuincunt per identitatem cum Christo vt Deo, & simul per vnionem hypostaticam cum Christo vt homine: deinde Christus vt homo procedit in similitudinem naturæ sufficientem ad salvandam veritatem definitionis generationis traditæ ab Aristotele; si quidem ad eam verificandam non est necessaria simpliciter similitudo naturæ totalis, & quoad gradum specificum logicum, sive quoad viciniam differentiam metaphysicam naturæ viuētis generantis, & viuētis geniti generatione propria, & phylosophicæ viuētium; sed sufficit ab hoc similitudo naturæ aliqualis; & quoad gradum genericum proximum, secus tamen remotum, sive quoad gradum phylosophi-

ce specificum proximum, ratione cuius ita conveniunt vivens generans, & vivens generitum, ut hoc differat ab omni alio non participante talem gradum genericum proximum naturæ viventis; ut patet exemplo leopardi geniti à leone, & panthera, quorum est filius propria philosophica generatione viventium licet non habeat similitudinem naturæ quoad gradum specificum logicum illorum, v. g. vitæ leoninæ paternæ, sed tantum quoad gradum genericum proximum vitæ brutalis, modo explicato.

Nunc sic; atqui Christus ut homo habet similitudinem naturæ quoad gradum genericum proximum vitæ intellectualis respectu Patris Æterni, ac proinde procedit ab ipso in similitudinem naturæ intellectivæ, quæ quidem est maior, & proximior similitudo, quam potest habere cum natura divina intellectiva Dei Patris ex vi illius actionis generativæ Christi in quantum est homo & quæ est absolute existimata ut sufficiens ad hoc, ut in sacra pagina dicitur, sine ulla limitatione, homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei, Genesis cap. 1. ergo.

129 Confirmatur; minime enim repugnat, quod ea actio generativa Christi ut hominis sit cōcurfus effectus specialis respectu Patris Æterni præter concursum generalem communem toti Sanctissimæ Trinitati; tum quia pariter discuntur alibi Theologi, sive in genere ostendentes, minime repugnare talem concursum particularem unius personæ divinæ respectu effectus producti ad extra, & speciali modo illi correspondentis, ut videre est apud P. Vadingum, disp. 4. de Incarn. dub. 3. §. 3. sive in specie probantes, idem posse contingere respectu visionis beatificæ intuitivæ unius personæ divinæ in particulari, ut tradit P. Izquierdus disp. 19. de visione Dei: cum etiam, quia omnes Theologi apud P. Ortegam disp. 13. de Trinit. quæst. 1. conveniunt in eo, quod missio divina necessario exigit productionem æternam ad intra, & simul manifestationem aliquam temporalem ad extra in particulari, ac proinde necessario exigit, ac dicit respectum physicum realem personæ mittentis ut principij, & personæ missæ ut termini: atqui totum hoc nequit salvati in mysterio Incarnationis, nisi detur talis concursus specialis particularis Patris Æterni, qui est principium producens ad extra, & manifestans ad extra in particulari; ita ut proinde in sa-

cra pagina falsim de se ipso restetur Christus Dominus, missus esse à Patre Æterno singulariter, & in particulari: ergo.

130. Hæc aliquando publico planctu defensata, splendorem ac, lucem acceperunt à quodam sapientissimo Theologiæ Sole, Primarioque huius Peruntinæ Provinciæ Præceptore, cui vnus non sufficit orbis, licet vnus ipse sibi sufficiat: præcipuam tamen probationem desumpsit ex eo, quod per vnionem hypostaticam ita communicatur natura divina, ut hæc communicatio evadat in similitudinem naturæ divinæ, quæ simul relucet in Patre Æterno ac in Filio Divino. Sed tanti Magistri venia, hæc probatio non placet; primo, quia recte negabitur suppositum, scilicet quod ibidem tur similitudo donaturæ divinæ, siquidem similitudo supponit distinctionem; distinctio autem non datur in natura divina, quæ quidem est eadem numero in Patre Æterno, & in Filio divino, ut docet fides: ergo falsum erit asserere in casu quæstionis dari *originem in similitudinem naturæ*, loquendo de natura divina, & in eo rigore quo loquitur definitio generationis viventium tradita ab Aristotele. Vnde fortassis dicit, ibi summi similitudinem late, sicut sumitur late idemtas in alia definitione Aristotelica, in qua ad conceptum univocum requirit, quod *ratio significata per nomen sit omnino eadem*, ubi patet hanc omnimodam idemtitatem sumi pro similitudine reperta in hoc, ac in illo homine, & sic de alijs similibus.

131 Adhuc tamen displicet secundò, quia prædicta similitudo in natura divina essentialiter *ingenua, & ingenerabilis*, videtur se habere de materiali ad hoc, ut *generatio temporalis humanæ naturæ genita, & generabilis*, sit talis ut verificetur evadere in similitudinem naturæ; ac proinde ex vi illius non verificabitur quod Christus in quantum homo, sive secundum naturam humanam *genitam*, evadat similis formaliter, id est in similitudinem formalem naturæ, sed tantum in similitudinem materialem naturæ, respectu Dei Patris.

132 Urgetur ad hominem: idè per te Christus in quantum homo est Filius naturalis Dei Patris, quia evadit in similitudinem naturæ divinæ, quæ illi communicatur per vnionem hypostaticam: atqui hæc ratio est nulla intuitu principij: ergo. Probatum minor; nam casu quo Verbum Divinum assumeret naturam Angelicam, aut naturam

P. Nicolas
de Olean.

leoninam, Christus in quantum Angelus, & in quantum leo, non esset Filius naturalis Dei Patris, ut expressè faceret: atqui nihilominus in tali casu Christus ut Angelus, & ut leo, evaderet in similitudinem naturæ divinæ, quæ illi communicaretur per vnionem hypostaticam, ut in tali casu supponis: ergo. Hæc dicta sint exercitij gratia, & tanti Magistri bona venia.

133. Sed quia ex proxime dictis exemplis posset quis ansam arripere, ut adversus nostram conclusionem insurgeret; reddo disparitatem, & rationem ad hoc, ut in prædicto casu possibilib; Christus in quantum Angelus, & in quantum leo; non esset dicens Filius naturalis Dei Patris in eo rigore; & eo modo quo talis dicitur de facto Christus in quantum homo, ut probatum est. Nam licet natura Angelica sit intellectualis, ac proinde dicat similitudinem quoad gradum genericum proximum naturæ intellectualis, seu vitæ intellectualis; respectu Dei Patris; nihilominus tamen ipsa natura Angelica non est producta ad extra per generationem propriam viventium; sed tantum per creationem; generatio autem, & creatio sunt actiones essentialiter positive oppositæ; ut patet ex earum definitionibus essentialibus; ac proinde Angelicæ naturæ repugnat generatio viventium, quæ requiritur ad propriam rationem Filij naturalis; ergo talis non esset Christus ut Angelus, sive secundum naturam Angelicam in tali casu. Nec talis esset etiam Christus ut leo; nam licet natura leonina sit genita propria generatione viventium, nihilominus ipsa natura leonina est essentialiter irrationalis, ac proinde nequit habere similitudinem naturæ quoad gradum genericum proximum vitæ intellectualis respectu Dei Patris; quam tamen habet Christus ut homo; ut supra probatum est: ergo diversa est ratio pro utroque.

134 Hæc sufficiant pro stabilienda hac singulari gloria dignitatis Deiparæ Dominæ, iustque actionis maternalis generativæ Christi Dominus; ex dictis enim facilis occurreret solutio pro solvendis argumentis singulariter militantibus adversus singularem hunc modum discurrendi; alia autem communia argumenta evertentia filiationem naturalem divinam Christi ut hominis sunt contra suppositum à me, & facili negotio dissolvuntur à Theologis in tractat. de Incarnatione, ubi de hoc puncto agunt ex professo. Adhuc tamen restat adnotare, quod cum paritas nõ

teneat in omnibus, utique non tenet paritas à me supra petita ex generatione anomala leopardi (idem est de mulo) ad hoc, ut etiam generatio Christi ut hominis dicatur generatio anomala; quod absit, ut pote absonum communi modo loquendi, & rationis; ratio enim disparitatis est manifesta in hoc puncto anomalitatis; siquidem ea generatio leopardi dicitur anomala; quia ex vi illius ita permiscetur inter se natura leonis; & natura pantheræ; ut ex hac utraque specie diversa permixta resultet alia species media in qua tanquam in vno tertio identificantur physice realiter illæ duæ naturæ diversæ aut ex vi generationis temporalis Christi Domini non identificantur; sed manent distinctæ physice realiter inter se natura divina, & natura humana, ut fide sanctum est.

135. Rogabis secundò. An eximia excellentiæ Dei paræ Dominæ; seu Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei fuerit obiectum immediatum superbiæ, ac invidiæ & inobediendiæ Luciferi, aliorumque Angelorum reproborum? Hoc dubium, sub his terminis à nemine, quem viderim; hæc tenus controversum supponit in intellectu Angelico non fuisse errorem positivum, ut tenet communior Theologia: unde ad homines convincuntur, meo videri; omnes illi Theologi, qui communiter defensant, obiectum immediatum peccati Angelorum extitisse excellentiam summam Dei, cuius similitudinem, seu æqualitatem experierunt, aut Christi Dei hominis; cuius imperium contempserunt: quis enim cæcus non videat requiri errorem positivum in intellectu Angelico ad hoc, ut iudicarent, esse appetibilem efficaciter, aut assequibilem ab ipsis, rem impossibilem ab intinseco; qualem cognoscit homo rusticus; scilicet æqualitatem cum Deo; aut esse indignum naturæ Angelicæ imperium non puræ creaturæ, sed Dei hominis, cui iure deitatis debitum erat.

136 Hinc mihi probabilis videtur affirmativa resolutio superioris dubij, scilicet eximiam excellentiam Deiparæ Dominæ, seu Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei, fuisse obiectum immediatum peccati Luciferi, & aliorum Angelorum reproborum; sive illis fuerit proposita ut possibilis, sive ut conditionata, iuxta varios probabiles opinandi modos in excellentiâ Christi Domini proposita ipsis. Pro hac enim affirmativa resolutione stat auctoritas, & militat ratio:

ratio: auctoritas desumitur ex Apocalip. cap. 12. ubi pulchre describitur peccatum Luciferi, aliorumque Angelorum reproborum, quos traxit caudâ velut stellas cæli in abyssum inferni; ibi enim dicitur Draconem, id est, Luciferum sterisse ante mulierem, sive contra mulierem MARIAM Matrē Dei hominis, uti est communis intelligentia Sacrorum Antistitum, ita ut ipsam persequutus fuerit sine intermissione; quasi diceret, hanc puram creaturam ita excellentem, exaltatâ que supra ipsam naturam Angelicam, utpote Reginam Angelorum, extitisse immediatum obiectum peccati superbiæ, ac invidiæ, & inobedienciæ ipsorum.

137 Ratio concors est; nam cum supponatur intellectus Angelicus in capax erroris positivi, & hic sit necessarius pro alijs obiectis immediatis communiter assignatis respectu peccati Angelorum, ut proxime obiectum est, secus tamen pro obiecto à me assignato, hoc utique erit obiectum immediatum respectu talis peccati: siquidem, cum certum sit, totam illam excellentiam Sanctissimæ Virginis MARIÆ non ex trahere ipsam à lineâ puræ creaturæ humanæ, ac proinde ipsam relinquere intra lineam naturæ humanæ puræ, quæ secundum se censetur inferior respectu naturæ Angelicæ superioris; poterunt utique Angeli circa hoc obiectum immediatum, sine errore positivo intellectus, peccare per superbiam, ac invidiam, & inobedientiam, etiam si fortassis præceptum honorationis, seu adorationis præcessit. Et quidem facili negotio solventur obiectiones ex dictis: retorqueri quæ possunt contra alias communes sententias; pro quibus consulatur P. Rhodes tom. 1. disp. 2. de Angelis, quæ sit. 2. sect. 2. per totam.

138 Rogabis tertio. An prædictum peccatum Angelorum potuerit esse in primo instanti creationis ipsorum? Hoc dubium additur pro complemento præcedentis, est que valde controversum inter Thomistas negantes, eo quod prima operatio Angelorum, adhuc sit esset peccaminosa, sic tribuenda Deo creatori; & inter Jesuitas affirmantes, eo quod prima operatio Angelorum peccaminosa, utpote omnino libera, esset tribuenda ipsis Angelis reprobis, & non Deo Creatori optimo. Hæc est communissima sententia Jesuitarum, tam veterum, quam recentiorum, quos tamen omnes *Recentiores* appellat semper infenso, ac indefenso calamo M. Gonet; cum tamen potiori iure ip-

se Gonet, Godci, & Joannes à Sancto Thoma, Recentiores appellandi sint respective, & cum debito respectu ad nostros Eximium Doctorem Suarez, Acutissimum Doctorem Vasquez, aliosque plures, in quibus est Sapientissimus P. Gregorius de Valentia, qui inter dilstrandum de scientia media apud Clementem VII. à tanto Pontifice *Doctor Doctorum* appellatus est.

139 Sed ut clarior appareat falsitas sententiæ Thomisticæ, libenter pro nunc concedo, aut potius penitito exeret. itij gratia, primam operationem Angelorum factam in primo instanti creationis ipsorum debere attribui Deo creatori, licet sit libera, & non necessaria ipsis Angelis. Adhuc tamen hoc supposito, probare intendo, & quidem efficaciter, Angelos potuisse peccare in primo instanti suæ creationis; nam primum instans Angelicum, sive prima motula Angeli, includit, complectitur que plura instantia physica nostri temporis iuxta communem computationem, ita ut proinde plures Deit res teneant, durasse per unum quadrantem, alij per unam horam, ac denique plerique doceant, viam Angelorum longiorem fuisse via Adami, & aliorum hominum; quatenus scilicet respectu Angelorum plus est unum instans viæ, quam respectu hominum multa millia instantia temporis, eo quod homines tardi sint in operando, Angeli tamen sint ita veloces in operando, ut in unico instanti possit quilibet Angelus elicere innumeras operationes, sicut sol in unico instanti innumeras lucas diffundit, quarum una est natura posterior alijs; sic enim, & non aliter, explicatur etiam velocitas motus Angelici, quatenus ad instar solis in unico instanti innumeras leucas dimittitur, ad quas homo plures annos exigebat. Nunc sic: ergo stante hæc verâ doctrinâ, stat optimè, quod Angeli potuerint in illo primo instanti Angelico elicere primam operationem bonam, quæ Deo creatori tribueretur, & aliam operationem secundam, aut tertiam peccaminosam, quæ non tribueretur Deo creatori, sed ipsis Angelis peccantibus intra ipsam primam instans viæ Angelicæ: ergo adhuc supposito, quod prima operatio Angelorum tribuatur Deo, salvatur veritas Jesuitæ sententiæ, scilicet Angelos potuisse peccare in primo instanti suæ creationis; & simul convincitur falsitas Thomisticæ sententiæ, videlicet Angelos non potuisse peccare in illo primo instanti, ex eo capite, quod prima eorum operatio tribuen-

buenda sit Deo Creatori.

140 Roboratur intentum; nam sic salvatur, quod in eodem primo instanti suæ creationis potuerint Angeli pro priori complace in præcepto divino, utpote honesto, v. g. circa cultum Deiparæ Dominæ pulcherrimæ creaturæ, & hæc prima operatio tribueretur Deo Creatori; pro posteriori tamen potuerint displicere in eodem præcepto divino utpote arduo, sive illud contemnere ex superbia; & hæc secunda operatio non tribueretur Deo Creatori, sed ipsis Angelis superbis; siquidem cum simili prioritate, & posterioritate naturæ, aut diversitate signorum, componunt probabiliter plures Doctores assensum, & dissensum; amorem, & odium; spem, & desperationem circa idem obiectum, sive vlla repugnantia; ergo pariter in casu quæstionis discurrere licebit; & quidem potiori iure si illud primum instans Angelicum plura instantia temporis complectitur, ut dictum est in superioribus.

141. Dices fortassis ex principijs Thomistarum: Angeli tenentur præcepto diligendi Deum super omnia in primo instanti suæ creationis: atqui talis actus dilectionis Dei super omnia esset prima operatio Angelorum; & incompensabilis cum aliâ operatione peccaminosa: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; ita ut tale præceptum exigat necessario dilectionem Dei super omnia esse primam operationem Angelorum; nego maiorem: aliter; transeat maior: dico *transeat*, quia licet maior sit omnino falsa, & absolute negetur à nostris Doctoribus cum Eximio tomo 4. in 3. p. disp. 11. sec. 2. tam in Angelis, in quibus non præcesserat aversio à Deo, quam in hominibus primum instans discretio, in quibus præcessit aversio à Deo per peccatum originale; nihilominus non infertur, ex hoc etiam principio Thomistico, actum illum dilectionis Dei esse præceptum Angelis tanquam primam eorum operationem, ac proinde salvatur quod potuerint peccare in illo primo instanti suæ creationis: hoc probolice; quia adhuc permisso tali præcepto dilectionis Dei super omnia, potuerunt Angeli elicere pro priori aliam operationem honestam, quæ esset prima operatio Angelorum, & quæ tribueretur Deo creatori, ut constat ex supra stabilitis; & pro posteriori potuerunt peccare sine vlla repugnantia, ut nuper time ostensum est varijs exemplis. De inde convincitur

idem intentum, modo videri, ex ipsa doctrina Thomistarum; nam actus ille dilectionis Dei præceptus Angelis debet et dirigi ab actu sui supernaturali, qui pro proponeret Deum trinitum, & vult diligendum ab Angelis, quem actum emittaretur etiam pro priori pia affectio supernaturalis, siquidem fides supernaturalis dicit assensum supernaturali intellectus; & piam affectionem voluntatis: ergo iam non posset ille actus Dei esse prima operatio Angelorum; nec præcipi ut talis; siquidem debent præcedere pro priori illa operatio assensus in intellectu & alia operatio piæ affectionis in voluntate: ergo si præcedunt pro priori hæc due primæ operationes supernaturales Angelorum ex parte intellectus; & ex parte voluntatis; quæ quidem possunt attribui Deo Creatori; non est vllum fundamentum Thomistarum ad negandum, Angelos potuisse peccare in primo instanti suæ creationis.

Hinc constat falsitas minoris; & simul ostenditur in illo primo instanti potuisse Angelos peccare pro posteriori signo; siquidem si actus dilectionis Dei non fuit prima operatio in Angelis bonis, sed tertia supponens alias duas operationes supernaturales proxime assignatas; utique nec peccaminosa omisso ipsius actus dilectionis Dei erit prima operatio in Angelis malis eodem iure; ac proinde non erit tribuenda Deo Creatori; sicut nec aliud quodvis peccatum factibile in illo primo instanti creationis.

142. Nec restat recursum aliquis Thomistis, nisi velint incidere in Scyllam; cupientes vitare Carybdim; scilicet dicant, Angelos in illo primo instanti esse necessarios ad eliciendum actum amoris Dei super omnia ex vi illius præcepti, ut pote primam operationem tribuendam Deo; liberam tamen quoad maiorem, aut minorem intentionem ipsius amoris. Hoc enim totum implicatorium ac repugnans est; tum quia, ideo iuxta Thomistas Angelus est necessarius ad eliciendum illum actum amoris Dei, quia talis actus debet esse prima operatio Angeli tribuenda Deo: atqui hoc fundamentum est nullum; & ratio causalis falsa, ut satis probatum, ni dicam, demonstratum est amens; ergo: tum etiam quia stante illa necessitate actus amoris Dei, pro determinato primo instanti, non potest simul stare libertas ipsius actus ad huc quoad maiorem, vel minorem intentionem amoris; siquidem in principijs Thomistarum Angelus tenetur


tuns operati secundum totam intensiōem habitus, & auxiliij: ergo non habet indifferentiam, seu libertatem ad huc quoad maiorem, vel minorem intensiōem amoris, si semel est necessitatus ad ipsum, in principijs Thomisticis.

143 Ex quibus etiam desumo aliud efficacax argumentum ad homines, & novum probamentum adversus Thomistas sic. Ideo per vos, Angeli non potuerunt peccare in primo instanti suæ creationis, quia prima eorum operatio tribueretur Deo operanti primum esse ipsorum Angelorum: atqui hæc ratio est nulla stando vestris principijs: ergo. Probatur minor: ex eo quod Deus tribuat Angelis physicam prædeterminationem (stando vestris principijs) ad materiale peccati, non sequitur inde quod tribuatur Deo formale peccati ipsorum Angelorum: ergo. Probatur consequentia: non minus connectitur materiale peccati cum formali ipsius peccati, quam connectitur prima operatio Angelorum cum primo esse ipsorum Angelorum: siquidem in illo priori datur demeritas realis, & in hac posteriori datur libertas ad eius omisionem, in vestris principijs: atqui nihilominus per vos non tribuitur Deo formale peccati Angelorum: ergo. Rursus ideo tribueretur Deo prima operatio peccaminosa Angeli, quia hæc habet connexionem cum primo esse Angeli causato ab ipso Deo: atqui formale peccati ipsorum Angelorum habet maiorem connexionem cum materiali ipsius peccati causato ab ipso Deo; ergo vel utrumque, vel neutrum tribuendum erit ipsi Deo.

144 Denique arguo ad homines ex alijs principijs Thomisticis; nam in illo primo instanti suæ creationis Angelus habet firmam voluntatem in bono; ut ostendit necessitas ipsa quam ponunt Thomiste ad amandum Deum super omnia ex vi præcepti divini, ut proxime dictum est: atqui eo ipso non esset capax Angelus ipsius præcepti amandi Dei super omnia in ipso primo instanti suæ creationis: ergo. Probatur minor: nam ideo iuxta Thomistas cum D. Thoma; 2. quæst. 88. a. 4. ad 3. ubi inquitur an Christus Dominus fuerit capax voti? Resolvitur, quod Christus Dominus non fuit capax voti, quia eius voluntas erat firma in bono: ergo eodem iure Angelus non esset capax præcepti; siquidem eadem est ratio, & omnimoda paritas voti ac præcepti, quoad obligationem, & quoad indifferentiam voluntatis in malum

supposita semel firmâ voluntate in bono, ut de se clarescit.

145 Missa facio alia, quæ possent adduci contra Thomistas, quia dicta iustificiunt pro meo instituto, præsertim ea quæ ponderata sunt num. 141. ex quibus deducitur firmissimum probamentum meæ conclusionis adversus Thomistas; quorum nonnulla sunt argumenta, quæ facili negotio dissolvuntur a Doctoribus Jesuitis, pro quibus consuli potest laudatus P. Rhodesæa disp. 2. de Angelis; dum ego ad alia propria mei instituti manum, & calamum convertito.



TRACTATUS III.

DE IMPECCABILITATE SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ, UT MATRIS DEI; DE EIUS QUE IMMUNITATE À PECCATO ORIGINALI.

1. **H**Atenus licet gloriosa dicta sint de civitate Dei Maria Matre ipsius Dei, in præsentiarum alia non minus gloriosa dicenda sunt; occurrunt enim eius impeccabilitas, & immunitas à peccato originali, quarum prior à paucis defensatur, posterior vero ab omnibus prædicatur, immo etiam ereditur à plerisque in præsententi statu. Sed quia necessum est in posterum, pro stabilienda hac veritate, referre antiquam contrariam sententiam, fas est, statim non nulla præmittere, ut postea in offento pede percurram, & sine vlla querelâ tractatum omnibus numeris absolutum relinquam.

2. Primum adnotandum venit, à summis Pontificibus Gregorio XV. Paulo V. & Beato Pio V. minime fuisse interdictum scri-

scribere, sive evulgare libros, in quibus sententia contraria Marianæ immunitati à peccato originali, quæ commiter appellatur sententia minus pia, impugnetur expresso; immo potius post se eberimum diploma Alexandri VII. prædictæ sententiæ silentium ita fuisse impostum, ut eam improbatâ innumeris libris à Primarijs Doctoribus evulgatis; in cælum usque indubia immunitas Mariana è calamis efformatis alis evehatur. Consulatur de hoc pius P. Vega, tomo 1. palest. 3. cert. 15.

3. Secundum est, minime vitio vertendum, nec ex probandum immerito aliquibus antiquis Doctoribus Dominicana Religionis tot titulis, ac nominibus illustrissimæ, quod olim animo indagandæ veritatis, contrariam sententiam defensarint, dum à Matre Ecclesia iudicium firmum ferretur, & lux à tenebris divideretur: nec enim potuit esse animus minus pius erga Dei param Dominam in filijs nobilibus Sanctissimi Protoparentis Dominici, ut manifeste suis folijs demonstrant velut libri Rosæ Sacratissimi Mariani Rosarij, in quo *Flôres sunt fructus honoris, & honestatis* in manu clypeus; in pector e securum; in capite corona. Sed iam inspice; ex proprio munere Ecclesiam Dei vigilantes validi canes custodiunt, ad cuius fores assident ad latrantes, aditumque inferis inimicis intercludentes, ne sine lido examine, in salutato hospite, introducantur qualés quales novitates circa res sacrâs ad Catholicam fidem attinentes; modo illo quo olim ad delubrorum fores vigilantes canes Deorum simulacris, alijsque Sacratibus custodiendis, apponebantur, teste Pierio in 'uis Hiéroglyphicis: proindeque iure merito Eminentissimus Cardinalis Cajetanus ad illa verba Deiparæ Dominæ proverb. cap. 8. *audite disciplinam, & estote sapientes: beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei;* hæc addit ad rem natâ: *iuxta Hebræum habetur; ad custodiendum postes ostiorum meorum; postes ostiorum sapientiæ sunt Doctores sustinentes ostia;* scilicet Doctores Dominicani.

4. Hinc audienda non est vox plebis ignaræ, licet piæ, dum fallô sibi persuadet, & sine discretionem pervulgat; omnes Doctores Dominicanos exticille minus piæ opinionis defensores: cõtra enim est, quia semper extiterunt plures Dominicani Doctores sapientiæ Procures, Theologiæ Antistites, pietatis Antesignari, qui Immaculatam

Conceptionem Dei paræ Dominæ propugnantes publice prædicarunt; ut videre est apud laudatum P. Vegam; eo tomo 1. palest. 3. cert. 3. P. Guarnizum, in suo Memoriali. §. 10. Rocham. de Concept. cap. 2. ni. 24. Pizanum. de Concept. discursu 2. Riberam Episcopum, trac. de probabil. Canonizat. Concept. num. 592. ubi enumerat centum triginta sex Doctores Dominicanos propugnantes Marianam immunitatem à peccato originali, inter quos eminent Ss. Albertus Magnus, Vincentius Ferrer, Raymundus de Peñafort, Ludovicus Beltran; & quod caput est, Protoparent S. Dominicus de Guzman, in sacro libello in scripto de Sacramento Corporis Christi, ubi hæc aurea verba de prompta ex S. Andrea Apostolo habet: *sicut primus Adam ex terra virginea, & non male dicta, formatus est; ita decuit in secundo Adam fieri, scilicet Christo, cuius terra, ideste, Mater Virgo, nunquam fuit maledicta;* hic autem aureus libellus, in quo Marianæ Conceptionis puritas patet adamulim cõferri potest sacro rubo incombusto Moïsis, Iohanni typ. purissimæ Marianæ Conceptionis, quem Rabini fide digni Rosetum, seu Rosarium fuisse tradiderunt; pari namque prodigio nobilitatur; apud S. Antoninum. 4. p. tit. 19. cap. 1. §. 6. ubi sic eloquitur. *libellus vero vero servi Dei dominici, non solum ab igne non ladirur, verum ab igne foras prosiliit in longinquum; secundo quo in iectus, ac tertio, aque prodij in combustus: unde canit Ecclesia, ter in ignem libellus traditur; ter exivit illa sus penitus.* Quid mirabilius? Quid ad rem præclarit?


5. Tertium denique solum restat investigare de mente Angelici Doctoris D. Thomæ; de quâ sane plures Theologi existimant, dubiam ac ancipitem hæsitasse, imo cæspitasse in hoc lubrico puncto Marianæ Conceptionis: licet enim tantum Doctorem quasi in æquilibrio considerare, dum aliquando in unam partem, & aliquando in aliam oppositam inclinare videtur, ut sæpe in alijs rebus dubijs contingit, si magnis sint ponderis, uti est præsens. Absolutè tamen maiori ex parte sencendus est ad favens piæ sententiæ, ut infra constabit; sufficiat verò pro nunc in medium profectus egregium ipsius testimonium, in opusculo de Salutatione Angelica, *Ave grâtiâ plenâ*, quam adhuc puerulus in papyro scriptam mellifluam degustavit, scribit igitur sic: *MARIA purissima fuit quantum ad omnem maculam, quia nec ori-*

originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit: vt videre est apud nostrum Salmeronē fidedignum in Epist. ad Roman. proindeq. aliqui Interpretes, ac Discipuli Divi Thomæ testantur, ipsum retractasse sententiam minus piā in quodam suo tractatu retractationum, vt constat apud M. Ioannem de Vitalis, & M. Philippum Bernal in lib. inscripto de sententia, & mente Divi Thomæ, circa Immaculatam Conceptionem, disc. 1. fol. 18. his prædictis, sit

DISPUTATIO I.


DE IMPECCABILITATE SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ, vt Matris Dei.

Dignitas mirabilis Maternitatis Dei tanta est, vt esse Matrem Dei sit tota gloria MARIÆ, sitque radix omnium gratiarum, & charismatum, vt late ostendit P. Rhodes hic, quæst. 2. sect. 3. §. 9. & 10. vnde gratia impeccabilitatis ipsi dignitati debita, ac propria est, vt nec fecundum peccati nomen coram totā pulchrā Matre Dei memoratum sit ab Angulo, Lucæ 1. licet ab ipso memoretur coram Sponso S. Iosepho, dum ait: *Ipsē enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*, Matthæi 1. Immo etiā ad sonum instrumentariæ vocis dignæ Matris Dei peccatum ipsum auferere, ac evanescere videatur, iuxta illud Lucæ 1. *Vt audivit salutationem MARIÆ Elisabeth, exultavit infans in utero eius*; scilicet ratione sanctificationis; *Deus enim MARIAM Matrem suam ipsam sanctificationem esse voluit*; vt testatur S. Epiphanius, lib. hæret. cap. 79. ipsa namque est prima lux, quam Deus divisit à tenebris ratione Mater, nitatis diviniæ, vt iam clarescit.



SECTIO I.
AN FVERIT OMNIMODO IMPECCABILIS SANCTISSIMA VIRGO MARIA vt Mater Dei?

Præfens quæstio procedit de impeccabilitate Sanctissimæ Virginis MARIÆ, vt Matris Dei, sive ratione Maternitatis diviniæ; sicut alibi discipatur à Theologis de impeccabilitate humanitatis Christi Domini ratione unionis hypostaticæ, aut sanctitatis Verbi Divini ipsi humanitati hypostaticè uniti; proindeq. potiori iure negare tenentur Scotistæ, qui negant ex hoc capite impeccabilitatem humanitati Christi Domini, cum nequeant concedere Matri id, quod denegant Filio Dei, cumque hic locum habeat veritas illius principij, *propter quod unumquodque tale est illud magis*, vt infra constabit. Affirmat tamen, & expressè defensant impeccabilitatem Deiparæ Dominiæ aliqui antiqui Theologi, quibus accedunt Doct. Franciscus Mayron, in 3. quæst. 2. art. 2. Argentinas, in 3. dist. 3. quæst. 1. pag. 8. col. 3. Marsilius; Alexander; Catherinus, Pelvartus, alijque plures cum Scoto, Cornelio Muso, Cardinali Cusanò, & P. Granada, tom. 1. in 3. part. contr. 7. disp. 3. sect. 19. quos citat, & sequitur M. Saavedra, disp. 21. adfaventque insuper ex nostris Jesuitis, PP. Possa in voto Plat. part. 6. num. 8. Hurtadus disp. 21. de Incarn. sect. 5. num. 130. & rursus sect. 59. num. 66. Salazar lib. de Concept. cap. 10. num. 12. deinde idem assertum illustrent plures Sancti Patres videndi apud citatos Auctores, & Ripaldam tom. 2. de Ente supern. lib. 4. disput. 79.



SVB-

SUBSECTIO I.
NON NULLA NECES-
SARIA PRÆMITTENS.

Primo prænotandum est, Sanctos Patres, Sacra Concilia, Doctoresque Theologos, convenire unanimiter in eo, quod debeat concedi Sanctissimæ Virgini Mariæ vt Matri Dei, sive ratione Maternitatis Dei, omne id perfectionis ac Sanctitatis, quod manifeste non repugnat rationi, vt videre est apud P. Ripaldam loco proxime citato, sec. 3. n. 21; proindeque Doctorum lumen S. Augustini libro de Nat. & grat. cap. 36: vbi agit de nostrā humanā naturā corruptā per peccatum, ita vult indubiam impeccabilitatem, omnimodamque sanctitatem Matris Dei; propter honorem ipsius Dei, vt concludat his verbis: *de quā, propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agit, habere volo quæstionem: quia concipere ac parere meruit eum, quem constat, nullum habuisse peccatum*. Quid clarius ac præclarior pro gloria Maternitatis Dei?

Secundo prænotandum est, Sanctos Patres, Concilia, & Theologos in proxime data Doctrinā, & quasi theologico principio ita procedere, vt non loquantur præcise de Maternitate Dei pro vt existente physice in solo vnico instanti reali Incarnationis, sed de Maternitate Dei considerata secundum se; & absolute, etiam dum existit moraliter tantum, sive post Incarnationem, sive ante Incarnationem ex vi decreti divini; vt in superioribus sæpe expositum est, & ex professo demonstratum in antecedente tractatu 2. disp. 2. sec. 4. num. 62. vbi explicui hanc existentiā, scilicet physicam, & moralem; assertumque ostendi ex mplo claris imo petitis à Christo Domino, rursus que illustravi aureis verbis S. Petri Chrisologij ferm. 146. *MARIA Mater vocatur; & quando MARIA non Mater? Videantur tibi dicta; & infra videntur pro præfenti instituto; & infra 4. d. 1. n. 9.*

Tertio; in præsentia esse quæstionem de impeccabilitate in sensu composito Maternitatis Dei, à quā provenit, & cui debita est; licet non sit debita personæ Sanc-

tissimæ Virginis MARIÆ (vt docet Tridentinum) secundum se, & nude sumptæ, sive in sensu diviso ipsius Maternitatis Dei; vt alibi dicitur ac discutitur de Beato ratione visionis beatificæ, & sic de alijs similibus.

Quarto; à me ex professo defensatum fuisse ea lect. 4. nuperime citata, Maternitatem Dei esse formam sanctificantem perfectiorem gratiā habituali in ratione formæ sanctificantis; ita vt ibi dicta præ oculis habenda sint, tam ad præbandum hic stabilienda, quam ad solvendum argumenta hic obijcienda. Rursus, à me infra in tractatu de beatitudine, & visione Dei defensari; hanc reddere impeccabilem beatum, vt docet certa Theologia.

Quinto; optime stare in eodem subiecto plures formas sanctificantes, pluresque titulos impeccabilitatis simul coexistentes, vt videre est in Christo Domino, immo etiam in Beatis, vt loco citato demonstratum est.

Sexto; in præfixo huius quæstionis titulo ly *omni modo* debere intelligi de omnimodā impeccabilitate respectu omnis peccati, scilicet originalis, & personalis, actualis, habitualis, mortalis, imo & venialis; secus tamen de omnimodā impeccabilitate comprehendente varias species impeccabilitatis: datur enim impeccabilitas à se, & per essentiam in Deo; qui est ipsa impeccabilitas; vt potè prima regulā rectitudinis datur etiam in peccabilitas essentialis personalis in Christo Domino; vt potè qui est personā Divinā datur in super impeccabilitas essentialis; non tamen personalis; in Deipara Domina, quatenus essentialis est Matri Dei vt tali; non tamen personæ ratione sui, vt ex supra dictis, & infra dicendis constabit ex doctrinā Tridentini citandi.

De inde datur impeccabilitas respectiva ad peccatum mortale; secus tamen ad peccatum veniale, in Apostolis, & alijs confirmatis in gratiā, de quibus verificatur illud, *septim die cadit iustus*. Proverb. 24. vt videtur in Epist. da Galat. cap. 2. vbi à S. Paulo refertur quidam singularis eventus S. Petri Principis Apostolorum; & versu 11. ait. *restiti ei in faciem, quia reprehensibilis erat*: circa quod aliqui Doctores veniale culpam attribuant S. Petro, alij è contra S. Paulo, cum tamen vterque esset confirmatus in gratiā: licet S. Hieronymus vellet

p

ytrum.

utrumque liberare a culpa veniali in tali casu ex quadam conventionem occulta vtriusque, quam tamen simulationem culpabilem vtrique, iudicat Illustrissimus Archiepiscopus Platefis D. D. D. F. Gaspar de Villaroel, huius Perubici orbis decor ac decus, in suo regimine Ecclesiastico 1. p. q. 1. art. 10. eo, quod asolet ingenij acumine, & eloquentiae le ore. Sed bona venia tanti Doctoris, imo etiam Doctorum lumnis S. Augustini, fas est ingratiam mei Apostoli S. Petri, cuius preclato nomine nobilitor, dicere, in predicto casu salvati ve itatem testimonij S. Pauli, & nihilominus S. Petrum manere immunem culpae venialis, secus tamen aliquid imperfectionis; siquidem optime salvatur, quod sit reprehensibilis, & defacto reprehendatur persona amplectens statum perfectionis, si committat aliquam imperfectionem, quae tamen non sit culpa venialis; ut patet in Religioso nostrae societatis frangente aliquam regulam minimam; & sic de alijs.

10 Denique datur impeccabilitas possibilis absoluta naturalis, quatenus possibilis est aliqua creatura absolute impeccabilis ex natura sua; ut tenent plures antiqui Theologi, quos sequuntur PP. Valentia 1. part. quaest. 14. punct. 1. Arriagatom. 1. in 1. part. disp. 5. de visione, sect. 4. subsect. 2. & tract. de Angel. disp. 23. sect. 1. subsect. 2. Isquierdo, tomo 1. tract. 8. disp. 18. quaest. 14. num. 250. Herice, 1. part. tract. 4. disp. 48. num. 57. Ripalda tom. 1. disp. 23. ubi per plures rationes probabilitatem huius opinionis demonstrat; in cuius favorem ab aliquibus allegatur auctoritas S. Augustini ad Genesim, 11. cap. 7. per haec verba: *Talem potuit Deus facere hominem, qui nec peccare posset, nec vellet; & si talem fecisset, quis dubitet eum meliorem fecisse?* Scilicet, si tantum esset liber intra lineam honesti. Missas facio alias species impeccabilitatis, quae ex infra dicendis patefieri.

11 Septimo, & ultimo prae notandum est, praesentem quaestionem procedere de potentia absoluta Dei, videlicet, quatenus inquit, an Sanctissima Virgo MARIA ut Mater Dei, sit omnimodo impeccabilis, ita ut nec de potentia absoluta Dei potuerit in sensu composito Maternitatis Dei maculari peccato aliquo, sive originali, sive personali, sive mortali, sive veniali? Supponit tamen de facto non fuisse maculatam villo peccato; sive originali, ut infra ex professo demon-

strabitur; sive personali adhuc veniali, ut definit Concilium Tridentinum sess. 6. canon. 23. & definitum est etiam a Concilio Claromontano sub Urbano II. qui illi praesuit, ut tradit P. Vaquez disp. 117. ex Vega lib. 14. in Tridentinum, cap. 18.

12 Sed quia animus est, in praesenti quaestione principaliter ostendere praesentem omnimodam impeccabilitatem Sanctissimae Virginis MARIAE ut Matris Dei, ex principijs, ac rationibus Angelici Praeceptoris Divi Thomae, quibus ipse ostendit 3. p. q. 27. art. 4. in corpore, de facto in Sanctissima Virgine MARIA ut Matre Dei, sive quia fuit Mater Dei, non fuisse vllum peccatum personale adhuc veniale levissimum, his aureis verbis: *Dicendum, quod illos quos Deus ad aliquid eligit, ita preparat, & disponit, ut ad id ad quod eliguntur, inveniantur idonei, secundum illud 2. ad Corinth. 3. idoneos nos fecit ministros novi testamenti: Beata autem Virgo fuit electa divinitus, ut esset Mater Dei; & id eodem non est dubitandum, quod Deus, per suam gratiam, eam ad hoc idoneam reddidit, secundum quod Angelus ad eam dicit; invenisti gratiam apud Deum, ecce concipies. Non autem fuisset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando: tum quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud Proverb. 17. gloria filiorum patres eorum; unde & per oppositum, ignominia matris ad filium redundasset: tum etiam quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit; dicitur autem 2. ad Corinth. 6. quae conventio Christi ad Beliam? Tum etiam quia singulari modo Dei filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitavit, non solum in anima, sed etiam in utero; dicitur autem sapient. 1. in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et ideo simpliciter fatendum est, quod Beata Virgo nullum peccatum actuale commisit, nec mortale, nec veniale; ut sic in ea impleatur quod dicitur Cantic. 4. tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: haec, quae pro meo instituto necessaria sunt, transcripsisse fas sit; & his praemis sit*



SVB.

SVBSECTIO II.
DEIPARAE DOMINAE
impeccabilitatem omnimodam varijs conclusionibus stabiliens.

13 **D**ico primo, & principaliter: Ratione, & auctoritate, quibus Angelicus Doctor Divus Thomas 3. part. quaest. 27. art. 4. probat efficaciter, de facto non fuisse maculatam Sanctissimam Virginem MARIAM ut Matrem Dei villo peccato personali adhuc veniali; probat vtrique manifeste adhuc de potentia absoluta non potuisse maculari villo peccato personali adhuc veniali; immo etiam originali; ac proinde esse impeccabilem omnimodo Maternitatis Dei. Haec conclusio sub his terminis a nemine proposita est, sed in remilitant pro illa omnes Doctores citati supra pro impeccabilitate Deiparae Dominae. nu.

14 Probat primo; nam ideo iuxta Angelicum Doctorem, Sanctissima Virgo MARIA ut Mater Dei, sive qua electa divinitus, ut esset Mater Dei, de facto non fuit maculata villo peccato personali adhuc veniali, quia non fuisset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando: atque etiam non esset idonea Mater Dei, si qua electa divinitus ut esset Mater Dei potuisset de potentia absoluta maculari villo peccato personali; adhuc veniali; immo etiam originali: ergo. Maior constat ex verbis Angelici Doctoris allegatis n. 12. ubi concludit: *ideo non est dubitandum, quod Deus ad hoc idoneam eam reddidit;* scilicet quia Deus, utpote agens intellectualem perfectissimum, in cuius potestate sunt omnia, nequit deficere in recta, ac idonea dispositione medij apti ad consecutionem finis a se efficaciter praesentis; ita ut omnino implicatum, ac impossibile sit Deum aliter operari imprudenter, & sine consilio tuminae sapientiae suae. Minor ostenditur ipsis probantibus ibi adductis ab Angelico Doctore, ut per singula discurrrens singillatim expendo.

15. Primum probatum Angelici Praeceptoris sic se habet: *tum quia honor parentum*

*redundat in prolem, secundum illud Proverb. 17. Gloria filiorum patres eorum; unde & per oppositum, ignominia matris ad filium redundasset: scilicet ad filium Dei, & Deum hominem; qui adhuc de potentia absoluta nequit maculari ignominia peccati alicuius sive personalis, sive originalis, redundantis in ipsum, ut ipsi ad versarij fatentur: ergo adhuc de potentia absoluta nequit hoc fieri, si ex hoc perdet ignominia filij Dei, & Matris Dei: ergo si ex hoc capite probatur non fore aliter idoneam matrem Dei, probatur vtrique non fore idoneam Matrem Dei, si qua electa divinitus ut esset Mater Dei, potuisset de potentia absoluta maculari villo peccato personali adhuc veniali, immo etiam originali; siquidem cuiuslibet peccati ignominia repugnat filio Dei, & omnino implicatoria est. Hoc probamentum consentaneum est Doctrinae Sanctorum Patrum docentium, filium Dei peccaturum contra legem ac praecipuum honorandi suam matrem, si ea peccaret; unde S. Augustinus supra laudatus num. 3. assererat ibi, propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam habere velle quaestionem de Matre ipsius Dei; qui nec peccavit, nec potuit peccare: ergo si nullam quaestionem, vtrique ne quaestionem de potentia absoluta procedentem habere voluit propter honorem Domini: videantur alij Sancti Patres apud Ripaldam loco supercitato; inter quos satis consonat S. Iudephonus ferm. 3. de Assumpt. sic: *quantum est veneranda Deipara ex gratia (scilicet maternali) quia eius honor; & gloria laus est Redemptoris. Quid clarius?**

16. Rursum conforme est doctrinae iuris consultorum iure Hispanico, ex lege 3. tit. 2. ubi docent, filium tantum ex matre aliquo modo ignobili, non esse nobilem, sed ignobilem: unde e contra canebat Horatius ad rem:

*Fortes creantur fortibus,
Nec imbellem generant
Aquila columbam.*

Et aptius Baptista Mantuanus sic:

*Quod si sideret tanta splendoris honore,
Fulget, ut aeterno, qui temperat ordine
mundum
Gestavit gremio, lactaverit ubere dulci,
Strinxerit amplexu, summoque vocavit
Olympo.
Quare illam in nostras, opus est, detru-
dere sordes?*

Et

Et turpi infestare luro?
Hæc, & alia sacrationa excogitata à Theologis, sacrilique interpretibus ad illa verba: *arbor bona bonos fructus facit; & ad illa; benedictus tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui;* quia *patris sequitur ventrem;* habent eadem v. m. in casu quæstionis pro mea conclusione procedente adhuc de potentia absoluta Dei.

17. Secundum probamentum Angelici Doctoris procedit sic: *tum etiam, quia singulari affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit; dicitur autem 2. ad Corint. 6. quæ conventio Christi ad Belial;* at qui Christus non solum non habuit, sed nec potuit habere conventionem ad Belial; ergo si ex hoc capite probatur, quod idonea Mater Dei non peccavit de facto, probatur utique nec potuisse peccare, ad hoc ut esset idonea Mater Dei. Maxime cum illa affinitas Deiparæ Dominæ dicatur absolute identitas ipsius cum filio Deo homine Christo, à Sanctis Patribus, & Doctoribus allegatis ab eodem Ripaldà ibidem sec. 7. & à me sæpe in præcedentibus sectionibus.

18. Tertium probamentum Angelici Magistri deducitur sic: *Tum etiam, quia singulari modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa inhabitavit, non solum in anima, sed etiam in vtero, dicitur autem sapient. 1. in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis;* atqui hic singularis modus inhabitationis, in animo, & idemti a vis sapientiæ increatæ Dei in Deipara Dominæ, sive quæ electa divinitus, ut esset idonea Mater Dei, exigit adhuc de potentia absoluta non posse animam eius esse malevolam, nec corpus eius subditum peccatis, ut sit aptum habitaculum sapientiæ increatæ Dei, quæ nec peccat, nec potest peccare; siquidem ex hoc capite, & honore debito habitaculo Dei, prohibetur à Summis Pontificibus, in capite, *Ligna Ecclesiæ, de consecratione. dist. 1. quod ligna Ecclesiæ, & aliæ res sacræ convertantur in usus profanos;* ergo si hinc probatur ab Angelico Doctore, quod idonea Mater Dei non peccavit de facto, probatur utique, nec potuisse peccare, ad hoc ut esset idonea Mater Dei, seu sapientiæ increatæ Dei.

19. Probatur secundò mea conclusio ex eisdem probamentis Angelici Doctoris alio modo apriori ad rem consideratis sic. Si Sanctissima Virgo MARIA, ut Mater Dei, sive quæ electa divinitus ut esset Ma-

ter Dei, posset maculari villo peccato, aut personali, aut originali, sequeretur, quod esset idonea Mater Dei, & non esset idonea Mater Dei: atqui hoc implicat manifestam contradictionem: ergo, Maior quoad priorem partem idoneitatis admittitur; quo ad verò posteriorem partem non idoneitatis demonstratur primò, quia non esset idonea Mater Dei illa, ex qua posset redundare ignominia peccati in filium Dei. Secundò; quia non esset idonea Mater Dei illa, quæ posset habere conventionem cum Belial ratione peccati; Tertio, quia non esset idonea Mater Dei illa, quæ posset habere animam malevolam, & corpus subditum peccatis. En triplex probamentum Angelici Præceptoris D. Thomæ; ex quo ipse concludit sic: *Et idè simpliciter fatendum est, quod nullum peccatum actuale commisit, nec mortale, nec veniale; ut sic in ea impleatur, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te;* inde tamen potiori iure concludendum erat, quod in ea conclusione continetur, & satis hactenus probatum est.

20. Sed quia hæc ultima verba Angelici Doctoris singulariter revocant in memoriam peccatum originale, de quo ipse expresse non loquitur, sed de peccato personali adhuc veniali, de quo non est tanta difficultas; fas est, singulariter, sed breviter, applicare replex eius probamentum potiori iure militans pro immunitate peccati originalis mortalis, a cetero immunitate peccati personalis venialis ad rationem idoneæ Matris Dei. Nam multò minus idonea Mater Dei esse illa, quæ posset habere peccatum originale mortale; ac illa, quæ posset habere peccatum personale solum veniale; siquidem per illud prius peccatum mortale posset redundare maior ignominia in filium Dei; posset habere maiorem conventionem cum Belial; possetque introire in animam magis malevolam; & in corpus subditum multo maiori peccato, ut patet: nemo enim cordatus dubitat, per illud prius peccatum mortale Matrem Dei futuram esse subiectam dæmoni, inimicam Deo, & ream Eternæ pænæ; omnia, & alia similia sunt maior ignominia, sive magis ignominiosa, ac incompatibilia cum idonea Matre Dei, potius quàm alia minora mala inducta per posterius peccatum personale solum veniale, ut de se clarescit, at tanta præcise malitia utriusque peccati. Unde forte fortunà existimo, hanc fuisse mentem Angelici Doctoris in 1. dist. 44. quæst.

quæst. 1. art. 3. in corpore; ubi postquam adduxit Sanctum Anselmum de Conceptu Virg. cap. 18. aientem: *Decuit, ut Virgo, quæ Deus unigenito filio suo preparavit in matrem, eam puritate niteret, quam maior sub Deo nequit intelligi;* addit S. Thomas: *ad tertium dicendum, quod puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas Beatae Virginis, quæ peccato originali, & actuali immunis fuit. Quid clarius, ac preclarius?*

21. Hinc igitur satis stabilita maneat prima, ac principalis mea conclusio, & fas sit concludere cum Angelico Doctore, sed sine vlla limitatione, Sanctissimam Virginem MARIAM, quæ electam divinitus, ut esset Mater Dei immune fuisse omnino ab omni peccato etiam originali, ut sic in ea impleatur, quod dicitur Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te;* immò nec potuit esse, stando rationibus, & auctoritatibus allegatis ab ipso Angelico Magistro, ut satis ostensum est.

22. Dicet, Angelicum Doctorem loco proxime citato addidisse, Sanctissimam Virginem MARIAM non caruisse potentia ad peccandum: immò sanè non caruit debito contrahendi peccatum originale; fuitque privilegium, non contraxisse de facto. Respondeo, ipsum Angelicum Doctorem ibidem tradidisse solutionem, cum ait: *Et ideo bonitas creaturæ dupliciter considerari potest; aut quæ est ipsius in se absolute, & sic qualibet creaturæ potest esse aliquid melius; aut per comparationem ad bonum increatum, & sic dignitas creaturæ recipit quandam infirmitatem ex infinito cui comparatur, sicut humana natura in quantum est unita Deo, & beata Virgo in quantum est Mater Dei. Unde aliter discurrendum est de Beata Virgine in priori consideratione, scilicet in quantum est filia Adami; ac in posteriori consideratione, scilicet in quantum est Mater Dei, ut docet ibi Angelicus Doctor proindeque his rerum reduplicativis, & diversis his considerationibus, distinguendæ sunt propositæ propositiones, & aliæ similes, dum accedant tempus, & locus disputandi singulariter de immunitate Deiparæ Dominæ à peccato originali; & de debito proximo, aut remoto contrahendi illud; ac demum de signis, serieque decretorum Dei; & de alijs pluribus, quæ hic repetenda non sunt, sed suo in loco pertractanda ex professo.*

23. Dico secundo: Gratia habitualis

vsfundata in Maternitate Dei inamissibili per peccatum reddidit Sanctissimam Virginem MARIAM absolute, & simpliciter impeccabilem; secus tamen gratia habitualis considerata secundum se, & amissibilis ex se per peccatum. Huic conclusioni ex parte adfavent P. Ripaldà loco citato, sect. 1. num. 5. Rhodes, disp. 3. de Incarn. quæst. 3. sect. 1. §. 2. Probatur quoad priorem partem, & simul quoad posteriorem partem sic: nam gratia habitualis vsfundata in Maternitate Dei inamissibili per peccatum, dicit absolute, & simpliciter impotentiam peccandi; at gratia habitualis considerata secundum se, & amissibilis ex se per peccatum, nõ dicit absolute, & simpliciter impotentiam peccandi; ergo. Probatur antecedens; nam si gratia habitualis priori modo considerata non diceret impotentiam peccandi absolute, & simpliciter, sequeretur, quod tunc potentia peccandi esset potentia componendi peccatum simul cū gratia habituali inamissibili per peccatum ratione Maternitatis Dei, quod quidem implicatorium est; at gratia habitualis considerata posterioris modo ita se habet, ut potentia peccandi sit tantum potentia amittendi ipsam gratiam ex se amissibilem per peccatum; quod quia dem implicatorium non est; quin tunc potentia peccandi sit potentia componendi peccatum cum gratia amissibili per peccatum, ut patet; ergo gratia habitualis considerata priori modo dicit absolute, & simpliciter impotentiam peccandi, ac proinde impeccabilitatem, quam non dicit considerata posteriori modo, scilicet ut amissibilis per peccatum secundum se. Vide infra sect. 7. n. 98.

24. Dico tertio. Beatitudo formalis consistens in visione intuitiva Dei, & inamissibili per peccatum, reddidit Sanctissimam Virginem MARIAM absolute, & simpliciter impeccabilem. Huic conclusioni adfavere tenentur plerique Theologi eam impeccabilitatem absolute, defensores in Beatiss. Ratio est, tum quia aliter sequeretur implicatoria potentia componendi simul a morem efficacem, ac odium efficax De intuitiva vis in eodem subiecto; quod quidem implicatorium est; ergo inducit impotentiam peccandi; seu impeccabilitatem absolute, & simpliciter.

25. Dico quarto. Doctores defensores, possibilem esse creaturam rationalem impeccabilem ex natura sua, ut dictum est supra

pra num. 10. tenentur defendere, talis fuisse de facto Sanctissimam Virgine MARIAM, titulo maternitatis Dei. Probatur ad homines ipsi conveniunt unanimiter cum alijs Theologis, & Sanctis Patribus, in eo quod concedendum sit de facto Sanctissimæ Virginis MARIÆ, titulo maternitatis Dei, omne id perfectionis, ac sanctitatis quod possibile est, & manifeste non repugnat rationi, ut satis expositum est in limine huius questionis, num. 3. & 4. atqui hoc quod est, esse creaturam rationalem impeccabilem ex natura sua, est aliquid possibile perfectionis, ac sanctitatis per vos, & manifeste non repugnat rationi concedi de facto Sanctissimæ Virginis MARIÆ titulo maternitatis Dei, ut rem perpendenti patebit: ergo semel supposita vestra sententia de possibilitate creaturæ rationalis ex natura sua impeccabilis defendente, tenemini defendere, talem fuisse de facto Sanctissimam Virgine MARIAM, titulo maternitatis Dei, ipsique concedendum erit de facto id, quod alteri creaturæ conceditis de possibili, sine vlla repugnantia rationis.

26 Roborantur hætenus dicta, si recte perpendatur pulchra auctoritas Seraphici Doctoris S. Benaventuræ loquentis de eximia dignitate Maternitatis Dei, in opusculo de laudibus Deiparæ, cap. 7. ubi ait: *Omnia flumina intrant in mare, & non redundant, quia omnia flumina gratiarum intrant in MARIAM, & non excedunt eius dignitatem*; scilicet maternalem divinitatem, quam immensam, & infinitam esse apertis testimonijs Sanctorum Patrum in superioribus sectionibus ostensum est.

SVBSECTIO III.

OBIECTIONES ADVERSAS DISSOLVENS.

27 **O**bjic. 1. Angelicus Doctor D. Thomas contrariatur meæ conclusioni alio in loco, scilicet 3. part. art. 2. maxime si intelligatur de peccato originali habituali in posteris Adami: ergo.

Respondeo cum erudito P. Possa in suo Elucidatio, lib. 4. tract. 4. cap. 5. distinguendo antecedens; contrariatur meæ conclusioni alio in loco vitiato, & corrupto ab

adversarijs; concedo sine corrupto, & non vitiato ab adversarijs; nego antecedens, & consequentiam, quæ nulla est contra meam conclusionem, ut eam consideranti pertipicaverit, cum procedat de Doctrina Angelici Doctoris incorrupta, & non vitiata ab adversarijs. Immo adhuc absolute loquendo, mihi licitum est deferere S. Thomam. pro S. Thoma, diversis in locis est, ut ipse permittit suis discipulis in initio opusculi 72. in his verbis: *si vero non fuerit inventum, quod sine utrumque stare possit, id illorum eligat, quod magis veritati consonum indicaverit*: veritati enim magis consonum, & principijs Angelici Doctoris magis consentaneum est id, quod in mea prima conclusione continetur, maxime cum peccatum originale adhuc in posteris Adami dicat malitiam mortiferam, & ignominiam mancipiorum damnationis, quæ ex matre in filium Dei redundarent, ut supra D. Thomas ostendebat, & quæ adhuc de potentia absoluta repugnant filio Dei, ut cum ipso docet in dubia Theologia, quæ oppositam sententiam merito damnat: nec sunt prudentes apud quos in creatis non censetur vilis, ac infelix homo ille, qui ex matre serva infelicem sortem servituti, & rationem mancipij participat: etiam postea libertati manumittantur, sicut etiam prudenter censetur cum Philone 2. de Monarch. in animis peccatorum penitentiam manere cicatrices quasdam ac vestigia non nullam pristina nequitia; quod totum ab sit a Dei parte & a filio Dei.

28. **O**bjic. 2. Sancti Patres docent, omnem creaturam humanam, ac proinde Sanctissimam Virgine MARIAM, esse quasi essentialiter peccabilem, & defectibilem a prima regula rationis: ergo.

Respondeo, Sanctos Patres intelligendos esse cum grano salis; alioqui nec humanitas Christi Domini, nec Beati essent impeccabiles, si absolute, & sine vlla distinctione acciperentur: aliter igitur de illis ratione sui loquitur, ac dei illis ratione alterius formæ intrinsecæ superadditæ; si quidem sub duplici hac diversa consideratione diversas utique de nominationes sortiuntur, ut cum D. Thoma dicebam proximum; 22. unde aliter loquitur de Beata Virgine MARIA ut filia Adami, ac de Beata Virgine MARIA ut Mater Dei, sive ratione sui, & ratione Maternitatis Dei, quæ quidem est forma, vel quasi forma, intrinsecæ, ut potest idem significata in adæquate cum fundamen-

damento relationis maternitatis divinæ; ut suo loco ostensum est. Nec enim obstat, quod creatura humana secundum se, & ratione sui considerata, habeat capacitatem radicalem, ac remotam ad peccandum, si quidem simul habet capacitatem intrinsecam, seu potentiam obedientialem ad hoc ut fiat proxime, & formaliter impeccabilis, talisque dicatur ab intrinsecæ, videlicet ratione formæ intrinsecæ, quales sunt visio beatifica, & Maternitas Dei. Denique hoc argumentum est contra suppositum quartæ meæ conclusionis.

29. **O**bjic. 3. per instantiam. Voluntas Deiparæ Dominæ ut talis manet, ac permanet cum suis proprietatibus naturalibus: atqui peccabilitas est proprietas saltem naturalis illius voluntatis: ergo.

Respondeo in primis per retortionem manifestam in voluntate creatura Christi Domini, & Beati; deinde concedo maiorem de voluntate considerata secundum se, & ratione sui; distinguo autem minorem sic: peccabilitas est proprietas saltem naturalis illius voluntatis, considerata in sensu composito Maternitas Dei impossibile cum omni peccato; nego minorem: considerata in sensu diviso; transit; oppositum enim assertum deducitur ex probabili sententia à me supposita in quarta conclusione. Solutio autem consistit in exemplis, in quibus facta est retortio huius argumentationis.

30. **O**bjic. 4. per urgentiam. Potentia ad peccandum ad huc in sensu composito Maternitatis Dei est bona, & laudabilis; iuxta illud Eccles. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, sicuter malum, & non fecit*: ergo.

Respondeo per retortionem in Christo Domino, & in Beato; deinde nego antecedens, cuius falsitas constat eodem exemplis: veritas autem testimonij allegati salvatur in alijs hominibus habentibus libertatem ad bonum, & ad malum, de quibus solis ibi est sermo. Immo talis potentia in sensu composito impossibilis est, si quidem impossibile est simultas, seu compositio Maternitatis Dei, & peccati; talis autem potentia debere esse potentia componendi verumque extremum impossibile, ut supra probatum est, num. 23.

31. **O**bjic. 5. Oppositio Maternitatis Divinæ cum peccato est oppositio moralis: ergo possunt componi divinitus.

Respondeo, facta eadem retortione, distinguo antecedens; est oppositio moralis, de nominative ab entitate moralis peccati; transit: inductive; ita ut inducat necessitatem tantum moralem: de hoc, ut non componatur Maternitas Divina cum peccato; nego antecedens, & consequentiam, quia cum inde sequatur contradictio manifesta assignata ab Angelico Doctore, scilicet, *esse idoneam Matrem Dei, & non esse idoneam Matrem Dei*; dicendum est inducere talem necessitatem, ut nec divinitus possint componi.

32. **O**bjic. 6. Intellectus Deiparæ Dominæ ut talis esset capax erroris: ergo etiam eius voluntas esset capax peccati.

Respondeo in futurata ipsa retortione, transit antecedens de errore inculpabili, & nego consequentiam; quia ex tali errore inculpabili non sequeretur contradictio proxime assignata ex macula peccati, quæ cum impossibile est idonea Mater Dei ut talis, ut supra ostensum est.

33. **O**bjic. 7. Impeccabilitas Beatissimæ Virginis MARIÆ ut Matris Dei esset æqualis moraliter impeccabilitati Dei, & impeccabilitati Christi Domini: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, nego maiorem, quia semper debet censei melior impeccabilitas à se; sicut et impeccabilitas essentialis personalis, & ratione sui; omnium autem hætarum impeccabilitatum species satis expositæ sunt supra num. 8.

34. **O**bjic. 8. Impeccabilitas Deiparæ Dominæ non potest componi cum eius libertate, & cum præcepto divino: ergo.

Respondeo in primis per retortionem factam in Christo Domino, in quo diversi modo discurrunt Theologi; proindeque poterit quisque in præsentiarum discurre eo modo, quo à libi discurreret de Christo Domino ad salvandam eius libertatem, & componendum præceptum de morte subeunda cum eius impeccabilitate; si e placuerit salvare libertatem quo ad substantiam moralem operis ratione motivi liberi, sive alijs medijs, ac modis latissime propositis; inter alios, à Reverendissimo N. P. Thyro Gonzalez, tomo 3. à disp. 29. usque ad disp. 32. à pag. 341. usque ad 371. in hoc enim puncto tenore consequentiæ, & proportionis servata discurrendum est, nec in illo immorandum sine necessitate.

35. **O**bjic. 9. Iuxta Scorum Durandum,

dum, & alios; Christus Dominus non est impeccabilis in sensu composito unionis hypostaticæ, & ratione sanctitatis increatæ, sed tantum ratione visionis beatificæ: ergo nec Deipara Domina ratione maternitatis divinæ.

Respondeo, hoc argumentum ex parte ad favorem meæ tertiæ conclusioni propositæ supra num. 24. absolute tamen falsissimum est, ea enim sententia Scoticarum iure merito repellitur à D. Thoma; immo & censuris ioluitur communiter à Theologis, ut potest quæ consona videatur sententiæ Lutheri, & Arianorum absolutam peccabilis sita tem tribuentium Christo Domino; proindeque negato antecedente, corrumpit consequentia.

36. Alia plura argumenta proponi possent, quæ tamen alibi à me proposita, ac dissoluta sunt, præsertim in præcedenti tract. 2. disp. 2. sec. 4. per totam; ac proinde ab illis supersedeo in præsentis; immo ex hic dictis ibi dicta roborantur, cum satis confiteri impotentia proxima peccandi inducta ex Maternitate Dei inanissimam, qualem non inducit gratia habitualis secundum se amissibilis per peccatum, ut supra dictum est.

SECTIO II.

AN IMPECCABILITAS Sanctissimæ Virginis MARIÆ ut Matris Dei tanta sit, ut eam deberet mundare ab omni reatu?

37. Licet præsens questio videatur locum non habere defacto, eo quod in superiori resolutum sit cum D. Thoma; Sanctissimam Virginem MARIAM non fore idoneam Matrem Dei, si peccasset aliquando; nihilominus tamen pro pleniori noticia tanta impeccabilitatis, supponitur in præsentis, Sanctissimam Virginem MARIAM in sensu diviso Maternitatis Divinæ peccasse aliquando,

peccato personali; & inquiritur, an in tali casu, Maternitas Dei superveniens deberet mundare illam ab omni reatu, tum culpæ, tum pænæ æternæ, immo etiam temporalis? Scilicet expulsive, & non impeditivæ.

SVBSECTIO VNICA.

AFFIRMANS SENTENTIA cligitur, & ab obiectionibus vindicatur.

38. Placet affirmans sententia, & conclusio tenens; tantam esse impeccabilitatem Deiparæ Dominae, ut in casu proxime proposito deberet mundare animam ipsius ab omni reatu, tum culpæ, tum pænæ æternæ, immo etiam temporalis, ratione superveniens maternitatis Dei. Hæc conclusio conformis est doctrinæ traditæ à PP. Vasquez, Torres, & alijs, quos citat, & sequitur P. Rhodes loquens in simili casu de Christo Domino, disp. 3. de Incarnat. quest. 3. sect. 1. §. 3. licet in terminis terminantibus à nemine questio investigetur, nec conclusio defendatur, quæ sane procedit in alia providentia.

39. Probatum tamen efficaciter quoad reatum culpæ, & pænæ æternæ; nam maternitas Dei est forma sanctificans perfectior gratia habituali in ratione formæ sanctificantis, & opposita omni peccato adhuc veniali, quo cum impossibilis est, ut in superioribus ex professo demonstratum est: atqui eo ipso maternitas Dei in casu questionis deberet mundare animam Sanctissimæ Virginis MARIÆ ab omni reatu culpæ, & pænæ æternæ: ergo. Minor probatur. Eo ipso quod gratia habitualis sit forma sanctificans, & opposita peccato mortali, quo cum impossibilis est, debet mundare animam à reatu culpæ mortalis, & pænæ æternæ, ut omnibus pervium est: ergo pariter eo ipso &c. Consequentia tenet à paritate, & convincit à minori ad maius in linea formæ sanctificantis, ut non semel dixi ex S. Ioanne Damasceno statuentem infinitum excessum maternitatis divinæ, seu Matris Dei ut talis, respectu

peccatorum iustorum sanctificatorum ratione solius gratiæ habitualis; unde debito modo posset Deipara Domina iterare illud fictitæ Deæ Junonis, apud Virgilium lib. 1. Æneidos:

*Asp. ego, quæ Divum incedo Regina,
Iovisque,
Et Jovis, & coniux.*

40. Probatum quoad reatum pænæ temporalis, licet contrarium teneant adhuc in Christo Domino plures Theologi cum Eximio Suarez, & Emiratissimo Lugone; nam iuxta Sanctos Patres, & Theologos, debet concedi Deiparæ Dominae ut tali, scilicet ratione maternitatis Dei, cui hoc debetur, omne id perfectionis, ac excellentiæ; quod possibile est, & non opponitur rationi; ut in præcedente sectione ostensum est: atqui mundare animam à reatu pænæ temporalis est, aliquid possibile perfectionis, ac excellentiæ. utpote quod convenit gratiæ baptismali, & visioni beatificæ, quæ sunt formæ sanctificantes, & non opponitur rationi, sed potius consentaneum est rationi, quod concedatur ex debito Maternitati Dei: ergo. Minor constat; tum argumentorum solutione, tum etiam quia indecens esset; Reginarum Matrem Dei esse ream alicuius pænæ temporalis apud ipsum Deum filium eius, ut re perpendenti patebit; maxime si placeat singularis sententia N. P. Generalis Thyrifi Gonzalez, tom. 3. disp. 8. vbi late, ac eruditè probat, non posse adæquatè; & totaliter remitti peccatum quoad reatum culpæ, manentè reatu quoad pœnam temporalem; videatur ibi sect. 4. per totum.

41. Roboratur conclusio quoad utrumque reatum: nam quilibet reatus culpæ, & pænæ, constitueret Matrem Dei ream; esse autem ream est ignominia; quæ ex matre Dei redundaret in filium Dei; ut in præcedente sectione arguebat Angelicus Doctor; ac proinde ab omni huiusmodi ignominia Matrem Dei liberam adstruebat Doctorum lumen S. Augustinus ibidem, num. 3. scilicet propter honorem Domini, qui omnino liber debet esse, non solum à reatu culpæ, sed et à reatu pænæ, ut innuit, ac illustrat efficaciter illatione S. Paulinus in panegyri de obitu Celsi, vbi canit sic:

Nam neque deleret culpas, nisi liber ab illis,

Nec laxare reos posset. Quæ ipse reus,

42. Sed dices, & objicies primò. Non repugnat maternitati Dei obligatio orta ex voto, & ex præcepto: ergo nec obligatio orta ex culpa præterita, quæ quidem obligatio est reatus pænæ.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam; nam ex priori obligatione non oritur aliqua indecentiar. pugna Matri Dei, & redundans in filium Dei, sed potius maior gloria ipsius; at ex posteriori obligatione oritur indecentia indigna Matri Dei, & filio Dei, scilicet esse ream; cuius ignominia redundaret in filium Dei, ut supra dictum est.

43. Objic. 2. In casu questionis non esset verum dicere, Matrem Dei ut talem peccasse: ergo nec esse ream Matrem Dei.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam; nam idem non diceretur peccasse Matrem Dei, nec esse peccatricem, quia posita maternitate Dei, tolleretur peccatum, à quo posset vere denominari peccatrix: atqui per vos non tollitur reatus; à quo posset vere denominari ream, quod absit.

44. Objic. 3. Obligatio solvendi; seu reatus pænæ, non est formalitèr culpa, nec peccatum: ergo nec est indecens, nec reptigans Matri Dei.

Respondeo, transeat antecedens ex sententia proxime memorata num. 40. & nego consequentiam; quia indecens est, & repugnans Matri Dei, esse ream ratione reatus pænæ apud Deum filium ipsius, in quem huiusmodi ignominia redundaret; ut satis ponderatum est; & ultra confirmari potest paritate petita ab humanis; Aliæ autem obiectiones, quæ possunt occurrere, facili negotio solventur ex dictis, & etiam dicendis.

SECTIO III.

AN IMPECCABILITAS Deiparæ Dominae tanta sit, ut extinxerit fontem peccati?

45. Fontes peccati est appetitus sensitivus, non quidem secundum

dum se præcise, sed prout inclinatur ad bonum sensibile illicitum & prævenit, ac resistit dictamini rationis; unde si libere amplectatur, peccatum resultat: ac proinde appetitus ita consideratus dicitur fomes peccati in actu primo, & ipsa actualis inclinatio dicitur fomes peccati in actu secundo. Rursus, fomes peccati consideratur ut ligatus, dum ab extrinseca Dei providentiâ removere occasiones impeditur operatio illius consideratur autem ut extinctus, dum ab intrinseco principio ita sub ordinatur rationi, ut nequeat prodire in actum, nisi ex imperiorationis: hoc posteriori modo consideratur fomes naturæ humanæ in statu innocentie, siquidem ex peccato originali naturæ lapsæ inclinatur in peccatum actuale, & resistit dictamini rationis, ut omnes vno ore fateantur.

SVBSECTIO VNICA.

SENTENTIA AFFIRMATIVA stabilitur, & ab argutijs liberatur.

46. **P**lacet sententiâ, & conclusio affirmans; tantam esse impeccabilitatem Deiparæ Dominæ ratione Maternitatis Dei, ut nec habuerit, nec habere potuerit fomitem peccati, sive in actu primo, sive in actu secundo, nisi extinctum omnino. Hæc conclusio defensatur à pluribus Theologis, & debet defensari à Sanctis patribus supra citatis pro omnimoda impeccabilitate Deiparæ Dominæ, præsertimque à D. Thomæ laudato sectione prima huius disputationis.

47. Probatur primò, quia iuxta Sanctos Patres, & Theologos, debet concedi Deiparæ Dominæ ratione Maternitatis Dei omne id perfectionis ac excellentiæ, & puritatis, quod possibile est, & manifeste non repugnat rationi, ut supra ostensum est, num. 3. & 40. atqui quod Deipara Dominæ non habuerit, nec habere potuerit fomitem peccati, sive in actu primo, sive in actu secundo, nisi extinctum omnino, est

aliquid possibile perfectionis, ac excellentiæ, & puritatis, & manifeste non repugnat rationi; ut argumentorum solutione patebit: ergo concedendum est hoc Deiparæ Dominæ ratione Maternitatis Dei.

48. Probatur 2. Santissima Virgo MARIÀ ut Mater Dei, sive ratione Maternitatis Dei, non habuit, nec habere potuit peccatum originale, cuius pœna, & effectus temporalis est fomes peccati; sed potius habuit semper iustitiam originalem, quæ excludit fomitem peccati, nisi omnino extinctus consideretur; ergo Antecedens constat ex supra stabilitis eâ sectione prima, cum D. Thoma, & alijs Sanctis Patribus; ampliusque constabit ex infra stabiliendis disputatione sequente.

49. **O**bjc. 1. Fomes peccati sufficienter saluatur in eo quod retrahatur à bono ratione difficultatis, v. g. in morte subeunda; atqui hoc non repugnat Deiparæ Dominæ; ergo.

Respondeo in primis per retortionem in Christo Domino; unde directe nego maiorem, nam fomes peccati debet esse preveniens, & resistens rationi, inclinans que in malum; retrahere autem à bono ratione difficultatis obiecti, oritur ex ipso obiecto, & ex natura secundum se.

50. **O**bjc. 2. Fomes peccati datur, dum appetitus sensitivus prosequitur obiectum sensibile interveniente pugna interiori spiritus, ac carnis; atqui hoc non repugnat Deiparæ Dominæ; ergo.

Respondeo per retortionem factam in Christo Domino: deinde distingo maiorem si hoc fiat ex imperio rationis, & cum subordinatione appetitus respectu rationis: nego: si fiat e contra; concedo maiorem: unde ad minorem dico, non repugnare Deiparæ Dominæ illud prius, sed illi repugnare hoc posterius; siquidem eius appetitus solum prosequabatur obiectum sensibile iuxta imperium, aut permissionem rationis, cui subordinatus erat.

51. **O**bjc. 3. Actus fomitis peccati possunt esse meritorij, & non culpabiles: ergo.

Respondeo, facta eadem retortione, nego antecedens; nam actus fomitis peccati ut tales sunt contrarij rationi, ei que resistunt, atque inclinant in malum, ut supra dictum est: sicque se habent actus primo primi provenientes à fomite peccati, qui etiam excluduntur à Deipara Dominæ, cuius om-

nimoda

nimoda immunitas ab hoc effectu peccati originalis ultra constabit ex iam stabiliendis.

DISPUTATIO II.

DE IMMUNITATE Deiparæ Dominæ à peccato originali in particulari.

1. **P**lanâ restat via ad stabiliendam immunitatem Deiparæ Dominæ à peccato originali ex præcedenti disputatione, in qua satis dare ostensum est, adhuc stando, principijs Angelici Doctoris D. Thomæ debere defendi omnimodam impeccabilitatem, ac immunitatem Deiparæ Dominæ ab omni peccato etiam originali: sed quia eius immunitas à peccato originali in particulari exigit latiore disputationem, fas est de ipsa particularem hanc disputationem instituire. Et quidem recta methodus exigebat in primis explanare plura de peccato originali; sed ne à me non instituto divertere statim videtur, de his plenâ manu postea disputabo, & pro nunc sufficere ex infra statuendis supponere; peccatum originale esse ipsum peccatum Adami prout moraliter, ac interpretative fuit peccatum nostrum, & prout in nobis moraliter perseverans, nepe, ut moraliter intrinsecum nobis, & proprium singulis posteris ipsius protoparentis Adamij ut suo in loco constabit.

SECTIO I.

AN DE FACTO DEIPARA DOMINA præservata fuerit, & immunis à peccato originali?

2. **N**egotium sæculorum, & hoc sæculo maxime, controversum, agitur

tur, quod iam pridem à primis tenentur ætatis annis defendendum de vobis; eodemque voto, in obsequium debitum Deiparæ Dominæ plures celebriores Academia orbis obstruuntur. Sed cum hæc res magni momenti sit, statusque præfens ipsius in Ecclesia Catholica solemniter celebratus in vestigandus sit; fas est notamentâ aliqua præmittere pro infra stabiliendis.

3. Notò primò. Conceptionem Santissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei à pluribus Sanctis Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ; haberi; & dici supernaturalem scilicet ex aliqua parte: non quidem eo quod fuerit sine conjugio, & copulâ maris ac femine, ut aliqui insipienter confinxerunt; sed quia ex parentibus senibus ac sterilibus fuit; simulque quia eadem die octava Decembris; in qua fuit comprehensio feminum in utero materno, interveniente aliqua un horarum in spacio, fuit vique miraculo se organum tantum corpuscu un perfectissimum fuitque infusa anima purissima Deiparæ Dominæ; ut erudite comprobatur auctoritate, & ratione Sapientissimus P. Didacus Grana do tomò 4. contròv. 2. trac. 1. disp. 3. sec. 1. §. 2. Quid quid sit; an maius spatium temporis decurrens usque ad eius natiuitatem dicendum sit res supernaturâ is; vel res naturalis? Siquidem Medicus Peramatus libro de hominis pro creatione, cap. 9. & Ioannes de Pine la lib. 1. de rebus Salom. cap. 10. demonstrant; sæpe esse naturalem dilationem partus humani ultra nonum mensem à Conceptione.

4. Notò secundò. Conceptionem humanam philosophice sumptam esse comprehensionem ac retentionem feminum seminum in utero materno; Conceptionem vero Theologicè sumptam esse infusionem animæ, ita ut rite ab Ecclesia Catholica extendatur nomen Conceptionis ad hanc animationem; immò etiam ad sanctificationem animæ rationalis, ut ostendit laudatus P. Grana do ibidem. Quid quid sit denominè; an illa animatio dicenda sit conceptio corporalis, & illa sanctificatio dicenda sit conceptio spiritualis, ut intendit Vincentius de Bandelis; sec. 1. p. 2. ad rationem 10.

5. Notò tertio. Conceptionem Santissimæ Virginis MARIÆ Matris Dei solemniter celebratam ab Ecclesia Catholica; & iussu celebrari à Summis Pontificibus, esse sanctificationem; omnimodamque immunitatem

ratem à peccato originali in primo instanti reali animationis; ita ut ipsa conceptio corporalis omnino immaculata fuerit sine vili præcedentia peccati originalis. Constat enim hanc esse traditionem Ecclesiæ, mentemque ipsius, & Summorum Pontificum à Sixto IV. felicis recordationis, cuius constitutiones observandas decernit Concilium Tridentinum sess. 5. & cuius Bullam extravagantem transcribit Emmanuel Rodrigues in suo Bullario; ibique expresse inquitur natà excommunicationis, & maledictionis æternæ antiqua sententia tenens, Romanam Ecclesiam solum celebrare Virginis MARIÆ Conceptionem spirituales, seu sanctificationem scilicet præsupponentem peccatum originale in primo instanti reali animationis, ut perperam in re defendebat cum alijs citatis vincencius de Bandelis.

6. Deinde, Ecclesia Catholica non solum celebrat Conceptionem Immaculatæ Virginis Matris Dei, sed etiam Immaculatam, sanctamque Conceptionem ipsius, quam his titulis nobilitat in eius officio Ecclesiastico, & similibus honorificat Sixtus IV. in allegata Bulla, quam postea infrastravit, confirmavitque Alexander VI. in alia Bulla, quæ incipit: *illius qui se* &c. proindeque non sunt audiendi illi, qui veritatem hanc obscurare conati sunt ex quadam resolutione, seu decreto Cardinalium supremæ Inquisitionis generalis dato Romæ die 20. Ianuarij, Anno 1644. tale enim decretum lucem non vidit, nec unquam promulgatum fuit, si forsitam extitit in rerum natura, de quo consuli potest P. Christophorus Vega palæst. 4. cert. 1. num. 492. de auctoritate autem, quam habent declarationes, seu decreta Cardinalium, & quæ carent, nisi promulgata sint modo iniuncto ab Urbano Octavo, consulatur Illustrissimus Peruntinus Villaruel in suo Regimine Ecclesiastico, seu duplici gladio, parte 1. quæst. 2. art. 3. à num. 44.

SVBSECTIO I.

SENTENTIÆ REFERTUR.

7. PRIMA sententia oblivioni donanda, & silentio damnata,

negabat immunitatem Deiparæ Dominae MARIÆ à peccato originali: ita plures antiqui citati, & sequuti à Vincentio de Bandelis, & ab alijs, a quorum citatione consulto supercedeo, eo quod res odiosa sit: defalsitate autem quæ, in hac sententia allegatur aliqui Sancti Patres, & Doctores Ecclesiæ infra constabit.

8. Secunda sententia ex diametro opposita affirmat immunitatem omnimodam Deiparæ Dominae Mariæ à peccato originali per præservationem ex meritis Christi Domini: in hanc pijsimam sententiam maior pars Ecclesiæ Catholice conspiravit, ex Sacra Scriptura, ex Apostolis, ex summis Pontificibus, ex Sacris Concilijs, ex sanctis Patribus, ex primarijs Doctoribus, ex celebrioribus Academicis totius orbis, ac demum ex rationibus vrgentissimis, & paulo infra patebit.

9. Tertia sententia, aut potius error, affirmabat, Deiparam Dominam MARIAM ita immunem fuisse à peccato originali, ut fuerit concepta de Spiritu Sancto eo modo, quo creditur de Christo Domino: ita delirarunt aliqui homines imperiti quos suppresso nomine dat P. Granado de Conceptione, disp. 3. cap. 1.

10. Quarta sententia affirmabat, Deiparam Dominam MARIAM ita immunem fuisse à peccato originali, ut hæc immunitas fuerit illi connaturalis: ita alioquot recentiores, quos ducat P. Maginus in suo tract. de peccatis, & quem laudat ac commendat P. Vega, tom. 1. suæ Theol. Matpalæst. 5. cert. 6. num. 592. vbi hanc elucidationem auctoritate, & ratione probare conatur, ac demum vindicat à censura num. 594. licet falsitatis nota inerat num. 595.

11. Quinta sententia, pro quâ etiam citatur ipse Maginus, est expressa Illustrissimi Caramuelis, tom. 2. suæ Theologiæ rationalis, tractatu ibi inscripto si; *Positio- nes Metaphysicæ vitæ, & dotes Beatissimæ Virginis dilucidantes*, vbi per totam thesism 8. proponit singulari in discursum, quo P. Granadus tom. 4. in 3. p. cont. ov. 2. tract. 1. disp. 2. sec. 2. num. 8. vsus erat iam pridem ad probandam immunitatem à peccato originali connaturalem humanitati Christi Domini, licet ea non fuisset assumpta à Verbo Divino: discursum sane in re proponit ipsum, aut similem, licet P. Granadum minime laudet, applicat enim Caramuel ad rem diversam, videlicet ad humanitatem

Sanc-

SVBSECTIO II. VERA SENTENTIA statuitur omnigena auctoritate.

Sacratissimæ Virginis MARIÆ; & licet titulus superimpositus illic thesi octavæ sit de Ente possibili Mariano, nihilominus iure non loquitur de possibili in alia providentia, sed de ipso facto in hac providentia; inscriptio enim illius tituli desumpta est ex ipsa methodo, qua ibi tractat de Sanctissima Virgine MARIA, & eius dotibus, seu attributis; omnino simili methodo, qua in Methaphysica tractatur de Ente possibili; & eius attributis: alii sensus loquutionis realis desumitur ex conclusione huius Actoris in corpore illius thesi octavæ, ut ipsum consulenti, & digne legenti perspicuum erit.

12. Sed ut mens huius Auctoris (de cuius probitate, aut improbitate in hoc puncto non curato) omnibus per via sit, transcribo hic fideliter verba; quibus, ipse ibidem eloquitur, & concludit discursum sic: *Condotur natura humane lapsæ Deûs illamque redempturus, carnem humanam vult adsumere; & à femina nasci. Sed à qua purissimus, & immaculatissimus? A Virgine Purâ, & Immaculatâ; est in tota Adami genealogia, in omni possibili posterorum Adami serie, nulla erat creatura pura. Peccarat Adam, & posteros omnes insecuravit. Convertit igitur oculos Deus ad hominem Biquem: cuius care potuit, cum produxit Adamum; ad hominem, qui non fuerat, adeoque non peccaverat: eius posteros insecuravit, & omnes immaculatos esse reperit; & ex illis eligit personam M. hoc est MARIAM, quæ stando naturali cui sui verus erat non futura, non enim pertinebat ad genealogiam, & posteros hominis A (scilicet Adam) à Deo producti, sed ad posteros Adam transulit; licet enim causa A non possit naturâ aliter producere effectus causa B; illos potest producere miraculose, & supernaturaliter) hanc implantavit Joachim, & Anna lumbis etiam miraculose, & insit ab his causis procedere; à quibus nunquam omnino processisset, si non intersuisset miraculum.*

13. Nec tamen ibi unquam hic Auctor asseruit, Sanctissimam Virgine MARIAM non fuisse filiam Adam; quod nefas esset; quod hanc mireculose translata fuisse à Deo à posteros Adam; proindeque vititit ibi metaphorâ implantationis, seu infertationis. porly *implantavit*, non quidem unius rami diversæ speciei, sed diversæ stipitis, in arborem: cui fructus debeat attribui quasi filius illius. Sed quidquid sit de hoc, & de hac sententia Caramuelis; & Magini ad aliam verissimam sententiam omnibus gratam probandam devenio.

14. PLacet vera sententia proposita supra num. 8. secunda in ordine, sed prima in dignitate, utpote quæ consulit dignitati Deiparæ Dominae, & defendat immunitatem omnimodam ipsius à labe peccati originalis in primo instanti reali animationis. Hæc veritas ostenditur primò auctoritate Sacrae Scripturæ; tam in veteri testamento per umbras, ac figuras; ubi incombusi Moisis, arcæ fœderis salvæ mari rubro alteriusque arcæ Noemi immunis ab univetsali naufragio dilubij; ut exponit unanimiter Sancti Patres, & Doctores Ecclesiæ. Quam in novo testamento per clarissima testimonia, quæ ab ipsis expendantur; & supra satis insinuata manent. Nec tamen fas est omittere illa verba Dei, Genes. 1. vbi serpenti ait: *inimicitias poniam inter te, & mulierem ipsa conteret caput tuum.* sub capite autem serpentis inuultur peccatum originale, ut ex Sanctorum Patrum intelligentia deducit Illustrissimus meus Salazar de Concept. c. 19. Consonatque illud Cantic. cap. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* vbi plures legunt, & plerique intelligunt loqui de macula originali; quibus praupit, Poeta, dum sicce caoit:

Vnam nec maculam natura reliquit ista; ista;
Ad caput à plantâ transvolat iste decor.

15. Ostenditur secundo auctoritate Sacrorum Apostolorum, Sacrorum Conciliorum Summorumque Pontificum; nam S. Iacobus minor in sua liturgia, quæ habetur tom. 6. Bibliot. sic eloquitur: *Dignum est, te vere, beatam dicamus, Deiparam semper beatam, & omnibus modis irreprehensam, & Matrem Dei nostri honorabiliorem quam Cherubim, & gloriosorem quam Seraphim.* Consonant SS. Andreas, Mattheus, Mathias, Marcus, Lucas, videndi apud Patrem Vegam palæst. 1. 3. per septem certamina, & palæst. 3. certam. 5. vbi num. 258. adducit aliquos Auctores ex isti-

existimantes, sanctam fuisse ab Apostolis immunitatem Deiparæ Dominæ à peccato originali in Concilio Apostolico Hierosolimitano, de quo Consilio fit mentio Actorū 15. & clare constat ex verbis Sancti Theophontis discipuli Sancti Iacobi Maioris allegatis ibidem, & à P. Rhodæ hic, §. 3. unde hanc fuisse definitionem Apostolicam probat P. Granadus hic, sect. 6. à num. 74. Allegantur etiam Concilium Basileense, sess. 36. & Concilium Tridentinum, ubi supra. Accedunt Summi Pontifices Sixtus IV. & Alexander VI. supra adducti; ac demum Alexander VII. immortalis memoriæ in solemniori Bulla, quæ incipit, *solicitudo omnium Ecclesiarum*, sub data Romæ die 8. Decembris, anno 1661.

16. Ostenditur tertio auctoritate Sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ, quorum innumera testimonia congerunt Auctores Jesuitæ, & Scotistæ, velut agmine facto militantes pro hac veritate immaculatæ Conceptionis Virgineæ; inter quos Memorata Albà æterna memoria dignus est. Sufficiat pro omnibus illis loqui sex primarios Doctores Ecclesiæ: nam S. Augustinus 10. 6. oper. cap. 36. de Nat. & Grat. sic eloquitur: *Excepta itaque sancta Virgine MARIÆ de qua propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo questionem.* S. Ambrosius in officio Conceptionis Minorum approbato à B. Pio V. edito que Lugduni anno 1544. sic fatetur: *Hæc est virgo, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.* S. Hieronymus in Officio Conceptionis Hispalensis, lect. 1. secundæ diei, fictionat: *Quidquid in MARIÆ gestum est, totum puritas totum gratia est.* S. Gregorius Magnus ad illud Isaïæ cap. 2. *Erigit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium:* addit, MARIAM montem esse supra omnes Angelorum choros præparatum, & usque ad solium deitatis erectum. Seraphicus Doctor S. Bonaventura, serm. 2. de B. Virg. in tom. 3. oper. pag. 389. sic procedit: *Dominæ nostræ fuit plena gratia præveniente in sua sanctificatione, gratia scilicet præservativa contra fedicitatem originalis culpæ.* Angelicus Doctor S. Thomas in opusculo de charit. alludens ad illud sapientiæ 7. *nihil inquinatum in eam incurrit, candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis;* & *imago bonitatis illius:* sic consonat; hanc fecit Dominus infinitam imaginem bonitatis suæ ubi expresse loquitur Deipara de Dominæ.

17. Rursus, ipse Angelicus Doctor in

1. dist. 44. quæst. vnic. art. 3. ad 3. hæc aurea verba profert, quæ clariora esse nequirent. *Dicendum, quod puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest esse aliquid creatum in veniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla peccati contagione inquinatum sit; & talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit.* Quid ad hæc Vincentius Bandelus: Hæc enim verba eodem modo absoluto procedunt de peccato originali, ac de peccato actuali: ergo æque absolute immunis fuit à peccato originali, ac à peccato actuali Deipara Dominæ, sine vllâ chimericâ discriminatione, quæ sane criminosa est.

18. Ostenditur quarto auctoritate irrefragabili Ecclesiæ Apostolicæ Romanæ, in Summis Pontificibus, in Cardinalibus, in Archiepiscopis, & Episcopis, in Pontificijs, ac Regijs Academijs, in plerisque Sacris Religionibus, inter quas caput extulit Iesuitica, cuius secundus Generalis Theologusque Summorum Pontificum in Concilio Tridentino Sapientissimus P. Iacobus Laines, omnium Patrum acclamatione, ad tres usque horas protraxit orationem pro Immaculatæ Conceptione Deiparæ Dominæ, à qua miraculosam sanctitatem à se huiusmodi tanquam recepit, ut referunt nostri Auctores, Vega, Pineda, & Salaz. cap. 42. quos cum alijs ad septingentos usque militantes pro veritate nostræ conclusionis tradit P. Menado in sua Statera, dissertat. 13. q. 1. §. 2.

19. Ostenditur quinto ulteriori auctoritate eiusdem Ecclesiæ, quarum tantum non pauci existimantes, inde inferri hoc mysterium esse iam definitum virtualiter, ac æquivalenter; scilicet ex eo quod ab ipsa Ecclesia solemniter celebretur, officio Missæ, Iubilæi, sac. indulgentijs, omnibusque illis prærogativis, quibus ipsa vititur in alijs mysterijs definitis, & incarnationibus Sanctorum solemnioribus. Immo in eiusdem purissimæ Conceptionis maiorem cultum pluræ extant ædificata templa, institutaque monasteria Monialium, quæ simul, ac ordi Equitum Militarium (sub thesæra purissimæ Conceptionis, Pontificiam approbationem acceperunt à Papa Urbano Octavo. Missæ facio revelationes plures de eodem mysterio, quæ passim obvise sunt in Auctoribus fide dignis, & videri possunt apud P. Vegam supracitatum; præsertimque fides debetur ijs, quæ ex S. Brigitta adducuntur, & pote quæ gaudent Ecclesiæ approbatione.

SVB-

SVBSECTIO III. EADEM VERITAS stabilitur multiplici ratione.

20. PRIMA ratio est, & desumitur, ex eo, quod Sanctissima Virgo MARIA in primo instanti reali suæ Conceptionis consideranda sit; non solum ut filia Adami à suis Sanctis Parentibus Ioaehimo, & Anna progenita, sed etiam ut Mater Dei electa, ac ordinata ab æterno ab ipso Deo singulariter; ita ut proinde non in illo priori sensu, nec ratione filiationis communis Adami, sed in hoc posteriori sensu, & ratione singularis Maternitatis Dei; competat ipsi Sanctissimæ Virgini MARIÆ gratia singularis, quæ sane alijs posteris Adami non competit, ut fatentur vno ore adversarij, dum in illo primo instanti reali Conceptionis Mariæ sanctificationem attribunt Deiparæ Dominæ; secus tamen alijs filijs, seu posteris Adami; & simul dum fide credunt, ex tunc singulariter immunem fuisse, ac permansisse ab omni peccato actuali adhuc veniali, quin hæc singularis gratia in alijs credatur: ergo eodem iure tenentur fateri, immunem utique fuisse singulariter à peccato originali, ut proxime demonstrabam ex D. Thoma, num. 17. & aliorum Sanctorum Patrum testimonijs demonstrat P. Granadus ubi supra, sect. 19. num. 216.

21. Roboratur: nam Concilium Tridentinum sess. 6. can. 23. deducit, ac definit, Sanctissimam Virginem MARIAM fuisse immunem ab omni peccato actuali personali adhuc veniali, ex eo quod electa fuerit Mater Dei, cui repugnat tale peccatum: ergo ex eodem capite fuit utique immunis à peccato mortali originali; & quidem potiori iure, si qui sem peccatum veniale personale non excludit gratiam habitualement, quam tamen excludit peccatum mortale originale unde se patet. Unde S. Dionysius lib. de Ecclesiast. Hierarc. cap. 2. ait: *Peccatum originale esse habitum dissimilitudinis ad Deum in homine: quod absit à Matre Dei, in qua infinitam imaginem similitudinis ad Deum An-*

gelicus Thomas proxime prædicabat; & rursus, nil aliud similis Deo esse, edocuit ipse, 2. 2. quæst. 105. art. 4. ad 2. pluresque Sancti Patres supra citati in ipsa Matre Dei identitatem potius quam similitudinem cum Deo prædicarunt. Optime igitur convincitur immunitas Mariæ à peccato originali ex hoc capite Maternitatis Dei, ut iam pridem edocuit ipsius imago sacratissima exprimes hæc verba: *De me natus est IESVS: ergo sine labe concepta sum.*

22. Confirmatur: nam teste S. Gregorio Neocæsariensi Antistite in orat. 1. de Angel. *Ex omnibus generationibus, hanc solum elegit sibi gratia: rationemque assignat à priori S. Ioaues Damascenus in orat. 1. de Nat. Deip. Dom. sic: Non enim MARIAM effecit Matrem natura, sed gratia: plauduntque plerique Sacre Theologiæ Præsules, & Sacrarum Scripturarum Corifæi, ex illo Prophetæ Zachariæ, cap. 4. *Educat lapidem primum, & exequabit gratiam gratia eius, sive ut alij aliter legunt; educet lapidem primum cum clamoribus gratia gratia; ut videre est apud P. Ripaldam, tom. 2. disp. 79. sect. 2. num. 7.**

23. Secunda ratio est, quia plures Sancti Patres apud ipsum Ripaldam ibidem, sect. 8. num. 59. docent, Christum Deum hominem obligatum fuisse præcepto naturali suæ Matrem honorandi, & liberandi ab infamia peccati, quæ in ipsum refunderetur, ut supra ostensum est cum Divo Thoma ex varijs Sacre Scripturæ testimonijs ab ipso allegatis num. 12. Maxime cum ipse cum elegerit sibi Matrem, proindeque ipsi impureretur infamia, quam potuisset; & nolisset impedire in suâ Matre; sicut à simili discurre licet inhumanis.

24. Tertia ratio est, quia indecorum, ac indecense esset, Sanctissimam Virginem MARIAM eligi à Deo, ut esset Dominæ; Reginaque Angelorum Sanctorum, si aliquando fuisset ancilla dæmonis: ratione peccati mortalis originalis, ut optime ponderat inter alios Sanctos Patres, S. Anselmus laudatus in officio Purissimæ Conceptionis approbato à Sixto IV. per hæc verba: *Angelos (alijs peccantibus) à peccato servavit; & faminam Matrem suam futuram ab aliorum peccatis exortè servare non potuit? In æternitate celsitij sui statuit; eam dominatricem, & Reginam fore Angelorum; & nunc inferiorem gratia Angelis datam in consortium conceptam esse crederemus hominum peccatorum absit.*

Quar-

25. Quarta ratio est, quia Deipara Domina non solum Angelorum, sed etiam hominum Regina electa, & inaugurata à Deo debuit produci ab ipso decorata gratiâ, qua Angelis, & primi homines Adamus, & Eva producti sunt à Deo: hæc enim gratia magis commendat infinitam Deiparæ Dominae dignitatem, magisque stabilis est, quam aliæ gratiæ naturales ac supernaturales, quæ ipsi conceduntur ab advertariis intuitu tantæ dignitatis, ut perpendenti patebit.

26. Quinta ratio est, quia in Deipara Domina defuerunt effectus proprii ac peculiare peccati originalis, quales sunt formæ peccati, dolores partus, corruptio corporis, & alij plures recensiti in iure canonico, præsentim in decreto Gratiani, in distinctionibus de penitentia, & de consecratione, ut videre est apud iuriconsultum Doct. D. Didacum Rocha, de Concep. cap. 16. ergo etiam defuit in Deipara Domina raliū effectuum causa, scilicet peccatum originale, ut legitima allatione perspicuum est. Mitto alias plures rationes probandi, quas ad quinquaginta, & ultra congeit noster Illustrissimus Salazar; nam hætenus datæ, si peccato animo accipiantur, satis superque veritatem meæ conclusionis cōvincunt.

SVBSECTIO IV.

EXAR MATVR OPPOSITA opinatio Bandellizantium.

27. **L**audatus proxime Rocha ex professo singulare certamen instituit cum Bandello, & Bandellizantibus, ibidem cap. 2. pag. 51. à num. 35. vbi cum nostro Eusebio, & Chryptophilo Mariano, demonstrat, Bandellum vitiasse auctoritates Sæctorum Patrum, ut malæ causæ perius patrocinium assumeret: quod etiam optimè ostendit Seraphicus Alba in suo armamentario apud nostrum Menicum differt. 13. q. 1. §. 2. Sed mihi scæ est, proxima subsektionē 2. tradidisse clarissimas, & indubias auctoritates sorum Sæctorum Patrum, quos sibi in

præcipuos patronos falso consinxit Bandellus.

28. Rursus, perperam allegat Bandellus loquutiones generales Sacra Scripturæ, qualis est illa Pauli ad Rom. 5. *Omnes in Adam peccaverunt*; à qua, & ab aliis æque generalibus excipitur singulariter Deipara Domina à Concilio Tridentino; & communi Sæctorum Patrum consensu, ut patet in illo Pro v. 24. *Septies in die cader in stus*; & alijs similibus: immo qui de hoc puncto plura velit, adeat P. Canisium, lib. 1. cap. 6. & P. N. Thyrium Gonzalez tomo 3. disp. 6. sec. 4. n. 26. qui sane ibidem disp. 4. sec. 5. in examen adducit sententiam Eximij Suarez tomo 2. in 3. p. disp. 3. sec. 4. & aliorum asserentium, Santissimam Virginem MARIAM in Adamo peccasse, non tamen contraxisse peccatum originale, de quo ego infra ex professo quæstionem instituiam.

29. Deinde, aliæ advertariorum difficultates circa singularem redemptionem præservativam Deiparæ Dominae ex meritis Christi Domini Redemptoris; & circa ordinem decretorum Dei pro stabilienda ipsa redemptione præservativa Deiparæ Dominae, dissolventur, & aperientur proxime in sektionē secunda immediata sequente, vbi explanabitur modus, quo Deipara Domina fuit immunis ad huc à debito proximo contrahendi peccatum originale; superfluum enim esset eadem idem iterare sine necessitate.

30. Denique, ad calcem addo, plures Sæctos Patres, & Doctores Theologos defendere, Deiparam Dominam non solum fuisse conceptam in gratia, quæ præoccupata fuit eius purissima anima, & præservata à labe originali; sed etiam fuisse conceptam in gloria, quæ beatificata, & glorificata fuit eius felicissima anima in primo instanti reali suæ unionis cum corpore: de quo consuetur inter alios P. Andreas Pinto Ramires, trac. de Concept. in apperdice, capite ultimo num. 1620. vbi eloquitur sic *MARIÆ maiorem debentur privilegia, quam alijs, ut fateetur D. Thomas 3. p. quæst. 27. art. 1. sed alijs accelerata gloria transitiva privilegium fuit; ergo Deipara maiorem hæc habuit accelerationem. Paulus paulo postquam gignitur ad gratiam, gloria superfunditur: ergo MARIA non paulo post, sed in ipso instanti, quo concipitur in gratia, beatur gloria.*
Quid ad hæc Bandellus?

(*)

SEC

SECTIO II.

AN DE FACTO DEIPARA Domina fuerit immunis à debito peccati originalis?

31. **C**um puritas intendatur per recessum à contrario, ut Angelicus Doctor asserbat supra num. 17. inquiritur nova intentio puritatis Marianæ per maiorem recessum à contrario peccato originali, cum investigatur immunitas ad huc à debito, seu obligatione contrahendi peccatum originale, siue sit debitum remotum, siue sit debitum proximum, ut infra explanabitur. Et quidem præsens quæstio iam pridem male audiebatur apud primæ notæ Doctores, qui affirmativam sententiam adstruentem immunitatem Deiparæ Dominae à debito peccati originalis notæ erroris invserunt: immo eam publice defendi prohibuit Sæptimum Concilium Sæctæ Inquisitionis Anno 1616. ut tradit Illustrissimus Salazar cap. 8. num. 26. postea tamen decursu temporis; & re tanti momenti diligenter examinata; plures Theologi primarij ipsam sententiam defenserunt, & publice defendari permittæ est ab eodem Concilio Sæctæ Inquisitionis, ut videre est apud P. Granadum hic. num. 249.

32. Negant igitur immunitatem Deiparæ Dominae à debito peccati originalis, non solum illi, qui eius immunitatem à peccato originali supra denegabant; sed etiam plures alij, qui hanc immunitatem à peccato originali supra defendebant; inter quos annumerantur Subtilis Scotus in 3. dist. 3. Eximius Suarez, tomo 2. in 3. p. disp. 3. sec. 3. Acutissimus Vasquez, tomo 2. in 3. p. disp. 115. cap. 3. & alij lætuda iab Egidjo, lib. 2. de Concept. q. 3. art. 2. licet sit dissidium apud ipsos circa tempus; in quo extitit tale debitum peccati originalis;

33. Affirmant è contra immunitatem absolutam Deiparæ Dominae à debito peccati originalis, non solum plures exteri cum Ambrosio Catharino in opusculo de Con-

cept. parte 1. cap. 1. sed etiam plerique nostri lesuitæ, inter quos sunt P. Valantia, tomo 2. disp. 6. q. 11. punc. 1. ad 1. Cardinalis de Lugo; Turrianus, Rhodes, Arriaga, Al-drete, Granadas, alijque Recentiores apud N. P. Thyrium Gonzalez. tomo 3. disp. 6. sec. 2. num. 13. quibus a parte ad farent S. Thomas, in 1. dist. 44. art. 3. ad 3. & B. Albertus Magnus apud P. Canisium lib. 5. de Deipara, cap. 27. vnde hanc sententiam nedum immunem ab omni notæ erroris, verum magis probabilem iam diu existimavit P. Granadus hic sec. 22. §. 2. num. 245. Sed quia dissidium est inter hos Auctores in explicanda hac sententia; & in exponenda natura debiti proximi, & debiti remoti, fas est mentem meam singillatim aperire.

SVBSECTIO I.

STABILITVR SENTENTIA affirmativa immunitatis à debito proximo, secus tamen à debito remoto.

34. **A**nte conclusionem præmittenda est explicatio debiti divisi in remotum, & proximum: debitum remotum dicitur obligatio, seu necessitas quædæ relucens in quolibet puro homine filio Adami ad hoc, ut ingrediatur pactum iniuriam Deo cum ipso Adamo, à tenta lege ordinæ rias nisi ex lege extraordinaria Dei general-pactum non ingrediat, sed excipiat singulariter à tali obligatione. Debitum autem proximum dicitur obligatio, seu necessitas quædam relucens in quolibet puro homine filio Adami ad hoc, ut peccet in ipso Adamo, & contrahat peccatum originale, si semel ingressus sit pactum generale iniuriam à Deo cum ipso Adamo capite totius generis humani, viâ generationis naturalis.

35. Placet sententia affirmans, Santissimam Virginem MARIAM de facto fuisse immunem à debito proximo peccati originalis, quia fuit Mater Dei; secus tamen à debito remoto, quia fuit filia Adami redemp-

T

raa

ta à Deo homine: ita plures cum P. Rhodes hic, quæst. 4. sect. 1. Probat; nam firmum iudicium Sanctorum Patrum, certumque principium Theologorum est Deiparæ Dominæ **MARIÆ** de facto concedendum esse omne id perfectionis, & excellentiæ quod non repugnat auctoritati, nec rationi, ut saepe ostensum est; in superioribus sectionibus: atqui quod de facto fuerit immunis à debito proximo peccati originis, quia fuit Mater Dei, non repugnat auctoritati, nec rationi, ut aperte constat multiplici auctoritate, & ratione à me allegata in proxima sectione 1. quæ equo robore præstant hanc priorem partem meæ conclusionis; secus tamen quod de facto fuerit immunis à debito remoto, quia fuit filia Adami redempta à Deo homine; siquidem aliter requiret verificari auctoritas, nec intelligi ratio exigens à Christo Domino fuisse redemptionem præservativam de facto: ergo. Ostenditur clarè hæc veritas: nam redemptio propria præservativa nulla esset, nisi Sanctissima Virgo **MARIA** saltim deberet ingredi pactum initum cum Adamo, attentà lege ordinaria, & via generacionis naturalis, ut ex dicendis patebit.

36. Dices; minimè sufficere huiusmodi debitum remotum ad hoc, ut Sanctissima Virgo **MARIA** dicatur vere redempta à Christo Domino; siquidem solum est obnoxietas, sive aptitudo quædam, & non repugnantia ad hoc ut comprehendatur in pacto à Deo inito cum Adamo protoparente, quod sane antecedit. Constat tamen est, quia tale debitum remotum est proprium debitum, cum sit moralis quædam necessitas vera, & propria ad hoc ut ingrediatur pactum commune, nisi singulariter exciperetur à Deo ex lege extraordinaria per merita Christi Domini, à quo proinde fuit vere redempta vi redemptionis præservativæ: vnde tale debitum non est solum obnoxietas, sive aptitudo; & non repugnantia, alioquin non esset proprium debitum, sicut tale non esset debitum Petri respectu Pauli ex sola obnoxietate, sive aptitudine, & non repugnantia Petri ad hoc ut debeat millennium Paulo, secus tamen ex vera morali necessitate, à qua præservaretur, ut infra expenditur.

37. Hinc constat, debitum remotum salvati in Sanctissima Virgine **MARIA** ratione illius necessitatis morali vere, quædam lata ex lege ordinaria; licet ex lege ex-

traordinaria excipiatur, & liberetur vis singularis præservacionis, cui non repugnat verum debitum remotum, ut ex eius superioriori explicatione clarescit, & amplius patefiet ex sequente difficultatum enodatione.

SVBSECTIO II.

DIFFICULTAS DECRETORUM DIVINORUM EXPENDITUR, & EXPENDITUR.

38. **A**rditas componendi ordinem decretorum divinorum cum singulari præservativa redemptione Deiparæ Dominæ per merita, ac passionem Christi Domini, adeo vexavit Theologorum ingenia, ut ipsos in varias sententias, diversosque modos discurrendi, abire coegerit. Et quidem difficultas inextricabilis videtur in plausibili Theologia, & principijs Angelici Doctoris defensionibus motivi Divinæ Inca nationis fuisse redemptionem generis humani, taliter ut Adamo non peccante, Christus Dominus non veniret, ipseque sit prædefinitus ut redemptor in carne passibili occasione peccati originalis, & in remedium ipsius: stantibus enim his principijs, videtur non posse componi ordinem, ac seriem decretorum Dei, ita ut rectè intelligatur præservativa redemptio Deiparæ Dominæ à peccato originali, debitoque proximo libera per merita, & passionem ipsius Christi Domini Redemptoris.

39. Res tamen tota componitur, si cum P. Rhodes, & alijs placeat discurrere, ac disponere ordinem decretorum Dei sic. Pone signa tria ab æterno, licet alij plura alia signa ponant: in primo signo *absolute* decrevit Deus, existere Adamum & plures eius posteros; *absolute* tantum decrevit, existere Divam Virginem **MARIAM**, si postea nimirum decernat ipse Deus, existere Christum Dominum & hic postulet illam Virginem in suam matrem. In secundo signo, Deus pactum iniit cum Adamo, & eius posteris; excipiendo tamen *conditionate* Divam Virginem **MARIAM**, si eam excep-

tio-

tionem, ac præservacionem pateret Christus Dominus. In tertio signo, Deus, præviso peccato Adami, & prædefinito Christo Domino, ut Redemptore, ac passibili, decrevit *absolute* existere Divam Virginem **MARIAM**, ipsamque *absolute* excepit à pacto ex meritis absolutis Christi Domini; ex quibus conditionatis, seu conditionate prævisis antea exceperat illam conditionate. En rectus ordo decretorum Dei, quo rectè observato, percipitur modus componendi redemptionem præservativam Deiparæ Dominæ ex meritis Christi Domini cum eius immunitate à debito proximo contrahendi peccatum originale, sine vlla repugnantia in nostris principijs.

40. Replicabis tamen: in illo secundo signo à me exposito non erant futura merita Christi Domini: ergo in tali signo non potuit liberari Diva Virgo **MARIA** à debito proximo ex meritis Christi Domini.

Respondeo, distingo antecedens; non erant futura *absolute*; concedo: non erant futura *conditionate*; nego antecedens; & distingo consequens: in tali signo non potuit liberari *absolute*; concedo: in tali signo non potuit liberari *conditionate*; nego consequentiam. Ratio est, quia eodem modo, quo in tali secundo signo existunt merita Christi Domini, nempe *conditionate*, possunt utique influere, nempe *conditionate*; proindeque ex illis *conditionate* prævisis præservatur Diva Virgo **MARIA** *conditionate* in eodem signo; & ex ipsis *absolute* prævisis præservatur Diva Virgo **MARIA** *absolute* in alio tertio signo; ut satis expositum est;

41. Ex dictis dissolvuntur aliæ replicæ facillimo negotio: immo etiam evolvuntur diversæ aliorum sententiæ; qui ambulant *vias non bonas*, sed difficiles, ac salebrosas; uti est ea specialiter excogitata à P. Ambrosio de Peñalosa in vindictijs B. V. disp. 7. num. 39. & disp. 10. cap. 5; vbi tenet Adamum non interfecisse naturam humanam peccato originali per solam transgressionem præcepti divini, sed per hanc ut coniunctam cum in penitentia durante usque ad prolationem sententiæ divinæ comminationis; taliter ut Diva Virgo **MARIA**, tempore intermedio inter prævaricationem Adami, & eiusdem Adami in penitentiam, fuerit per merita Christi Domini educta à pacto, in quo simul cum reliquis posteris inclusa fue-

rat. Hic enim singularis modus discurrendi contrarius videtur recto sensui Sacræ Scripturæ; tum *genes. 2. v. 17.* vbi Deus solam conditionem transgressionis sui præcepti expresse apposuit per illa verba: *in quocumque die comederis ex eo, morte morieris*: tum *genes. 2. v. 17.* vbi Deus sententiam ferens adversus Adamum protoparentem ait: *quia audisti vocem uxoris tuæ, & comidisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes; maledicta terra in opere tuo &c.* Consultatur pro alijs N. P. G. Thyrsus Gonzalez, proxime citatus; disp. 7. per totam.

SVBSECTIO III.

DIFFICULTAS REDEMPTIONIS PRÆSERVATIVÆ DEIPARÆ DOMINÆ PLACATUR.

42. **A**ngelicus Doctor Aquinas 1. 2. q. 18. art. 3. in corpore; ex fide docet; *erroneum esse, dicere, non omnes homines indigere redemptione; quæ est per Christum*: quomodo ergo sine debito proximo Diva Virgo **MARIA** fuit vere redempta redemptione, quæ sit per Christum; & merita ipsius?

Respondeo verbis Apostolicis Summi Pontificis Alexandri Septimi in Bulla supra allegata pro Immaculata Deiparæ Dominæ Conceptione, vbi sic eloquitur: *Vetus est Christi Fidelium erga eius Beatissimam Matrem Virginem **MARIAM** pietas sententium, eius animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei providentia, gratia, & privilegio, intuitu meritorum Iesu Christi eius filij, humani generis Redemptoris, à macula peccati originalis præservatam immunem & in hoc sensu eius Conceptionis festivitatem sollemniter colentium & cetera tantum, crevit.* En vbi exprimitur redemptio præservativa Deiparæ Dominæ intuitu meritorum Iesu Christi filij eius, quæ utique eodem iure intelligitur circa debitum proximum, cum sufficiat debitum remotum; eo ordine decretorum Dei proxime

ex-

exposito, ut percipiatur optime natura huius specialis redemptionis præservativæ cōdistinctæ à redemptione post lapsum communi reliqui: posteris Adami: hanc quæ duplicem redempti cognoscunt, ac cōdistingunt Sancti Patres, & Doctores Theologi, ut videre est apud laudatum P. Granadum hic. sec. 25. ubi exponit auctoritates specie cōtrarias, atque eas procedere de sola redemptione communi, secus tamen de speciali præservativa ante lapsum, quæ utraque exemplis obvijs politicis explicari potest.

34. Hinc occurrit facilis solutio duplicis replicæ penitæ; tum ex eo quod redimere sciet idem ac iterum emere; tum ex eo quod nemo dicatur redimi, quam diu liber est, sed dum captivus est. Nam licet hoc utrumque verum sit de redemptione vulgari, & communi, quæ passim experitur; falsum tamen est de redemptione speciali præservativa, quæ aliquando potest experiri adhuc in humanis, v. g. si quis certo prævidens, seu præsciens, Petrum mittendum in carcerem ex debito, aut adducendum in captivitatem à barbaris, præservet Petrum, sive pecuniis, sine industria, ne in carcerem mittatur, aut ne in captivitatem adducatur; quod quidem maiori gratitudine dignum erit, ac si post factum redimeretur, ut rem consideranti parebit. Hæc sufficiant, quæ amplius ex infra dicendis patefient.

SECTIO III.

AN POSSIT VERIFICARI, & componi, Sanctissimam Virginem MARIAM defacto peccasse in Adamo, & tamen non cōtraxisse peccatum originale.

44. **S**ubtilis, utilisque hæc questio pro aliarum complemento;


visa est alicui noviter excogitata ab admodum Reverendo P. N. Generali Thyrio Gonzalez, tomo 3. disp. 4. per totam; ea tamen olim à nostris primarijs Doctores infractandis discussa est, ad hoc ut salva auctoritate Apostoli ad Romanos 5, *Omnes in Adam peccaverunt*; salva etiam maneret in unitas Deiparæ Dominæ à labe originaria contrahenda in primo instanti reali suæ conceptionis. Inquiritur igitur questio, utrum inter se cohæreant, & vere componantur hæc duo, scilicet de facto Deiparam Dominam peccasse in Adamo, & simul non contraxisse maculam originalem. Quæ in re.

45. Prima sententia affirmat; ita Eximius Doctor, tomo 2. in 3. p. disp. 3. sec. 4. Acutissimus Vasquez disp. 116. Eminentissimus Bellarminus; P. Canisius, Azor, Henriquez, Arriaga, Aldrete, & alij, quos refer, & sequitur Egidius lib. 2. de Concept. quest. 3. art. 2. §. 1. qui omnes tenent, Deiparam Dominam de facto peccasse in Adamo, & in his ominibus non contraxisse peccatum originale: quæ quidem propositio primo intuitu implicatoria videtur apparere.

46. Secunda sententia negat; ita Angelicus Doctor Alexander, Capreolus, & Ferraræ apud Eximium Suarez loco proxime citato: unde patet falsitas laudati P. Vasquez asserentis, nullum Scholasticorum hanc negativam sententiam defensisse, ut videre est ea disp. 116. num. 10. immo etiam sententiam defensam plures alij Doctores cum P. Valentia tomo 4. disp. 2. q. 1. punct. 2. §. *sed quis*, ubi pro ipsa allegat S. Anselmum, P. Salazar de Concept. cap. 1. n. 304 & cap. 24. n. 102. P. Bernal, disp. 16. de Incarnat. à número 28. quos omnes sequitur, & illustrat laudatus P. N. G.

Thyrus ibidem, sec.

5. num. 12.



SVB.

SVBSECTIO I.

*MEA MENS APERI-
tur duplici conclu-
sione.*

47. **N**ec mens, nec animus est, in præsentis questione controversiam instituire circa suppositum ipsius; aliud enim supponit, & aliud inquit: supponit namque Divam Virginem Mariam peccasse in Adamo; quod quidem falsissimum est in meis principijs proxime stabilitis, immo etiam impossibile, ac implicatorium adhuc stando principijs Angelici Doctoris, ut ex professo defensavi initio huius disputationis; scilicet in sensu composito Maternitatis Dei, cui tale peccatum imputandum foret, ut sectione prima demonstratum est. Inquit vero, an hoc supposito, inferatur necessario contrahere, vel non contrahere, maculam originalem in primo instanti reali suæ Conceptionis defacto in hac providentia?

48. Et quidem circa suppositum neque non mitari, tatos Doctores caputasse; siquidem maior indecentia mihi apparet in hoc, quod concedunt, scilicet peccasse in Adamo; quod est culpa mortalis; quam in hoc quod denegant, scilicet contraxisse maculam originalem; seu privari gratia, quod est pæna talis culpæ mortalis: nam teste S. Dionisio lib. 4. de Divin. nomin; *puniri non est malum; sed fieri pæna dignum*; quod fit ratione peccati; ut de se patet. Nec inter Scyllam, & Carybdim constituti erant, nec in angustiam illam ceterudebantur ex capite redemptionis; cum illa præservativa fuerit, ut proxime ostensum est; taliter ut Deipara Dominæ; non solum liberata, sed etiam libera prædicetur; ut optime adnotat Dr. Ambrōsius Catharinus; parte 1. cap. 1. his verbis: *Dico liberam, quia Dominus non constituit suam Matrem sub illa lege; dico liberatam; quia ne concluderetur; favor fuit; prærogativa fuit.* Nec etiam ex capite sanctificationis; siquidem proportionem servata potest ad rem adaptari, & de Matre Dei prædicari suo modo id, quod de

eius filio Deo homine sanctificato testatur Doctor Angelicus, 3. p. q. 34. art. 1. ad 2. sic: *sanctificari est aliquid fieri sanctum; fit autem aliquid, non solum ex contrario, sed etiam ex privative, vel negative opposito; sicut album fit ex nigro, & etiam ex non albo; nos autem ex peccatoribus sancti efficiuntur, & ita sanctificatio est ex peccato. Sed Christus quidem secundum hominem factus est sanctus, quia hanc gratia sanctificationem non semper habuit; non tamen factus est sanctus ex non sancto secundum hominem, quia quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam; & ideo simul factus fuit homo, & sanctus homo.* Quod sane utrobique intelligitur quoad effectum principaliorum gratiæ, ac iustitiæ originalis; secus tamen quoad effectum minus principalem illius, nempe immunitatem doloris, ac mortis temporalis, ut recte ostendit P. Granadus. controv. 2. de Incarnat. tract. 1. disp. 2. sect. 4. num. 13.

49. Facio igitur gradum ad resolutionem huius questionis duplici conclusione stabilienda, & discriminanda ex eo, quod iuxta Sanctos Patres, & Sacra Concilia, aliter loquendum, ac sentiendum sit de Diva Virgine MARIA ut Matre Dei, in sensu reductivo, sive in sensu composito Maternitatis divinæ; ac de Diva Virgine MARIA nudè sumptâ secundum se, in sensu specificativo, sive in sensu diviso Maternitatis Dei, ut in antecedente, alijsque superioribus sectionibus adnotatum est, ex quo, & alijs ibidem adnotatis, ac defensatis circa has duas considerationes.

50. Sit conclusio prima. Stando meis, & Angelici Præceptoris principijs supra stabilitis sectione prima huius disputationis, & loquendo de Diva Virgine MARIA, ut Matre Dei, sive in sensu composito Maternitatis divinæ, si peccasset in Adamo, sequeretur quodlibet, scilicet contrahere, & non contrahere peccatum originale. Hæc conclusio specialis est, sed constat ex ibi stabilitis sub sectione secunda; præsertim num. 19. Probat, quia si in hoc sensu peccasset in Adamo, esset utique idonea Mater Dei, utpotè electa à Deo agente intellectuali perfectissimo, & non esset idonea Mater Dei; utpotè peccans mortaliter in Adamo, ita ut tale peccatum deberet attribui Deo, qui est essentialiter impeccabilis; ut ibidem cum Divo Thomâ ex testimonijs Sacræ Scripturæ ostensum est: unde sequeretur manifeste intentum huius conclusionis, scilicet, quod ipsa Deipara Dominæ, quatenus esset idonea

V.

Ma-

Mater Dei, non contraheret peccatum originale, quia hoc essentialiter incompofsibile est cum idonea Matre Dei, ut ibidem probatum manet; & quod ipsa Deipara Domina, quatenus non esset idonea Mater Dei contraheret peccatum originale, quia hoc essentialiter constituitur, ac definitur peccatum Adami prout moraliter intrinsece perseverans in ipsis, propriumque est singulis; ut suo in loco ostendetur ex mente Concilii Tridentini, sess. 5. canon. 3. num. 3.

51. Roboratur: nam si in hoc sensu peccasse in Adamo, sequeretur, dari in Deo decretum efficax permittere suam Matrem peccare in Adamo, quod quidem esset decretum de Matre peccante in Adamo, ac prout inde de Matre non idonea Dei cui essentialiter opponitur aliud decretum efficax divinum eligendi idoneam Matrem Dei, quod etiam debet dari in ipso Deo; ita ut illud prius decretum efficax divinum eligendi idoneam Matrem Dei, quod etiam debet dari in ipso Deo; ita ut illud prius decretum efficax divinum permitte-riam Matrem peccare in Adamo, sit saltem virtualiter, aut illative, sic decretum efficax ipsam contrahendi peccatum originale, sive ipsam privandi gratia, ac iustitia originali: ergo si peccasset in Adamo, sequeretur contrahere peccatum originale: ex vi huius decreti efficacis divini, & simul non contrahere peccatum originale ex vi alterius decreti efficacis divini. Ostenditur autem quod illud prius decretum efficax divinum permitte-riam Matrem peccare in Adamo sit simul decretum efficax divinum ipsam contrahendi peccatum originale, sive ipsam privandi gratia, ac iustitia originali; nam tale decretum efficax divinum est decretum obligans Deum infallibiliter ad infligendam pœnam debitam peccanti in Adamo, quam ipse Deus efficaciter decrevit infligere ex suppositione purificata peccandi in Adamo, scilicet contrahere peccatum originale, & privari gratia, ac iustitia originali in pœnam talis peccati. ut proximè probabo ex pacto generali Dei in toto cum Adamo, & pœna decreta à Deo, assignataque in sacra pagina.

52. Urgetur ad homines: nam iuxta principia PP. Suarez, Vasquez, Thomistarum; & aliorum plurium adversariorum, peccatum originale consistit essentialiter in privatione gratiæ sanctificantis, sive in privatione gratiæ ac iustitiæ originalis: ergo

decretum efficax divinum permitte-riam Deiparam Dominam peccare in Adamo, sive committere moraliter peccatum originale, ita attingit peccatum originale, ut simul attingat privationem gratiæ, seu iustitiæ originalis, in qua per vos consistit essentialiter ipsius peccati originalis: ergo tale decretum efficax divinum ita est decretum permitte-riam Deiparam Dominam peccare in Adamo, ut simul sit decretum ipsam Deiparam Dominam peccantem in Adamo privandi gratia, seu iustitia originali, ac proinde etiam contrahendi ipsam peccatum originale. Omitto alias rationes probandi, tam quoad partem contradictionis negantem contrahere de qua dedi plures in superioribus sectionibus, in quibus de immunitate à peccato originali, & a debito proximo contrahendi ipsam peccatum originis; quam quoad partem contradictionis affirmantem contrahere ex facta suppositione, seu hypothese huiusmodi quæstionis, de qua plures etiam dabo paulo infra inter probandum meam secundam conclusionem.

53. Dices. Suppositio, seu hypothesis illa, si Deipara Dominam peccasset in Adamo, vel est implicatoria in adiecto, vel non est.

Respondeo, utrumque esse probabile, præsertim si subsisteret sententia proximè allegata num. 52. & utroque stante, stare utique meam conclusionem, scilicet sequi quodlibet, licet diverso modo sequatur, ex vna ac ex alia suppositione, diversitas enim stat in eo, quod sequatur ex solo vno, aut ex duplici capite; nam dum suppositio, seu hypothesis est implicatoria in adiecto, sequitur quodlibet ex solo vno capite ipsius suppositionis, sive ex vi hypothecis, v. g. si lapis esset simul homo ac leo, ex vi hypothecis esset rationalis, & simul non esset rationalis: at dum suppositio, seu hypothesis non est implicatoria in adiecto, sequitur quodlibet ex duplici capite, videlicet ex vi hypothecis sequitur vna pars contradictionis, si talis hypothecis sit absolute repugnans, & ex alio capite sequitur alia pars contradictionis, v. g. si existeret & chymæra, sequitur ex vi hypothecis existere, & sequeretur ex natura ipsius chymære non existere; pariterque si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, sequeretur ex vi hypothecis non distingui, cum supponatur non procedere, & processio in divinis sit distinctivum

ivum vnicum vnius personæ Divinæ ab alia, iuxta illud, solemne axioma Theologicum, *in divinis omnia sunt unum, ubi non obstat relatio, seu originis oppositio*; Et sequeretur distingui ex natura, seu ratione personæ divinæ, quæ eadem manens, debet distingui, iuxta illud æque solemne; *idem manens idem, semper natum est facere idem*. Unde ad rem nostram existimo probabilius, suppositionem, seu hypothese præsentis quæstioni, non esse implicatoriam in adiecto præcise quo ad illud quod libet, nempe contrahere, & non contrahere peccatum originale; siquidem ex vi hypothecis sequeretur contrahere; & ex natura Maternitatis Dei, aut ex alio capite insinuat, & ulterius illustrando, sequeretur, non contrahere peccatum originale, ut ex dictis, & dicendis clarescet, insensu impeditivo, & non expulivo.

54. Sit conclusio secundâ. Si Diva Virgo MARIA, in sensu diviso Maternitatis Dei, peccasset in Adamo, contraheret utique peccatum originale. In hoc sensu existimo procedere Doctores citatos pro secunda sententiâ, quibus ita acceptis subscibo, & probô hanc conclusionem principaliter ex eo, quod peccare in Adamo infirrat necessario, & infallibiliter postea contrahendum peccatum originale, & pœnam privationis gratiæ ac iustitiæ originalis in primo instanti reali Conceptionis cuius libet posterius ipsius Adami; nam ex vi pacti generalis initi ac celebrati à Deo in exordio mundi cum Adamo capite physico, & morali hominum, mansit Deus obligatus per decretum efficax divinum inclusum in ipso pacto ad transfundendam culpam, & infligendam pœnam singulis posterius Adami in ipso peccantibus, posita transgressione præcepti divini; scilicet ut singuli concipiendi essent infecti culpa originali; & privati gratia, seu iustitia originali: ergo semel supposito quod Diva Virgo MARIA peccasset in Adamo insensu diviso Maternitatis Dei, contraheret utique peccatum originale. Probatur antecedens; ex quo consequentia legitime illata est: nam illud pactum initum, ac celebratum fuit eo modo quo traditur in sacra pagina Genesios 2. ubi Deus, supposita transfusione voluntatum posterorum (in communi sensu Sanctorum Patrum, ac Doctorum) & imposito præcepto de non comedendo ligno scientiæ bini, & mali, ait: *in quocumque die comederis*

ex eo, mortem eris; ita ut his verbis comminatus sit Deus necessitatem mortis animæ; sive privationem gratiæ primariæ, & directæ, ut tenet communis sensus Sanctorum Patrum, & Doctorum, apud P. Pereira disp. 1. ad allegata verba sacri textus, cui colonat alius Prophetæ Osee, cap. 6. sic: *ipsi, sicut Adam, transgressi sunt pactum, ibi peccaverunt*.

55. Roboratur: nam illud pactum generale, & lex universalis divina, nempe lex infligendi pœnam privationis gratiæ singulis posterius Adami in ipso peccantibus; non est lex præceptiva pure talis; sed est lex pœnalis comminativa, quæ quidem ut talis non obligat homines active; sed obligat Deum ad hoc ut infallibiliter infligat pœnam privationis gratiæ singulis hominibus posterius Adami in ipso peccantibus, sive qui in ipso peccaverunt; & transgressi sunt pactum; ut de se clarescit: nunc sic; at qui Deus tenetur stare promissis, & infallibiliter ad implere tuam legem universalem pœnalem comminativam, ipsam quæ reddere veram, ac infallibilem, quam primum homines illi sint capaces talis pœnæ; in primo scilicet instanti reali Conceptionis: ergo.

56. Urgetur; nam dum Deus tulit illam legem generalem pœnalem comminatoriam; vel Deus intendit in tali comminatione pœnali comprehendere Divam Virginem MARIAM ut filiam Adami? Vel non intendit hoc? Si primam? Ergo Deus mansit obligatus talem legem; seu comminationem pœnalem adimplere quam primum ipsa Diva Virgo MARIA ut filia Adami fuit capax illius pœnæ; scilicet in primo instanti reali suæ Conceptionis; nam ut ait Angelicus Doctor quæst. 5. de malo, art. 1. *conveniens pœna peccati originalis est subtractio gratiæ*. Si secundam? Ergo Deus excepit Divam Virginem MARIAM ut filiam Adami à pacto; seu lege illa generali; ac proinde ipsa non peccavit in Adamo; quod est contra principia ad veriorum; & contra suppositum quæstionis: ergo utrumque nequit simul componi; seu coherere inter se, videlicet peccasse in Adamo, & non contraxisse maculam peccati originalis in primo instanti suæ Conceptionis.

57. Dices: Deus inivit illud pactum cum Adamo taliter; ut in ipso inclusa esset conditio non infligendi pœnam privationis gratiæ elici homini, si Deo placuisset illum sanctificare in primo instanti suæ Conceptionis.

ceptionis: ergo ita recte componitur, quod sine frustratione decreti efficacis divini Diva Virgo MARIA sanctificata in primo instanti reali suae Conceptionis non contraxerit pœnam peccati originalis, licet peccaverit in Adamo.

Respondeo, nego antecedens, nam illud pactum fuit generale, & absolutum ex parte Dei in sensu proxime explicato, & tradito à Sanctis Patribus num. 34. in quo debet accipi ab omnibus, & non in sensu conficto pro libito cuiusque: proindeque fatendum est, defacto in hac providentia inritum fuisse illud pactum in eo sensu contento in sacra pagina, & exposito à Sanctis Patribus Ecclesiæ, quid quid sit de alio sensu excogitabili in alia providentia, de qua non curat questio præsens. Immo hoc ipsum fatendum est ab adversarijs, qui cum suo Patrono P. Suarez fatentur, in hac providentia includere illud pactum generale aliquam voluntatem efficacem Dei circa naturam originalem, seu privationem gratiæ, quæ defacto infecti concipiuntur omnes posterius Adam in pœnam peccati originalis; siquidem manifeste repugnat, dari defacto hanc pœnam correspondentem peccato originali, nisi Deus ipsam decreverit efficaciter, scilicet per decretum efficacem, & absolutum ex parte Dei, quod purificatâ conditione peccati originalis, etiam ex parte obiecti absolutum concipitur.

58. Conclusio adæquata ex dictis sit: non cohærent inter se hæc duo, scilicet Divam Virginem MARIAM peccasse in Adamo, & ipsam non contraxisse maculam originalem in primo instanti reali suae Conceptionis. Ratio est, quia vel procedit suppositio peccandi in Adamo de Diva Virgine MARIA in sensu composito Maternitatis Dei: Et sic sequitur quod libet, nempe contraxisse, & non contraxisse maculam originalem, ut ostenditur in prima mea conclusione à num. 50. vel procedit suppositio peccandi in Adamo de Diva Virgine MARIA in sensu diviso Maternitatis Dei: Et sic sequitur contraxisse maculam originalem; ut videtur est in secunda mea conclusione à num. 54. ac proinde nequit componi, nec verificari, defacto Sanctissimam Virginem MARIAM peccasse in Adamo, & tamen non contraxisse peccatum originale, sive pœnam peccati originalis; ut amplius ex dicendis constabit.

SUBSECTIO II.

FUNDAMENTA AD- versa evertuntur, & ar- gumenta enervan- tur.

59. **O**bjicis primò fundamentum Eximij Suarez sic. Deus ex vi pacti, & legis generalis pœnalis, supposito peccato originali, non decrevit, omnes posterius Adami concipi sine gratia, sed tantum decrevit, omnes perire ius ad gratiam: ergo Deus potuit per infusionem gratiæ in primo instanti reali Conceptionis Deiparæ Dominae impedire maculam originalem, sive mortem animæ; sicut in sententia D. Thomæ 1. 2. q. 81, art. 3. ad 1. potest Deus impedire mortem corporis, quam omnes posterius Adami pariter promeriti sunt. Sed si legas S. D. ibi aperte videtur bis perperam allegari ab adversarijs, pro tali asserto, siquidem potius stat pro contrario.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas constat ex proxime stabilitis, satisque manifesta est adhuc in principijs ipsius Eximij Doctoris, & aliorum adversariorum: tum ex eo quod teneant, in illo pacto, & generali lege includi voluntatem efficacem seu decretum efficacem Dei de privatione gratiæ, qua defacto concipiuntur infecti omnes posterius Adami in pœnam peccati originalis, ut proxime ostendi num. 57. tum etiam ex eo quod defensent, peccatum originale essentialiter consistere, & dicere privationem gratiæ, ut nuper ponderabam num. 52. ac proinde privatio gratiæ, iuxta adversarios, quæ est essentia peccati originalis, nequit esse pœna, & effectus proposteriori correspondens ipsi peccato originali: ergo potiori iure nequit esse pœna, & effectus correspondens pro posteriori ipsi peccato originali privatio iuris ad gratiam: siquidem privatio gratiæ præsupponit necessario, aut saltem includit, privationem iuris ad gratiam; alioquin posterius Adami iniuste, & contra ius ad gratiam, privarentur

tur gratia, quod nefas est, cum subtractio gratiæ sit iusta, & conveniens pœna peccati originalis, ut optime aiebat D. Thomas à me allegatus num. 56. unde ex ipso nil contra me, cum semper maneat necessitas, ac debitum mortis corporalis, salva que permaneat veritas Apostoli proclamantis: *statutum est hominibus semel mori*: ad Heb. 9. v. 27. scilicet in hac providentia.

60. Objic. secundò fundamentum Acutissimi Vasquez sic: stat optime quod Deus legislator promulga veritatem legem illam generalem externam circa omnes posterius Adami in ipso peccantes, & nihil ominus sine illo mendacio, nec mutatione sui divini decreti, excipiat à contractione peccati, seu maculæ originalis, Deiparam Dominam, sive Divam Virginem MARIAM, excipiendo ipsam speciali privilegio à lege illa exterius lata: ergo. Probatur antecedens à paritate legis humanæ generalis exterius latae à Rege.

Respondeo, nego antecedens, nam in illa lege generali promulgata à Deo externe, includitur interna voluntas efficax ipsius Dei circa pœnam correspondentem peccato originali, quæ est subtractio, seu privatio gratiæ, infallibiliter infligenda omnibus posterius Adami in ipso peccantibus statim, ac fuerint capaces illius pœnæ: siquidem illa lex est comminatoria, seu promissiva pœnæ, posita peccato, & Deus tenetur stare promissis, manetque obligatus ad infligendam infallibiliter illam pœnam ex vi legis pœnalis generaliter latae, & ex vi decreti divini efficacis infrustrabilis, modo explicato in probamentis meæ conclusivis. Unde rogo; dum Deus fert illam legem generalem externam, vel habuit simul voluntatem internam excipiendi ab illa Divam Virginem MARIAM? vel non habuit? Si primum? Ergo ex vi illius exceptionis non peccavit in Adamo; cum non fuerit comprehensa; sed excepta à lege generali. Si secundum? Ergo ex vi illius legis generalis sine exceptione teneretur Deus infallibiliter infligere pœnam, ut lex illa pœnalis generalis impleatur, & decretum divinum efficacem non frustraretur effectus: Nec faveat adversarijs paritas petita ab humanis; nam Rex; seu legislator humanus, cum non sit omniscius, nec immutabilis essentialiter, potest de novo cognoscere res, & mutare consilia, sive immutare legem generaliter latam; secus tamen Deus omni-

scius, & immutabilis essentialiter.

61. Objic. tertio fundamentum aliud ipsius Acutissimi Doctoris. Recte componitur sine vlla repugnantia, quod ratione peccati originalis in Adamo commissi promereatur Deipara Domina concipi cum privatione gratiæ, & quod nihil ominus concipiatur cum gratia ex meritis Christi Domini: ergo.

Respondeo, nego antecedens in sensu satis explicato, in quo præsens questio procedit; scilicet ex suppositione facta peccandi in Adamo, & ex vi præsentis decreti inclusi in pacto, lege que generali pœnali de privatione gratiæ infallibiliter infligenda omnibus posterius Adami, qui in ipso peccaverunt. Unde utrumque non componitur, si ve loquatur in sensu composito, si ve in sensu diviso Maternitatis Dei; ut in duplici mea conclusione estentum est, & aperte declaravi in ulteriori conclusione totali, num. 38. Sic alibi definitur, quod Adamo non peccante, Christus Dominus non veniret, ex vi præsentis decreti, & in hac providentia, quid quid sit ex vi alterius decreti in alia providentia.

63. Objic. quartò cum Peñalosa disp. 8. cap. 1. in favorem doctrinæ P. Vasquez: Leges generales habent in se imbitam hanc conditionem; nisi legislator cum aliquo dispensare voluerit: vel promittens voluerit à factore silire ex iusta causa: ergo.

Respondeo; distinguo antecedens; leges generales humanæ; transeat: leges generales divinæ; saltem pœnales, si ve comminativæ, ac promissivæ pœnæ ex vi pacti: nego antecedens. Solutio constat ex disparitate manifesta proxime assignata num. 60. nam aliter fert legem generalem Deus omniscius, ac immutabilis essentialiter, & omnium comprehensivus; summe verax, summeque prudens; se gerunt legislatores humani non prævidentes omnia futura, nec operantes ea summa prudentia, ac immutabilitate divina; ut desepater. Immo licet Deus ferens aliquam legem præceptivam, vel prohibivam; v. g. non occidendi; posset limitationem adhibere, & dispensare aliquando, vel singulare privilegium concedere in particulari; nihil ominus tamen Deus ferens legem generalem pœnalem, si ve comminativam, ac promissivam pœnæ, ex vi pacti; si tunc non excipiat aliquem ab æterno, nequit non manere obligatus infallibiliter ad infligendam pœnam stando

promissis; siquid in Deo sibi imposuit eam necessitatem, & obligationem infrendi penam, ut ex illa relucet necessitas, & obligatio in reo subeundi talem penam, & utraque nitatur infallibilitate decreti divinitus inclusa in pacto, promissione divina.

64. Obije quinto. Iuxta Sanctos Patres, & Doctores, debet concedi Divæ Virgini MARIAE ut Matri Dei totum id, quod nobilius, & perfectius est; atqui nobilius, & perfectius est, quod non contrahat maculam originalem in primo instanti suæ Conceptionis, adhuc ex suppositione quod peccaverit in Adamo; ergo.

Respondeo, distinguo maiorem, si id manifeste non repugnet rationi, nec auctoritati; concedo maiorem si id manifeste repugnet rationi, & auctoritati; nego maiorem. Unde ad maiorem dico, satis constare ex probamentis meæ primæ conclusionis, manifeste repugnare rationi, & auctoritati, quod Diva Virgo MARIA ut Mater Dei non contraxerit maculam originalem in primo instanti suæ Conceptionis, semel facta suppositione quod peccaverit in Adamo; immo nobilius, & perfectius, ut potè decentius est De paræ Domine id, quod à me defenatur, scilicet sequi quodlibet, quæ id, quod defenatur ab adversariis admittentibus Deiparam Dominam peccasse in Adamo, ut ex supradictis perspicuum est, præferim, num 48.

65. Sed ut hoc ultimum vltius pateat in communissima sententia Theologorum statuentium transfusionem voluntatum posteriorum, vi cuius transfunderetur in ipso iustitia originis, observato recepto; unde sumitur paritas pro tota nostra doctrina; & transfunditur in ipsos iniustitia, seu macula originalis, violato præcepto, cum posteri Adami dicuntur peccasse in Adamo, dicuntur utique maculati ipso peccato Adam capitis, & protoparentis omnium hominum, in quo omnes peccaverunt, ut testatur Apostolus; ac proinde contraxerint maculam originalem in Adamo, tanquam in capite, & radice contenti iuxta figuram suam, & quamdam suo modo intrinsecam denominationem peccati originalis radicaliter inclusi in illo esse naturali virtuali totius posteritatis Adam, quæ moraliter interpretative peccavit, & que in ipso infecta fuit, Deo que invisita, & exorta, ac singulari dono iustitiam

hec omnia admittit in Deipara Domina ad verlar us admittent ipsam peccasse in Adamo; quæ sane dedecet manifeste infinitam dignitatem Matris Dei, ut cuiusque pervium exit. Consultatur de hoc P. Vega, tom. 1. pal. 1. cert. 2. num. 563.

66. Nec aliter intelligendus est S. Anselmus lib. de Conceptu Virginali, cap. 2. ibi enim distinguit prædictam r. dicalem infectionem infectionem in capite, & virtute, à formali contractione in ipso esse essentiali posterorum Adam; proindeque concludit sic: *Et tunc facta est necessitas, ut cum essemus, peccaremus.* Confirmatque ex eo, quod Genesis 2. dixerit Deus Adæ: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris;* vbi intelligitur necessitas moriendi in pena peccati, ut supra dictum est.

67. Nec ita facile erit componere doctrinam tractatam in præsentiarum à nostro R. P. G. Thyro Gonzalez, num. 32. circa impossibilitatem gratiæ iustificantis in sensu composito denominationis peccati actualiter; cum aliq. doctrina ab ipso defenatur expresso, eodem tom. 3. disp. 10. sect. 1. circa possibilitatem gratiæ iustificantis in sensu composito peccati actualis; vnde dicitur ibi dem, & l. 2. per totam, si placuerit.

68. Nec demum facile erit componere consequentiam doctrinæ P. Arriagæ vehementer impugnantis doctrinam P. Valquez hic asserentis, peccatum originale, & peccatum personale non convenire univoce, nec analogice inter se, sed tantum æquivocè; at enim P. Arriaga, quod cum negari non possit, peccatum originale esse proprie peccatum, improbabiler negatur convenientia propria in ratione peccati inter prædicta peccata. Rogo nunc ipsum P. Arriagam evocare in memoriam doctrinam tractatam ab ipso de Anima, disp. 2. num. 72. & in Theologico disp. 29. de Incarn. num. 26. scilicet vitam philosophicam, & vitam intentionalem esse proprie vitam, & tamen non convenire proprie, nec univoce, nec analogice, sed æquivocè, in ratione vitæ; proindeq. e possem iterare quod hic Auctor loco citato ait de P. Oviedo, scilicet, *oprassem, quod id diligenter discussisset;* maxime cum P. Valquez posset suam doctrinam confirmare exemplo canis terrestris, & marini, qui canes proprie sunt, & tamen non conveniunt proprie, nec univoce, nec analogice, sed æquivocè in ratione canis; & sic de alijs, quæ omnes, quia maiora me vocant.

SEC.

SECTIO IV.

SVBSECTIO VNICA.

AN STABILITVM Mysterium Immaculatae Conceptionis Marianæ sit iam proximè definibile de fide?

AFFIRMATIVVM PLacitum defenatur, & ab argutis vindicatur.

69. Cvm hoc mirabile mysterium Immaculatae Marianæ Conceptionis adhuc non sit expresse, & formaliter definitum de fide ab Ecclesia Catholica, ut docet Summus Pontifex Alexander septimus in sua solemnè Bulla sepe allegata inquitur eius proxima definibilitas in statu præseati; Nec me latet, aliquos Recentiores memoratos ab Eximio Snavæ hic disp. 3. sec. 6. & ab Acutissimo Valquez disp. 116. cap. 18. existimasse, hoc mysterium iam cententi definitum de fide ab Ecclesia Catholica; sed cum ætatem habeant, ipsi viderint modum quo id componant cum Bullis Pontificijs B. Pij V. Sexti IV. & Alexandri VII. supra memoratis; contra quas non procederet ille, qui diceret, sibi videri iam certum de fide, aut probabiliter posse credi iam esse de fide, ut sapienter adstruit P. Didacus de Granada hic 30. num. 336. nec erit, qui dubitet de virtute, ac implicita definitione huius mysterij in ritu Ecclesiastico, solemnique ipsius celebratione, iuxta infra ardicenda Consultatur P. Iosephus Guizus in suo Memoriali pro præseati statu huius mysterij.



70. Placet affirmare cum pluribus Theologis, & laudato P. Granada ibi, sec. 32. mysterium Immaculatae Conceptionis Deiparae Dominae est proximè definibile de fide in præseati statu. Ratio est, quia hoc mysterium in præseati statu gaudet, ex communi consensu Ecclesie Catholicae, & decretis Summorum Pontificum, eâ Ecclesiastica celebratione officij, Missæ, indulgentiarum, & aliarum ceremoniarum, quæ non sit minor respectu ad aliam, quam habuerit et militat proxima definibilitas alia mysteria Deiparae Dominae iam definita de fide; qualia sunt charismata immunitatis Marianæ a peccato personali ad huc veniali, & resurrectionis ac assumptionis corporalis in caelum; & sic de alijs; ergo eodem iure hoc mysterium Immaculatae Conceptionis Marianæ est proximè definibile de fide in præseati statu. Et quidem in hoc mysterio nulla dispositio proxima desideratur, quæ fuerit pro alia in statu proxima definibilitatis, ut rem perpendiculari patebit: maxime accedentibus miraculis quam plurimis passim occurrentibus in Ecclesiasticis historijs, pro veritate huius mysterij, quam vno ore, & corde univertus orbis confitetur; ex oraculis Sacrae Scripturae, testimonijsque Sacrorum Conciliorum, Summorum Pontificum, Sacrorum Patrum, alijs que fundamentis hætenus à me prædictis, ac satis stabilitis.

71. Dices; ex hac ratiocinatione inferri hoc mysterium definitum iam esse de fide in præseati statu. Respondeo, minime inferri definitum iam esse definitione expressa, & formali, quam ardentis me desiderat Ecclesia Catholica iterans ea, quæ pro adventu Messiae promissi antiqui Patres, ac Prophetæ decantabant; sed solum inferri, gaudere proxima definibilitate, ac aptitudine requisita pro definitione expressa, & formali.

li,

li, vt recte intelligenti perspicuum erit.

72 *Objic. 1.* Non datur sufficiens fundamentum auctoritatis, & rationis ad definiendum de fide hoc mysterium Immaculatæ Conceptionis Mariæ: ergo.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas convincitur lex hætenus stabilitis: nec maius, aut melius fundamentum præcessisset pro definiendis alijs veritatibus catholicis, alijsque mysterijs Fidei in statu proxime definibilitatis. Nec deest pia affectio Ecclesiæ necessaria ad fidem; nec apud plerisque Catholicos desideratur nova revelatio divina præter eam relucens in varijs Sacræ Scripturæ testimonijs supra ponderatis. Nec demum novum est in Ecclesia res antea controversas definire de fide, vt patet ex supra memoratis; quibus accedit definitio Ecclesiæ circa infusionem gratiæ, ac virtutum in ipso Baptismo infantium, quæ controversa fuit inter Doctores, vt videre est in Concilio Vienenfi apud Clementinam de Summa Trinitate, & in capite *Maiores* de Baptismo; iam tamen definita est de fide in Concilio Tridentino, *ses. 6.*

73 *Objic. 2.* Ecclesia nequit sibi ipsi contrariari, si postquam definiuit, seu declaravit, neutram sententiam oppositam circa hoc mysterium Immaculatæ Conceptionis esse de fide, definiret vnâ ex illis esse de fide: ergo.

Respondeo, concedo maiorem; & nego minorem: nam licet olim Ecclesiæ Pontifices consulentes bono pacis decreverint, neutram sententiam oppositam circa hoc mysterium esse de fide; nec definitam esse, ne vna ex illis minus pia oblivioni; ac silentio digna censeretur pro tunc: nihilominus postea decursu temporis Summus Pontifex Alexander VII. dignus æterna recordatione, eam sententiam minus piâ æterna oblivione, ac silentio dignam esse, decrevit, de novo pensatis rebus; & maiori claritate cognitæ, attentoque maiori consensu populi christiani; quibus recte perpensis, poterit sine vlla contrarietate definiri de fide hoc mirabile mysterium, sicut in alijs supra recensitis visum fuit.

74 *Objic. 3.* Definire de fide mysterium Immaculatæ Conceptionis Mariæ esset damnare sententiam defenditam à pluribus Sanctis Patribus Ecclesiæ: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, nego maiorem, & suppositum ipsius, scilicet talem sententiam defen-

satam fuisse à pluribus Sanctis Patribus Ecclesiæ; siquidem hoc falsissimum esse demonstravi supra *sect. 1. subsect. 2.* Immo licet aliqui dubitarent de hac veritate eo tempore quo a Romana Ecclesia solemniter non celebrabatur, sane hoc tempore amplecteretur obvijs vlnis id, quod ipsa mature decrevit & definire de fide potest, sicut de facto definiuit alias veritates tempore maturatas, & maio. i claritate in dies cognitæ, vt supra dictum est: dum tamen plena huius veritatis lux illucescit, fas est eum nostro Hugone in suis pijs deliderijs decantare.

Hec mihi, quam longa sunt expectantibus hora!

Plus ævi spatium creditur vna dies:

iam mea lux, lapsi menses, tot aguntur & anni;

Adde fidem verbis, dic semel, enge veni.

scilicet Aurora gens vertitur omnis in ortus;

Quisque parat primus dicere, Phœbus adest. Quin etiam tanti si luminis abun- dantia vsum sufficiet radios expertisse tuos.

SECTIO V.

AN ESSET VERVS Martyr ille, qui mortem subiret pro veritate huius mysterij in presenti statu tuenda?

75 **A**ngelicus Aquinas, 2. 2. quæst. 124. art. 5. docet aperte non requiri necessario ad rationem veri martyrij hominem subire mortem pro tuenda aliqua veritate expressè definita de fide, sed sufficere, quod mortem opperet pro aliqua re in qua exercetur fides divina: hanc que doctrinam sequuntur communiter Theologi, eam demonstrantes ex praxi Ecclesiæ Catholicæ celebrantis Martyres castitatis Sanctum Ioannem Baptistam; & Sanctum Matthæum Apostolum; aliosque Martyres charitatis Præsbiteros Alexandrinos, qui peste infectis inservientes, mortem oppeterunt

Præ-

Proindeque communiter definitur martyrium sicut *Perpetio tormentorum qua vel defac- to mortem inferunt, vel sufficiunt ad eam inferendam, idque propter defensionem fidei vel alterius virtutis.* Cui consonat S. Augustinus apud P. Rhodæ tom. 2, pag. 649. his verbis: *Martyrem enim non facit pœna, sed causa; scilicet non pœna mortis illata, sed causa odij respectu fidei, aut alicuius actus virtutis, sive cultus divini.*

SVBSECTIO VNICA.

SENTENTIA AFFIRMANS PROPUGNATUR.

76 **P**lacet affirmativa sententia, & conclusio tenens, esse verum Martyrem illum, qui mortem subiret pro tuenda veritate Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Domine in statu præsentia communiter nostri Recentiores; cum M. Saveria, disp. vlt. num. 470. & P. Granada vbi supra, *sect. 3. 1.* vbi allegat nostrum Eximium Suarez assentientem in quadam epistola manuscripta, quæ ad eius manus pervenit. Probat; nam ille est verus Martyr, qui mortem subit, aut tormentum sufficiens ad inferendam mortem, propter defensionem fidei, vel alterius virtutis, vt proxime ostensum est: atqui ita se haberet ille qui mortem subiret in casu quæstionis: ergo. Minor ostenditur: nam in casu quæstionis intervenit defensio virtutis religionis; & cultus divini, eò quod virtus religionis inclinet ad augendum cultum Divinum, qui aperte relucet in cultu Deiparæ Domine, & qui maxime augetur in obsequio præstito ab illo, qui mortem subiret pro tuenda veritate cultus solemnem exhibiti ab Ecclesia in honorem huius mysterij Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Domine in statu præsentia; vt de se clarescit.

77. Roboratur ratione; & auctoritate D. Thomæ loco proxime citato; vbi addit: *omnium virtutum opera, secundum quod referuntur in Deum, sunt quadam protestationis fidei, per quam nobis immorescit; quod Deus huiusmodi opera à nobis requirit; & nos pro eis remunerat; & secundum hoc possunt esse martyrij causa.* Ergo potest esse martyrij causa; & protestatio

fidei ille actus subeundi mortem pro cultu huius mysterij tuendo; & pro defensione Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Domine, propter honorem ipsius, & Dei, qui tantæ Matris filius in ipsa maxime honoratur, vt de se patet.

78. *Objic. primò.* Martyrium est testificatio veritatis fidei, sive in se ipsa, sive in opere alterius virtutis; siquidem Martyr; & Martyrium sunt nomina græca, quæ latine significant idem, ac testis, & testificatio, seu testimonium: atqui mori pro Immaculatæ Conceptione Deiparæ Domine non est testificatio veritatis fidei in se ipsa, cum non sit definita de fide; nec in opere alterius virtutis, cum non sit virtus ad quam reducatur; ergo.

Respondeo, concedo maiorem; & nego minorem, nam est virtus religionis ad quam pertinet, vt proxime ostensum est; & simul est virtus pietatis ad quam reducitur à Summo Pontifice Alexandro septimo in Bulla sæpè allegata, in qua extant illa verba: *verus Christi fidelium pietas erga eius Beatissimam Matrem:* In quibus satis innuitur cultus Dei; & suæ Matris ex illa morte futurus; si pro veritate huius mysterij ab Ecclesia solemniter celebrati perferretur.

79. *Objic. secundò.* Ille qui mortem subiret pro tuenda aliqua opinione sibi probabilis, non censetur verus Martyr, nec dignus laureola Martyrij: atqui in præsentia statu sententia pia de Immaculata Deiparæ Domine Conceptione est tantum opinio probabilis: ergo.

Respondeo, concedo maiorem, nam ille potius censeretur imprudens, ac protervus: & nego minorem, nam in statu præsentia, in quo extant decreta Summorum Pontificum circa solemnem cultum, & celebrationem huius mirabilis mysterij in Ecclesia Catholica, huiusque consensus unanimis, impositio que perpetui sententiæ minus piæ, non est opinio tantum probabilis nostra pijsima sententia, sed est moraliter certa, & evidens, vt recte ostendit laudatus P. Granada *sec. 30.* Immo etiam demonstrat, posse licite sibi persuadere, hoc mysterium non solum esse in statu præsentia proxime definibile de fide; sed etiam esse iam de fide; in quo casu vix relinquatur locus dubitationi, sicut etiam in illis pijs Christi fidelibus, qui se obstringunt libentissime voto de hoc mysterio tuendo vsque ad effusionem sanguinis; ex quo voto emisso in primarijs Academicis à tot tan-

risque viris sapientia, ac religione conspicuis maxime illustratur mea conclusio, cui ex parte etiam adfa vet Academiarum Princeps D. Thomas proxime allegatus num. 75. & 77.

80. Sed quia in memoriam revocatum est hoc votum pijsi uir sapientiorum orbis Doctorum, fas est ipsorum prudentissimo iudicio relinquere, debeat ne tali voto correspondere lateola, seu aureola martyrij in celo? Certum enim apud ipsos est ex sapientissimo P. Cornelio in caput 2. S. Mathai, dari tres classes Martyrum, & triplex genus Martyrij; scilicet, aut solo opere, quale fuit Martyrium Sactorum infantium Innocentium; aut non solo opere, sed etiam voluntate moriendi, quale fuit Martyrium Sactorum Apostolorum; aut sola voluntate, seu voto, ac desiderio, quale fuit Martyrium Sancti Francisci, & aliorum Sactorum, inter quos merito iure annumeratur Gloriosissima Virgo Sancta Lurgardis, cuius ardentissimo Martyrij desiderio annuit Christus Dominus eius singularis Spōsus revelans ipsi retribuendam in celo laureolam martyrij similem laureolam S. Agneris V. Martyris, vt in illius historia refert P. Bernardinus de Villegas. Sed tandem mihi indubium est, eximium pramium tali eximio merito correspondere in calis.

SECTIO VI.

AN DEIPARA DOMINA sub disiunctione eliget potius immunitatem à peccato mortali originali, aut immunitatem à peccato veniali personali?

81. **T**itulus prefixus huius questionis omnino consonus est presenti materiæ, à nemine tamen, quem viderim, in ipsa investigatur; licet alibi in tractu de penitentia à paucis Theologis attingatur occasione agendi de vtriusque pec-

cati de testatione, & quæ maior debeat esse respectu vnius præ alio? Pro electione immunitatis à peccato veniali militant Cardinalis de Lugo disp. 5. de Pœnit. sec. 5. num. 66. & P. Rhodes, disp. 1. de Pœnit. quæst. 1. sec. 2. Pro electione autem immunitatis à peccato mortali originali stant P. Grandus 1. 2. contr. 6. de peccat. trac. 8. disp. 2. sec. 4. & P. Ariaga disp. 9. de Pœnit. sec. 6. subsec. 2. num. 38. qui pro hac sententia citat alios suppresso nomine num. 37.

82. Omnes autem hi Doctores conveniunt in eo, quod hæc quæstio procedat de electione disiunctiva, ita vt si Deipara Domina eligeret immunitatem à peccato mortali originali, caret immunitate à peccato veniali personali, & e contra: ac proinde Deipara Domina eligens disiunctive vnam immunitatem præ alia, deberet incurrere vnum peccatum præ alio, in casu quæstionis; licet de facto Deipara Domina gaudeat vtraque immunitate copulative, scilicet à peccato mortali originali, & simul à peccato veniali personali, vt ex supra stabilitis, & ex definitione Concilij Tridentini sec. 6. can. 23. perspicuum est. Nec omnino dissimilis extat quoad voces alia quæstio à me exagitata supra trac. 2. disp. 1. sec. 3. sed iam de hac præsentis iudicium ferre fas est.

SVBSECTIO I.

SENTENTIA MEDIA inter relatas defendatur.

83. **C**ogor mediâ viâ incedere, ne deflectam, declinans ad dexteram, neque ad sinistrâ, à meis principijs supra stabilitis cum Angelico Doctore initio secundæ disputationis, sec. 1. subsec. 2. à num. 13. vbi ex professo ostendi cum ipso Sancto Doctore, omnino impossibile esse Deiparam Dominam incurrere peccatum tam mortale, quàm veniale personale, ita vt Maternitati Dei essentialiter debita sit vtraque immunitas à peccato mortali originali, & simul immunitas à peccato veniali personali.

84 Hinc

84. Hinc fit mea conclusio: Deipara Domina nequit eligere disiunctive immunitatem à peccato mortali originali, aut immunitatem à peccato veniali personali in sensu huius quæstionis. Ratio est, quia in sensu huius quæstionis neutra immunitas est terminus capax electionis respectu Deiparæ Domina: ergo Deipara Domina nequit eligere disiunctive vnam præ alia. Probatur antecedens: nam sensus huius quæstionis est de electione disiunctiva vnius immunitatis præ alia, ita vt si eligatur immunitas vnius peccati, inferatur carentia alterius immunitatis, ac proinde incuratur peccatum illud, cuius immunitatis carentia illata est ex vi electionis disiunctivæ vnius præ alia, vt proxime adnotatum est, num. 82. atqui hoc ipso neutra immunitas est terminus capax electionis Deiparæ Domina: in sensu huius quæstionis: ergo. Probatur minor; nam, in tali sensu considerata vtraque immunitas disiunctiva esset terminus illativus peccati, cuius incapax est Deipara Domina, quæ proinde esset constituta quasi inter Scyllam, & Carybdim peccatorum, quorum quodlibet obstitaret, ne esset idonea Mater Dei, & redūderet in ipsum Deum, vt cum D. Thomâ ostensum est loco proxime citato: ergo.

85. Firmatur, & confirmatur tum ex eo quod neutra immunitas est terminus capax electionis disiunctivæ in sensu quæstionis respectu Christi Domini: tum etiam quia neutrum peccatum eligibile est ex ratione mali respectu ipsius Christi Domini: ergo idem dicendum est respectu Deiparæ Domina: siquidem in Deipara Domina datur impeccabilitas essentialiter opposita vtrique peccato, & quodlibet peccatum ipsius redundaret in Christum Dominum Filium eius, vt loco citato demonstratum est.

86. Dices, & objicies primò. Ex data doctrina sequeretur omnimoda æqualitas Christi Domini, & Deiparæ Domina: in impeccabilitate, ac immunitate ab omni peccato: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, nego sequelam maioris, cuius falsitas constat ex dictis eodem loco citato, vbi ostendi discrimen, & excessum impeccabilitatis essentialis personalis Christi Domini ratione sui suppositi, respective, seu comparative ad impeccabilitatem, ac immunitatem Deiparæ Domina: quod vterius constat ex illo solemnitate, propter quod unumquodque tale, & illud magis; siquidem totum hoc convenit Dei-

paræ Domina: propter honorem Christi Domini, vt ibidem aiebat S. Augustinus, qui cum alijs Sanctis Patribus concedit quamdam identitatem vtriusque, ex qua S. Petrus Chrisologus appellavit Deiparam Dominam *tanquam deam universæ creaturæ*.

87. Objic. secundò. Plus dedecere, idoneam Matrem Dei maculatam esse peccato mortali originali quoad eius effectus mortiferos, ac esse maculatam peccato veniali personali, quod sane non excludit gratiam Dei: ergo.

Respondeo, nego suppositum antecedentis in ipso implicitum; scilicet non dedecere Deiparam Dominam peccatum veniale personale, ex eo quod plus dedecere ipsam peccatum mortale originale quoad eius effectus mortiferos: cum enim non esset idonea Mater Dei, si esset maculata quolibet peccato; vt ex sacra pagina inferebat D. Thomas sæpe laudatus, eo loco; dicendum est, neutrum peccatum esse eligibile, neutramque immunitatem esse terminum capacitatem electionis disiunctivæ Deiparæ Domina: in casu quæstionis; proindeque quoad punctum præsentis quæstionis se habet de materiali, quod peccatum originale excedat in ratione maioris malitiæ, & peccatum veniale personale excedat in ratione maioris voluntarietatis, vt ab adversarijs ponderatur.

88. Objic. 3. Iuxta mea principia stabilita supra, trac. 2. disp. 1. sec. 13. in casu simili electionis disiunctivæ teneretur Deipara Domina non eligere virginitatem præ Maternitate Dei: ergo.

Respondeo, concedo antecedens: ex quo nil inferitur in casu præsentis quæstionis, siquidem in præsentis quæstione inferitur peccatum ex vtraque electione disiunctiva, vt satis probatum est: est in alia quæstione nullum peccatum inferitur ex electione Maternitatis Dei præ virginitate; vt ex ibi dictis patet.



SVB-

SUBSECTIO II.

QVID SIT DICENDUM
in hoc puncto de
homine peccatore?

89 **L**icet hæc resolutio non sit mei instituti directæ, ac immediatæ; ex ipsa tamen amplius clarescent ea, quæ in præcedente subseptione dicta sunt, etiam si debita brevitate absolvatur. Et quidem hæc in re maxime inter se digladiare videntur Eminentissimus Lugo, & Sapientissimus Arriaga, locis de Penitentia citatis supra num. 81. sed vix ad manus venisse consentandum est, si adnotetur, ipsos non convenire in supposito quæstionis, siquidem Card. Lugo supponit peccatum veniale in casu quæstionis manere in ratione talis, & actus illiciti, ut detur locus comparationi factæ inter peccatum veniale personale, & inter peccatum mortale originale; ast P. Arriaga negat hoc suppositum, & vitu que exemplo extrarem, cum aliud sit excusari a culpa in re mala, quia prohibita, & aliud sit eligere rem malam, quia mala intrinsece est. Rursus Card. Lugo supponit, hanc resolutionem non pendere ex eo, quod peccatum lethale originale sit gravius peccato veniali personali; nec ne: ast P. Arriaga è contra supponit hanc resolutionem in de pendere necessario.

90 Pensatis igitur eis, in quibus laudati Auctores disconveniunt, & alijs, in quibus ipsi conveniunt, vix potest fereri iudicium de disiunctiva eligibilitate vnius immunis a re præ alia, & de maiori, aut minori detestabilitate vnius peccati præ alio, respectu hominis peccatoris adulti, cum infans non sit cõmpõs rotionis ad electionem speculativã vnius præ alio extremo disiunctivè eligibili. Adhuc tamen firmus est Card. Lugo in eo, quod, potius sit eligenda immunitas a peccato veniali personali, & quod hoc peccatum, utpotè magis voluntarium, sit detestabilius peccato mortali originali; è contra vero P. Arriaga mortificus defensat, eligendam potius immunitatem a peccato mortali

li originali, & hoc esse detestabilius, utpotè gravius, ac maius malum illativum privationis gratiæ, & gloriæ, quibus peccatum veniale personale non privat.

91. Placet in hoc puncto, mediam etiam tenere viam, & asserere, peccatum mortale originale, & peccatum veniale personale se habere tanquam terminos excedentes, & excessos; ac proinde æquè detestabiles; & æquè ineligibilem disiunctivè immunitatem vtriusque peccati, respectu hominis adulti peccatoris. Hæc mihi videtur expressa mens D. Thomæ, quæst. 5. de Malo, art. 1. ad 9. & iterum, 1. 2. quæst. 87. art. 5. in solutione ad 2. ubi hæc habet: *Peccatum veniale originali comparatum; quodammodo est maius, quodammodo est minus; peccatum enim veniale comparatum huic personæ, vel illi, magis habet de ratione peccati, quia veniale est voluntarium voluntate huius personæ, non autem originale; sed originale comparatum ad naturam est gravius, quia privat naturam maiori bono, quam veniale, scilicet bono gratiæ &c.* En ubi D. Thomas clarissime propositis fundamentis vtriusque oppositæ sententiæ docet, ea peccata se habere tanquam terminos excedentes, & excessos, ut patet ex illis verbis, *peccatum veniale originali comparatum, quodammodo est maius, quodammodo est minus.*

92. Consonat noster Eminentissimus Bellarminus sapientia, ac pietate perspicuus lib. 4. de amissionis gratiæ, cap. 10. in solutione ad 3. ubi sic eloquitur: *originale minus græce est in ratione voluntarij, quam quodlibet veniale; quamvis sit in ratione mali gravissimum; cum privat hominem gratia Dei.* Et quidem utraque allegata auctoritas ita accipienda est, ut excellus peccati venialis personalis in ratione voluntarij non tollat omnimodo rationem voluntarij in peccato mortali originali, ut patet ex eo, quod aliter non esset imputabile posteris Adami; cuius voluntas fuit moraliter voluntas posteriorum ipsius Adami, ut sæpè dictum est.


93. Ratio meæ conclusionis in allegatis auctoritatibus expressa est; siquidem facta comparatione inter peccatum veniale personale, & inter peccatum mortale originale illud prius est terminus excedens in aliquibus prædicatis, quale est esse magis voluntarium; & simul est terminus excessus in alijs prædicatis, quale est esse magis damificativum in privatione maioris boni gratiæ, & gloriæ. Vnde fit, quod cum hæc peccata ita se habeant, sint vtrique æquè

SECTIO VII.

AN DEIPARA DOMINA
caruerit penis, ac effectibus
temporalibus
peccati originalis.

96 **P**lures sunt pœnæ, ac effectus temporales peccati originalis; qui recensentur singillatim varijs in locis Iuris Canonici, præsertim in capite *Firmissimè de Consecrat.* dist. 4. ab omnibus tamen illis immunis fuerit à causa ipsorum effectuum, scilicet peccato originali, ut in superioribus demonstratum est. Et quidem cum vnus ex præcipuis effectibus peccati originalis sit fomes peccati, & hoc effectum caruisse omnino Deiparam Dominam ostenderim ex professo supra disp. 1. huius tractatus, sect. 3. à num. 45. parum restat addendum pro stabilitenda mea, & communissima sententia de sentante, Deiparam Dominam caruisse omnibus pœnis, ac effectibus temporalibus peccati originalis: hanc sententiam illustrat ex iure Canonico Inrisconsultus Doctor Dominus Didacus de Rocha Peruntinus Regum Senator, in suo opere de Concept. cap. 16. per totum.

97. Nec obstat, quod vnus ex præcipuis effectibus, ac pœnis peccati originalis assignetur in sacra pagina, & in iure canonico, mors corporalis, qua non caruit Deipara Domina. Non obstat, inquam, hoc in Deipara Domina, sicut nec obstat in Christo Domino; quia vtriusque mors corporalis non fuit eo modo, quo mors corporalis data est in pœnam peccati originalis, scilicet mors corruptionis, ac incinerationis; qualis exprimitur Genes. 3. cum dicitur, *pulvis es, & in pulverem reverteris*: hæc autem morte corruptionis, ac incinerationis ex debito vterque immunis fuit, ut certo certius est; fecus tamen morte incorruptionis, qua dicitur conditio naturæ humanæ; vtrinter alios plures Doctores Sap. Vigerius Dominicanus statuit; lib. de inst. Sacr. in comm. ubi probat luculenter, mortem corporalem Deiparæ Domine non fuisse pœ-



pœnam peccati originalis, sed conditionem naturæ humanæ, unde ad rem ait: *mors in Christo non fuit pœna peccati, sed conditio naturæ pro ut etiam in Beata Virgine.* Consultatur insuper Magister Fr. Gundizalvus de Cervantes Augustinianus in suo tractatu de sententiâ D. Augustini in favorem Conceptionis; ubi in rectum sensum adducit varia testimonia S. Doctoris, quæ circa præsens punctum contraria videbantur. Vide infra tit. 4. d. 1. sec. 5.

98. Nec tamen alij homines iusti carent prædictis pœnis ratione gratiæ habitualis: sicut nec ratione ipsius fiunt simpliciter impeccabiles, sive insensu composito ipsius, ut recte ostendit P. Rhodes, tomo 2. disp. 3. de Incarn. quæst. 2. sec. 1. § 2. unde bene verum est, quod homo iustus ut iustus sive in sensu composito gratiæ habitualis amissibilis per peccatum, potest peccare, id est, potest amittere gratiam per peccatum, quatenus habet potentiam ad peccandum, sive ad amittendum gratiam per peccatum, licet non habeat potentiam componendi peccatum mortale in sensu composito gratiæ habitualis; proindeque aliud est dicere, *iustus ut iustus peccat*, quod est falsum; & aliud est dicere *iustus ut iustus potest peccare*, quod est verum insensu proxime explicato. Aliter tamen discutitur in Deipara Domina de gratia habituali ipsius ut fundata, seu radicata in Maternitate Dei inanimasibili per peccatum, ut ostensum est supra sec. 1. subsec. 2. num 23.

DISPUTATIO III.

DE PECCATI ORIGINALIS EXISTENTIA, ac essentia; & de alijs pœnis ipsi correspondentibus.

1. **N**efas esset omittere hanc disputationem, quæ sane pro complemento, pleneque notitia eorum, quæ hactenus dicta sunt, desiderarentur, immo etiam pro intelligentia plurimum ver-

tatum Fidei Catholicæ; quæ hinc maxime pendunt, ut docet Doctorum lumen D. Augustinus, lib. 5. contra Julianum, cap. 2. sic: *adeo est necessaria peccati originalis notitia, ut qui illud negant, ipsa Fidei fundamenta nitantur evertere:* admodum tamen difficultas extat intelligentia ipsius peccati originalis, ut fatetur ipse S. Doctor lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 22. ubi ait: *hoc peccato antiquo, scilicet originali; nihil est ad prædicandum notius, nihil est ad intelligendum secretius.* Sed ut difficultatem hæc in methodo vincamus, ordinem præscriptum ab Aristotele lib. 2. post. cap. 1. in rebus tractandis observemus; sit,

SECTIO I.

AN SIT, SEU EXISTAT peccatum originale?

2. **D**ubium hoc viro Catholico supervacaneum videbitur perdifficile tamen, & diligenti examine dignum, quatenus omnibus debitores sumus, cum Apostolo, qui sane ad Romanos 5. demonstrat adversus hæreticos existentiam peccati originalis traducti ex Adamo in posteros, *qui in ipso peccaverunt.* Negant tamen existentiam peccati originalis apud D. Thomam lib. 4. contra gentes, cap. 50. & apud D. Augustinum lib. 1. de peccatis, cap. 18. Pelagius, Julianus, & Cælestius, alijque scelestissimi hæretici, Armenij, Abailardenses, impie adducentes pro se S. Ioannem Chrysostomum infra vindicandum ab hac falsitate.

3. Contra hunc errorem hæreticum militat Ecclesia Catholica velut agminefacto in sacris Concilijs definitibus de fide veritatem existentiam peccati originalis ex Adamo traducti in posteros per naturalem propagationem, ac feminalem generationem generis humani: ita omnes Sancti Patres, & Theologi Catholici; qui hanc veritatem ostendunt manifestis auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & efficacibus rationibus Theologicis, quidquid de his deneget P. Arriaga tomo 3. disp. 50. sec. 1. n. 3.

SVB.

SUBSECTIO I.

VERITAS CATHOLICA affirmans flebitur.

4. **V**eritas Catholica affirmans, vere dari peccatum originale, constat i. ex sacra pagina, tam in veteri, quam in novo testamento; Propheta Oseas cap. 6. ait: *ipsi sicut Adam, transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt omnes.* Job, cap. 14. *quis potest facere mundum de immundo conceptum femine? Nonne tu qui solus es? Nemo mundus a sordibus, neque insans, cuius est unius diei vita super terrâ:* iuxta septuaginta Interpretes. David Psalm. 50. *Eccè enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Paulus ad Romanos, cap. 5. *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* *Unus delicto multi mortui sunt.* Deinde ad Ephesios cap. 2. *eramus natura filij iræ; id est originaliter,* ut subdit S. Augustinus iam laudandus. Denique 2. ad Corinthios cap. 5. *si unus pro omnibus mortuus est Christus: ergo omnes mortui sunt;* quæ omnia, & alia similia, in sensu recto accipienda sunt.

5. Constat secundo. Ex Sacris Concilijs, & Sanctis Patribus; nam hæc veritas Catholica definita est de fide in Concilio Milevitano confirmato ab Innocentio I. cap. 2. rursusque in Concilio Aravicano canone 1. ac demum in Concilio Tridentino sec. 5. n. 2. & 4. Defensataque est pro viribus a Sanctis Patribus; quorum plura testimonia congerit S. Augustinus lib. 2. contra Julianum in fine; & infra non nulla traduntur.

6. Constat tertio ratione Theologica, quam innuit D. Thomas loco nuper citato: nam mors corruptiōtis, & incinerationis, quæ in cineres, seu in pulverem revertuntur posteri Adami; & quem experimur adhuc in infantibus sæpe de utero translatis ad tumulum, est pœna alicuius culpæ, ac peccati; iuxta illud Apostoli, *per peccatum mors;* atqui non est pœna alicuius culpæ; ac peccati actualis personalis, cuius in capaces sunt tales infantes carentes usu rationis;

& liberi arbitrij, sine quo non datur culpa peccaminosa actualis personalis: ergo est pœna alicuius culpæ peccaminosæ originalis, sive per originem traductæ; quæ est peccatum originale; supplicium enim est pœna peccati; ac proinde est vere peccatum originale.

7. Constat quarto alia ratione adducta ab eodem D. Thoma ibidem: nam Sacramentum Baptismi institutum est à Christo Domino in remedium generis humani infirmi, ac infecti mortifero morbo alicuius peccati, ac proinde hoc remedium applicatur ab Ecclesia catholica divinitus illuminata infantibus posteris, seu filijs Adami: ergo signum manifestum est, in illis dari aliquod peccatum mortiferum: nunc sic: atqui in illis non datur peccatum mortiferum actuale, cuius incapaces iunt ex defectu usu rationis, ac liberi arbitrij; ergo in illis datur peccatum habituale originale traductum per generationem naturalem ex Adamo; in quo omnes peccaverunt; tanquam in capite.

8. Constat quinto ratione a posteriori desumpta ex manifesta experientia tot calamitatum; ærumnarum; dolorum; laborumque, quibus inficitur humana natura adhuc in infantibus, & qui proinde evulnere nascuntur, ut siccinè catitolorina carmi na apud Lyranum in cap. 7. Sapient;

Dicentes E, vel A, quot quot nascuntur ab Eva.

9. Sed dices primo cum Pelagianis adversus primam meam probaticnem: transitum peccati in posteros Adami, de quo loquitur Apostolus, esse intelligendum tantum per imitationem, non tamen per originem quatenus scilicet Adamus suo exemplo movit ad peccandum; & imitandum ipsum per peccata actualia commissa a nobis. Contra primo, quia hoc figmentum hæreticum manifeste convincitur ex ipso contextu verborum Apostoli; vel dicant hæretici Pelagianij, quisnam est ille homo per quem peccatum in hunc mundum intravit? Et quodnam est peccatum, per quod intravit mors? Nonne Adamus hominum caput? Nonne peccatum originale, sicut peccatum originis? Nec enim ibi fit mentio de alio homine, nec de alio peccato actuali; proindeque dicitur ibi, *in quo omnes peccaverunt;* & subditur; *unus delicto multi mortui sunt:* quid clarius? Contra secundo; quia ut bene adnotant SS. DD. August-

Augustinus, & Thomas, si subsisteret hic sensus hæreticus, potius dictum fuisset ab Apostolo, peccatum intrasse in mundum per malos Angelos, quam per primum hominē. Contra tertio quia Apostolus loquitur absolute, & sine differentia, ac proinde loquitur non solum de adultis, sed etiam de infantibus: atqui infantes, qui ad ætatem capacem vius rationis, & liberi arbitrij non pervenerunt, nō peccaverunt per imitationem: ergo Apostolus non loquitur de peccato per imitationem, sed per generationem, ac propagationem ex Adamo.

10. Dices secundo cum eisdem hæreticis adversus quartam meam probationem: Sacramentum Baptismi non conferri infantibus, seu parvulis in remedium peccati originalis, sed ad hoc tantum ut possint introire in regnum cælorum, iuxta illud Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu Sancto, &c.* Contra primò, quia sic convincitur, (ut accipiamus salutem ex inimicis nostris) infantes, seu parvulos non renatos per Baptismum excludendos esse à regno cælorum, & à fine illo ultimo, ad quem creati sunt: ergo in illis datur aliqua culpa, cui correspondeat huiusmodi pœna: atqui in illis non datur culpa personalis actualis: ergo datur originalis. Contra secundo, quia in infantibus renatis per Baptismum verificatur forma huius Sacramenti, videlicet, *Ego te baptizo*, quod idem est, ac *abludo*; ablueré autem, seu mundare præsupponit in illis aliquam sordem, si ve culpam: atqui hæc culpa non est alia nisi originalis per propagationem: ergo. Contra tertio, quia dum infantes baptizantur, verè exorcizantur, ut à diaboli potestate eripiantur, proinde que sponsor abrenuntiat diabolo nomine sui parvuli: atqui hoc non fit ratione peccati actualis, cuius incapaces sunt ex defectu supra repetito: ergo fit ratione peccati originalis, in quo concepti sunt, ut potè qui erraverunt ab vrero.



SUBSECTIO II.

HÆRETICA TELA CONTERUNTUR.

11. **H**Ydra hæreticalis confurgit adversus inconcusam Catholicam veritatem pro qua valide militavit melior Hercules S. Augustinus, usque dum victor evasit, ac feliciter Lernæam versicolorum Hydram detruncavit: quod ut pateat, ad objectionum extricationem accedamus, quæ sunt falsa hæreticorum fundamenta, aut deliramenta.

12. Obijciunt igitur primò ex veteri testamento illud Ezechielis 18. *Filius non portabit iniquitatem patris: & ex novo testamento illud Apostoli 1. ad Corinth. cap. 7. Filij vestri sancti sunt: ergo filij Adami non sunt gravati, nec infecti peccato Protoparentis.*

Respondeo, utrumque allegatum textum improbe intelligi ab hæreticis; siquidem Propheta non loquitur ibi de filijs respectu Protoparentis, ac patris communis totius generis humani, qualis est Adamus; sed de filijs respectu huius patris in particulari in quo posteriori sensu accipiendus est. Apostolus etiam non loquitur de filijs sanctis sanctitate stricta; sed tantum sanctitate laxa legali, quatenus filij procreati intra matrimonium hominum Christianorum censendi erant legitimi; in quo posteriori sensu catholico à Sanctis Patribus accipitur ille textus.

13. Obijciunt secundo testimonia S. Ioannis Chrysostomi, tum homilia 10. ad Roman. tum homilia alia ad Neophytos; tum denique homilia 39. in epist. ad Corinth. ad illa verba Apostoli, *In quo omnes peccaverunt; & in Adam omnes moriuntur*; ubi subdit S. Doctor: *morte corporis, non gehennæ ergo.*

Respondeo cum Sancto Augustino lib. 1. contra Julianum, mala fide allegari verba Sancti Chrysostomi, nam ibi Sanctus Doctor non ponit peccatum in singulari, sed peccata in plurali, quatenus infantes carent peccatis actualibus personalibus; & quidem

plures ex illis non damnantur morte gehennæ quatenus per Baptismum salvi fiunt ex meritis Christi Domini, si in eo statu morte corporis rapiantur, nè malitia mutet eorum felicitatem; immò etiam si nondum baptizati decedant infantes, in gehennam adultorum damnatorum propriam non detruduntur, ut infra constabit.

14. Obijciunt tertio. Si ex usu, & actu conjugii proveniret per generationem naturalem fieri translationem peccati originalis in prolem, usus matrimonialis esset illicitus: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, nego sequelam maioris, quæ est hæresis Manichæorum; cuius falsitas patet ex eo, quod ille usus seu actus matrimonialis respiciat bonum commune naturæ humanæ propagandæ; & hoc debeat præferri, etiam si inde sequatur malum morale ferri particularis; immò hoc non sequitur per se, nempe ex illa generatione secundum se considerata, sed ex semine vitiato in radice, nempe in primo homine Adamo, in quo proles particularis peccavit simul cum reliquis posteris ipsius Adami: ac proinde parentes conjugati licite utuntur iure suo intra matrimonium, quod sancte institutum est ad propagationem generis humani; de hoc autem infra redidit sermo.

15. Obijciunt quarto. Parentes baptizati non habent peccatum originale: ergo non possunt transfundere in suos filios id, quod in seipsis non habent.

Respondeo, distingo antecedens; non habent formaliter, quatenus per baptismum renati, ac purgati sunt; concedo: non habent virtualiter, scilicet in sua virtute seminali, media qua generant suos filios; nego antecedens, & consequentiam in eodem sensu, quem illustrat S. Augustinus exemplo pulcherrimo tritici; siquidem triticum adhuc postquam purgatum est à paleis, & aristis, generat aliud triticum infectum paleis, & aristis; pariter igitur homo (quem Christus Dominus comparat tritico, seu grano frumenti) adhuc postquam purgatus est per baptismum, generat alium hominem infectum peccato originali; utrobique enim datur vitium illud in virtute seminali.

16. Obijciunt quinto. Si anima hominis geniti contraheret peccatum originale, Deus esset causa specialis illius peccati, siquidem à solo Deo creatur anima rationalis:

atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, nego sequelam maioris, nam anima rationalis non contrahit peccatum originale formaliter, quatenus præcise creatura solo Deo, sed quatenus unitur ac recipitur in corpore per generationem seminalem: audi consonam comparationem S. Augustini pro hac re; nam sicut aqua, licet promanet à fonte purissimo, nihilominus contrahit sordes, si in vase immundo recipiatur; ita pariter anima rationalis à Deo purissimo creata; contrahit sordes peccati originalis formaliter; si in corpore immundo recipiatur per generationem seminalem; media qua parentes, qui sunt principium generativum unionis, sunt utique principium communicativum animæ rationalis creatæ à Deo, ut in libris Phisic. dictum est: Unde non est vllum fundamentum ad hoc, ut Deus dicatur causa specialis intentiva illius peccati; maxime cum iam pridem ab exordio mundi omnes posteri peccaverint in Adamo Protoparere, in quo tota massa naturæ rationalis humanæ vitiata, & corrupta est, ut amplius constabit ex iam dicendis.

SUBSECTIO III.

COMPROBANTVR dicta ex gravitate peccati originalis, & ex translatione voluntatum facta à Deo.

17. **G**ravitas peccati originalis saeviantis, ac viciantis naturam humanam tanta est, ut lineam peccati mortalis attingat, immò hanc esse veritatem de fide, tenent plerique Theologi contra Durandum, Ruardum, & Tapperum, apud P. Arriagam tomo 3. disp. 50. sec. 2. siquidem manifeste convincitur, esse peccatum mortale ex sacra pagina; in qua sæpè peccatum originale absolute, & sine vlla limitatione appellatur peccatum, quod profamotiori peccatum grave mortale intelligitur: sic dicitur Danielis 9. *ut deleatur ini-*

gnitas, & sinem accipiat peccatum; & Ioannis 1. Ecce agnus Dei, qui tollis peccatum mundi: & Pauli ad Roman. 5. per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. Rursum, eandem veritatem convincunt Sancti Patres & sacra Concilia, apud laudatum P. Arriagam ibidem.

18. Difficultas tamen gravissima est in modo, quo peccatum originale habeat rationem peccati mortalis, ac proinde rationem voluntarij, & liberi, respectu posterum Adami, in quo peccaverunt; nam teste S. Augustino lib. contra secundinum Manichæum, cap. 15. *Si voluntarium, & liberum non sit, certe peccatum non est*. Arguitur autem non esse voluntarium, & liberum peccatum originale respectu posterum Adami; primò, quia voluntarium ut tale debet esse à principio intrinseco cum cognitione; quale videtur non fuisse peccatum originale à posteris nondum existentibus; secundò, quia deberet esse in posterorum potestate ponere, vel non ponere tale peccatum, & determinare ac imperare, aut imperire voluntatem Adami; quod sane non fuit in eorum potestate, tunc, quia deberent ipsi posteri suas vices commississe Adamo, suasque voluntates voluntates transfuisse in voluntatem Adami; quod sane impossibile fuit.

19. Hoc triplex argumentum est *funi- culis triplex, qui difficile rumpitur*; immò & hordianus nodus indigens in se Pelæi iube- nis, aut Alexandri Regis gladio; sed melius dixerim, in se Fidei, ut communiter adno- tant Doctores in eius obsequium intellec- tum captivantes, cuius lucerna ducti in caliginoso loco conantur expellere tene- bras hæreticales, & lucem splendescere in arguatarum solutione, in qua tradenda est sana doctrina, & communissima Theolo- gia circa transfusionem, seu translationem voluntatum posterorum factam à Deo Opt. Max. in voluntatem Adami.

20. Dicendum igitur est ad 1. cum eodem S. Augustino lib. 1. retract. cap. 13. quod peccatum originale est voluntarium, & liberum respectu posterum Adami moraliter ac interpretative, & eodem modo est à principio intrinseco cum cognitione, scilicet moraliter ac interpretative; siquidem eodem modo debet convenire definitio, quo convenit definitum: licet enim non extiterint physice posteri Adami ab exordio mundi, nihilominus Deus supremus Dominus, &

omniscius, constituit Adamum primum ho- minem caput morale suorum posterorum: ita ut eius voluntas esset moraliter, & inter- pretative voluntas suorum posterorum ex translatione morali facta à Deo vi sui supre- mi dominij, divinique decreti, & pacti initi cum ipso Adamo, in ordine ad conservan- dam, vel amittendam iustiam originale per observationem, vel transgressionem præ- cepti divini de ligno vetito, ut constat ex sacra pagina, & infra ostendetur varijs exemplis petitis ab humanis, & politicis rebus.

21. Dicendum est ad 2. cum D. Tho- ma hic, quæst. 18. art. 1. peccatum origi- nale, ut pote voluntarium moraliter respec- tu posterorum Adami, esse in potestate mo- rali ipsorum, licet non sit in potestate phy- sica eorum uti est voluntarium personale; ac proinde sufficit ad peccatum originale, quod in eodem sensu morali, in quod voluntas Adami erat, & censetur voluntas suorum posterorum, possent intelligi hi tanquam partes morales unius corporis, & capitis morales in ordine ad illud effectum provenientem ab illa voluntate quod pulchre explicat D. Thomas ibidem sic: *Homines ex Adam derivati sunt tanquam multa membra unius corporis; actus autem unius corporis, actus autem unius membri corporalis, puta manus, non est voluntarius voluntate ipsius manus, sed voluntate anima, quæ primò movet mem- brum: unde homicidium quod manus committit, non imputaretur manui ad peccatum, si consideraretur manus secundum se ut divisa à corpore; sed imputatur ei in quantum est aliquid hominis, quod movetur à primo principio motivo hominis; sic igitur inordinatio, quæ est in isto homine ex Adam gene- rato, non est voluntaria voluntate ipsius, sed vo- luntate primi parentis, qui movet motione gene- rationis omnes, qui ex eius origine derivantur; sic ut voluntas anima movet omnia membra ad ac- tum*. Hactenus Divus Thomas, qui rectè in- tellectus in sensu à me exposito, non est irrec- te impugnandus cum P. Arriaga hic, sect. 5. subiect. 1. siquidem paritas non tenet in omnibus.

22. Dicendum est ad tertio cum lauda- to Divo Augustino lib. de corrept. & grat. cap. 14. quod *Deus magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas*: ac proinde non fuit necessum, quod homines posteri Adami committerent suas vices, nec trans- ferrent suas voluntates; sed factum est quod Deus omnium Dominus ex vi illius supremi

domi,

dominij, ac potestatis hoc fecerit: sic enim adhuc in humanis, ac politicis, non est ne- cessum quod pupilli committant suas vices, nec transferant suas voluntates, sed factum est quod Respublica, Princeps vè, hoc faciat ex vi supræmæ potestatis, quæ exprimitur in legibus, ita ut proinde voluntas Tutoris censeatur moraliter voluntas suorum pupillo- rum, ut habetur in lege *cum plures*, §. *qua bona fide*, ff. de administr. & peric. Tutor. immò etiam id quod physice vult Tutor, censetur velle moraliter pupillos, ut in praxi comper- tum est: ergo potiori iure totum hoc admit- tendum est ex omnium supremo dominio, ac potestate infinita Dei, in voluntate Adami, & suorum posterorum; ac proinde admittenda est ea transfusio, seu translatio voluntatum facta à Deo.

23. Hoc totum deducitur ex Sacra Scrip- tura, in qua constat à Deo initum, ac cele- bratum pactum cum Adamo, iuxta supra- dicta ex cap. 2. Genesios, & cap. 6. Prophe- tæ Ossee; ita ut in tali pacto includatur de- cretum Dei de transfusione voluntatum po- sterorum quoad illum actum provenientem ab Adamo tanquam capite morali omnium posterorum; siquidem aliter non esset caput morale, nec nobis nocuisset per illam trans- gressionem præcepti divini, nisi intercessisset ordinatio, ac institutio divina determina- ta pro illa illa vice: sicut nec nobis nocuisset alio peccato particulari, quidquid dicat M. Gonet hic, art. 4 §. 1. nec nobis profuit posterior eius penitentia particularis; quod etiam nititur firmo Sanctorum Patrum, & Theologorum iudicio.

24. Hinc Divus Augustinus lib. 5. contra Julianum loquitur de Adamo sic: *scivit ille quid fecerit, in quo omnes peccarunt*: scivit enim illud pactum, & acceptavit, alioqui non diceretur pactum; scivit etiam caput esse mo- rale hominum ex institutione Dei, alicui non esset eius peccatum ita grave, ac ponderatur à Sanctis Patribus, & Theologis, ex illa circumstantia cognita capitis morales, & damno illato posteris, quod non intulisset sine cognitione, & institutione, scilicet si pec- casset solum, ut persona particularis; de quo videndus est Divus Thomas, 3. p. quæst. 1. art. 4. quidquid, animo omnia impugnandi ex more, dicat P. Arriaga hic, disp. 51. sect. 5.

25. Dices tamen primò cum Pelagia- nis apud Divum Augustinum lib. 6. contra

Julianum; omnino repugnare quod aliquis homo peccet per voluntatem alterius; siquidem iuxta Apostolum, *Unusquisque referet prout gessit in corde suo*. Contra; nam allegata verba Apostoli debent intelligi in sensu recto tradito à Sancto Anselmo lib. 2. de Concept. Virgin. cap. 18. ubi ait: *Unusquisque referet prout gessit, vel propria voluntate vel aliena*; alioqui Apostolus loquutus fuisset de stultis operibus actualibus, cum ta- men peccatum habituale ibi contineatur, & peccatum originale sit in nobis habituale quatenus perseverat moraliter, est quæ nobis voluntarium moraliter; quid quod videantur cæspitasse in hoc Illustrissimus Sa- lazar de Concept. cap. 1. & Acutissimus Vasquez 1. 2. disp. 131. quem excusare con- natur Sapientissimus N. P. G. Thyrsus Gonzalez, tom. 3. disp. 3. sect. 2.

26. Dices secundo disparem esse ratio- nem inter transfusionem voluntatum po- sterorum Adami, quæ esset ad actionem in- ternam, & inter transfusionem voluntatum pupillorum, quæ est ad actiones externas, proindeque non peccat Tutor per peccatum pupilli, nec è contra pupillus per peccatum Tutoris. Contra quia paritas non tenet in omnibus, & sufficientissime salvatur in eo quod detur transfusio voluntatum pupillo- rum, sine ipsorum formali consensu, facta à Principe creato circa eas actiones exter- nas ad quas sola dominium ipsius exten- ditur; aut dominium supremum Principis in creati Deo extenditur etiam ad actiones inter- nas voluntatum creaturarum, ac proinde ad ipsas etiam extenditur transfusio facta à Deo: immò ex hoc posteriori dominio oritur, quod non semel peccet Tutor ratio- ne peccati facti à suo pupillo ex omni- bus, aut permissione Tutoris. Nec desunt alia exempla in Vicarijs Episcoporum, alijsque Legatis, Procuratoribus, in quibus trans- fusiones similes, abusivæque peccaminosæ vide- tur.

27. Dices tertio hinc sequi posse Deum ex vi sui supremi dominij erga homines, & bestias, transfundere appetitum bruti in vo- luntatem hominis ad actiones internas bo- nas, aut malas. Contra, quia huiusmodi sequela ridicula est, siquidem appetitus materialis bruti essentialiter incapax est talis transfusionis in ordine ad actiones internas humanas liberas, & bonas, aut malas mora- liter quarum incapax est essentialiter bruti,

vt de se patet; ac proinde dominium Dei non extendatur ad hoc impossibile, & implicatorium essentialiter.

Dices quartò, implicatoriam vtique esse transfusionem meae voluntatis humanae in voluntatem Adami, si ego elicere actum supernaturalem dilectionis Dei super omnia in ipso primo instanti meae generationis; siquidem tunc verificaretur, me peccare, & simul non peccare, quod implicatorium est. Contra, nã in tali casu qui sanè de facto nequit subsistere, potètius esset actus physicus liber meae voluntatis praeter actu moralis interpretativo in voluntate alterius, quid dicitur talis per similitudinem, & analogiam ad actum physicum propriae voluntatis; proindeque impediretur peccatum in voluntate alterius & solum sequeretur, me non peccare ratione actus physici oppositi eliciti tunc à mea propria voluntate: est cum defacto in hac providentia, in qua sola loquimur, non datur talis actus physicus oppositu elicitus à mea voluntate, sequitur tantum ex transfusione meae voluntatis, me peccare in Adamo, vt satis ostensum est, sine vlla implicantiã.

28. Dices. Si ex vi transfusionis moralis voluntatum posterorum in voluntatem Adami in ipso peccassent, possent vtique in ipso mereri, & sanctificari: atqui hoc repugnat: ergo. Respondeo, sequelam maioris pendere ex alia resolutione Theologorum, quorum plures requirunt plus ad merendum, quam ad demerendum, seu peccandum: plures tamen admittunt praedictam sequelam cum PP. Ripalda, tomo 1. disp. 16. sec. 9. num. 44. Oviedo hic. contr. 2. pun. 2. Arriaga hic, subsec. 3. num. 30. fundamentumque accipiunt à Concilio Tridentino docente, eam libertatem sufficere ad promerendam gratiam, quae sufficit ad amittendam ipsam gratiam; vnde inferunt, eam libertatem moralem in capite sufficere ad conservandam gratiam, in istam originalem in posteris Adami observantibus in ipso praecipuum Dei, quae sufficiens fuit ad amittendam illam ratione transgressionis praecipui Divini. Consultatur laudatus P. Arriaga circa denominationem moralem sancti; maxime si supponatur sententia probabilis P. Vasquez; & aliorum plurium Theologorum, qui tenent, actum supernaturalem contritionis, aut dilectionis Dei super omnia esse

formam sanctificantem; de quo nos alibi.

SVBSECIO IV.

COROLLARIA COLLIGUNTUR EX DICTIS.

29. Nonnulla notatu digna colliguntur ex proxime stabilitis, quae levi manu attingendi sunt. Primò. quod licet peccatum actuale Adami vt capiti moralis posterorum sit gravius in damnum ipsius; nihilominus est peccatum grave mortale in damnum posterorum, quos reddit vere inimicos Dei, diciturque habituale in ipsis ratione perseverantiae moralis, dum deleatur per Baptismum. Secundò. Quod transfusio voluntatum posterorum Adami facta est à Deo ex vi supremi dominij in ordine ad solam illam materiam determinatam, circa quam fuit impositum praecipuum Dei. Tertio. quod transfusio fuit cognita, & acceptata ab Adamo ratione pacti, ita vt eius cognitio tenderet in omnes posteros per modum vnus; ac proinde ipse commisit physice vnicum peccatum, quod sane iuxta Tridentinum est proprium singulis posteris Adami. Quartò, quod traditio peccati originalis fit per generationem naturalem, & virtutem seminalem ex Adamo scilicet factiã, & corruptio, postquam transgressio praecipui divini ab ipso perpetrata est. Quintò. Quod peccatum transgressionis perpetratum ab Eva non fuit peccatum originale, nec nocuisset nobis se solo; siquidem transfusio voluntatum, & pactum Dei respiciunt solum Adamum tanquam caput morale posterorum.



SEC.

SECTIO III.

QVID SIT PECCATUM ORIGINALE, & IN QUO CONSISTAT?

30. Peccatum originale satis nobis innotescit in suis effectibus, oppositis sane alijs convenientibus à gratia originaria, seu iustitia originali reddente hominem iustum, sanctum, gratum Deo, subiectum que rationi: est in se ipso satis superque ignotum est; ac proinde cum ex ignorantia veritatis veniat opinionum varietas, vt alibi aiebat Tertulianus, innumera sane extat varietas opinionum, ac errorum circa essentiam peccati originalis; vt iam constabit.

SVBSECTIO I.

HÆRETICI ERRORES EXTRICANTUR.

31. Praeter alios hæreticos errores supra extrictos, restant alij plures extricandi circa essentiam peccati originalis, quam Calviniani, & Lutherani tenent, consistere in concupiscentia, seu fomite peccati inclinante in malum posterorum Adami. Hoc delirium manifeste convincitur ex eo, quod compertum sit experientia non tolli à nobis per Baptismum concupiscentiam, nec fomitem peccati inclinantem in malum, vt testatur Apostolus ad Roman. 7. dum ait, *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae*: atqui per Baptismum tollitur à nobis peccatum originale, & quidquid habet propriam rationem peccati, vt definit Tridentinum, sec. 5. can. 5. & testatur ipse Apostolus ad Roman. 8. dum ait, *nihil damnationis est in his, qui sunt renati in Christo Iesu*; scilicet per Baptismum, iuxta illud, *nisi quis renatus*

fuerit ex aqua, &c. spiritu sancto & ergo peccatum originale non consistit in illa concupiscentia, seu fomite peccati inclinante nos in malum.

32. Aliam angiportam aperuit Mathias Flaccus Lutheranae hæretis patronus asserens, peccatum originale esse substantiam ipsam animae rationalis corruptam ex peccato Adami. Contra hoc hæreticum figmentum militat ratio, & auctoritas proxime proposita: in superque inferitur, Deum esse vnicam causam peccati originalis; siquidem Deus est vnica causa animae rationalis substantialis, in cuius substantia per vos consistit essentia peccati originalis posterorum Adami.

33. Tertius error est aliorum hæreticorum eiusdem farinae, seu fursuris Lutheranae, qui confingunt, peccatum originale esse aliquid substantiale corporeum, nempe cor, aut hepar. Contra hos carnales, & eosque hæreticos militat ea, quae contra alios nuperime ponderata sunt; nec opus est immorari in improbando tam infano errore, qui à quolibet sano, cordatoque homine, risu, & cachino accipiendus est.

34. Pro suo tamen deliramento adducunt hæretici varia testimonia Apostoli, in quibus videtur, concupiscentiam componi peccatum absolute. Ea autem testimonia Apostolica non sunt corrupta vitiate, sensu hæreticorum, sed accipienda catholico sensu definito in Concilio Tridentino, sec. 5. can. 5. vbi de illis loquitur sic: *hæc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè, & proprie peccatum sit, in renatis, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Quid clarius?*

35. Pariformiter accipiendus est ipse Apostolus ad Roman. 7. vbi ait, *tenere in membris aliam legem repugnantem legi mentis, siue legi rectae rationis*: ad hoc enim verificandum sufficit, quod alia lex concupiscentiae opponatur causaliter legi rectae rationis, quatenus est causaliter inclinans ad peccatum; proindeque odio haberetur à Deo, sicut etiam alij habitus vitiosi inclinantes ad actus peccaminosos. Vnde fit, concupiscentiam non esse proprie peccatum in se formaliter, vt perperam intendunt hæretici, de quibus iure merito ait Apostolus Iudas Thadæus in sua Epistola Catholica: *si autem,*

B b

quæ-

quacumque quidem ignorant, blasphemant; quacumque autem naturaliter, tanquam inuta animalia, norant, in his corrumpuntur: hi sunt, arbores autumnales, in fructuosa bis mortua, eradica-
ta, fluctus feri maris, despumantes suas confusio-
nes, sidera errantia; quibus procella tenebrarum
servata est in eternum.

SVBSECTIO II.

VARIÆ OPINIONES referuntur, & refe- lluntur.

36. **O**pinio Gregorij Ariminensis, & aliorum antiquorum fuit; peccatum originale esse qualitatem quamdam physicam morbidam causatam ex sibilo serpentis; & inclinantem nos ad peccatum; ita tamen ut sit distincta a concupiscentia. Hæc opinio gravi censura digna est, & in re non distituitur ab errore hæretico; cuius impugnationibus superioribus subiecta est. Nec excusat hos antiquos Theologos deprabata intelligentia aliquorum testimoniorum Divi Augustini, hic enim S. Doctor loquitur de causali influxu damonis suggerentis peccatum medio sibilo, seu flatu serpentis; nec intelligit qualitatem physicam; sed moralem, dum loquitur de peccato originali.

37. Sententia Ambrosij Catherini, & Alberti Pighij fuit, peccatum originale non esse quid intrinsicum nobis, sed solam denominationem extrinsecam a peccato Adami, ratione cuius nos denominamur extrinsece peccatores; ita ut peccatum originale non sit multiplex moraliter, sed vnicum in omnibus posteris ipsius Adami. Hæc sententia erronea reputatur a Catholicis Theologis; proindeque damnata, & aboleri iussa est in Indice expurgatorio; verbo Ambrosius Catherinus, ut adnotat M. Gonet hic, §. 2. n. 86. oppositaque est definitioni Concilij Tridentini sess. 5. can. 1. & 2. ubi definitur, peccatum originale esse intrinsicum posteris Adami, ac proinde multiplex moraliter, seu multiplicatum moraliter in illis; cum in his

unicuique proprium. Nihilominus tamen excusantur hi Auctores a P. Arriaga hic, sec. 1. num. 6. quoad denominationem extrinsecam in genere physico, cum sufficiat intrinsicam secatio peccati originalis moralis, seu in genere moris; & sic intelligendus est P. Salmeron, disp. 45. & 46. in cap. 5. epist. ad Romanos.

38. Sententia Durandi, R. offensis, & Alfiodorensis fuit; peccatum originale consistere in reatu pænæ æternæ damnationis tribuitur D. Augustino lib. 6. contra Julianum, cap. 8. & defenditur ex professo a R. A. P. N. G. Thyrsio Goralz, tomo 3. disp. 3. & ibidem sec. 6. conatur ostendere, hanc sententiam non differre a sententia Ambrosij Catherini communiter damnata a Theologis: ego vero licet abstinere a censurâ, non tamen ab impugnatione. Nam reatus pænæ æternæ damnationis, seu damni, vel est obligatio ad pænâ? Vel est dignitas pænæ? Iuxta varios discurrendi modos advertariorum, inter quos laudatus P. N. Generalis ea sec. 3. num. 31. censet, esse idem realiter utrumque: atqui peccatum originale non consistit formaliter essentialiter, nec in obligatione ad pænâ, nec in dignitate pænæ, nec in utroque: ergo. Probat minor; nam obligatio ad pænâ, & dignitas pænæ, supponunt culpam, siquidem nemo est obligatus ad pænâ, nec est reus, dignusque pænâ, nisi quia commisit culpam, physicè, sive moraliter, ac proinde pænâ est correlativa culpæ: atque ipso peccatum originale non consistit formaliter essentialiter, nec in obligatione ad pænâ, nec in dignitate pænæ, nec in utroque: ergo. Probat minor; nam eo ipso quod supponant; seu præsupponant culpam, præsupponunt utriusque constitutum peccatum formaliter essentialiter; unde veniet post bellum auxilium.

39. Nec fert animus, D. Augustino attribui hanc sententiam in vstam nota Pelagianismi a P. Vasquez disp. 13. num. 14. a qua toto cælo distat Doctorum lumen; si enim eius verba recte perpendantur patebit S. Doctorem non appellasse peccatum originale reatum pænæ, sed tantum reatum absolutè sumptum, qui quidem in sacra pagina sumitur pro culpa, seu peccato, ut constat ex illo Exodi 32. *Perussit Deus populum pro reatu vituli*; quasi diceret, pro culpa, seu

pec-

peccato commisso idololatriæ; & sic de alijs.
40. Sententia communior, & plausibilior inter Jesuitas, & Thomistas apud M. Gonet, tom. 3. disp. 7. art. 5. §. 4. num. 109. tenet, rationem formalem constitutivam peccati originalis esse privationem iustitiæ originalis: licet in modo explicandi talem privationem gratiæ, seu iustitiæ originalis, discidium detur. Et quidem ex proximè dictis statim apparet falsitas huius sententiæ; siquidem privatio gratiæ, seu iustitiæ originalis, est pænâ supponens culpam peccati originalis, ut exprèsse innuit D. Thomas quæst. 5. de malo, art. 1. sic: *Conveniens pænâ peccati originalis est subtractio gratiæ, & per consequens visionis divinæ. ad quam homo per gratiam ordinatur*: atque ipso, quod privatio gratiæ, seu iustitiæ originalis, sit pænâ supponens culpam peccati originalis, nequit esse ratio formalis constitutiva ipsius peccati originalis, quod supponit constitutum formaliter essentialiter ergo.

41. Nec dicas; talem privationem esse pænâ tantum respectu illius peccati prout commissi ab Adamo, non verò respectu illius peccati prout existentis moraliter in eius posteris. Contra enim est, quia hoc est idem ac dicere, quod peccatum originale habituale prout existens moraliter in posteris Adami, in quibus perseverat moraliter, est pænâ ipsius peccati originalis prout actualis; seu actu commissi ab Adamo, & eius posteris, qui in ipso peccaverunt: constat autem ex doctrina Apostoli ad Romanos 5. per unum hominem intrasse peccatum in hunc mundum; & ex definitione Tridentini sess. 5. ipsummet peccatum illud esse transmissum, ac transfusum in posteros Adami; ac proinde esset pænâ sui ipsius. Rursusque, cum hoc ipsummet peccatum prout actu commissum ab Adamo physicè; & ab eius posteris moraliter, non consistat in privatione gratiæ, que potius est eius effectus; utique nec in illa consistet villo modo essentia peccati originalis ipsius transfusi in posteros; & perseverantis moraliter in ipsis.

42. Aliter arguo ex eo quod Deus amat prædictam privationem gratiæ; seu iustitiæ originalis; utpotè iustam, & convenientem pænâ peccati originalis; ut aiebat D. Thomas: atqui Deus non amat peccatum originale: ergo peccatum originale non consistit essentialiter in illa privatione gratiæ, seu iustitiæ originalis. Video tamè

in gratiam huius sententiæ, & pro facili solutione huius gravis difficultatis, laudatum P. N. G. Thyrsium ibidem, sess. 4. num. 27. asseruisse, Deum posse amare peccatum habituale per voluntatem consequentem, & ex suppositione peccati actualis; immò & sine absurdo, ait num. 28. ita amare licet non possit amare peccatum actuale, nec per voluntatem antecedentem; nec per voluntatem consequentem, sed bona venia tanti Doctoris, non video difficultatem placari huiusmodi solutione; immò potius augetur tum ex proximè ponderata doctrinâ Apostoli, & definitione simul allegatâ Tridentini, tum ex principijs huius Sapientissimi Auctoris insinuatis ab ipso ibidem num. 33. §. *argumentor secundò*, per hæc verba; *nam peccatum habituale non est distinctum peccatum ab actuali*: nunc licet ergo si per te Deus nequit villo modo amare peccatum actuale, nequit vtrique amare villo modo peccatum habituale, cum per te non sit distinctum vnum peccatum ab alio, sed idem inter se: scilicet quatenus peccatum habituale est ipsummet peccatum actuale prout perseverans moraliter; ut docent communiter nostri Recentiores.

43. Deinde; Deus est verâ causa particularis productiva gratiæ, seu iustitiæ originalis, & inductiva privationis illius, ut ex professo expendit solito ingenij acumen in laudatus P. N. G. Thyrsus eodem tom. 3. disp. 10. per totam; atqui Deus non est verâ causa particularis productiva, & inductiva peccati originalis, sive concipiatur ut actuale, sive ut habituale: ergo. Nec valet recursum ad causam meritoriam, aut demeritoriam: nam distinctus procedit de verâ causa productiva gratiæ; & suo modo productiva privationis gratiæ; quod munus est Dei.

44. Rursus impugnetur hæc communis sententia; nam omne peccatum, ut peccatum est definitum a Theologis, debet esse libera, seu voluntaria transgressio legis æternæ; sive concipiatur actualiter, sive habitualiter, sive originaliter; atqui privatio gratiæ, seu iustitiæ originalis, non est libera, seu voluntaria transgressio legis æternæ: ergo in hac privatione non consistit essentia peccati originalis. Nec valet dicere, hoc convenire illi privationi prout voluntaria est: eum enim illa privatio non sit voluntaria formaliter secundum se, hoc totum conveniet actu positivo transgressivo legis æternæ, supra quem cadit illa reduplicatio formalis; &

in

in cuius poenam resultat privatio gratiæ, seu iustitiæ originalis.

45. Denique, ad versus eandem sententiam aliquando viva voce sic argumentatus sum. Si essentia peccati originalis habitualis, seu originati ut talis committeret in privatione gratiæ, seu iustitiæ originalis, non posset salvari essentia peccati originalis habitualis, seu originati ut talis, sine privatione gratiæ, seu iustitiæ originalis: atqui potest salvari essentia peccati originalis habitualis, seu originati ut talis, sine privatione gratiæ, seu iustitiæ originalis: ergo. Maior de se patet minor autem ostenditur: nam Deus libere, & pro libito suo elevavit naturam rationalem humanam ad ordinem supernaturalem gratiæ, seu iustitiæ originalis, ut patet; ac proinde potuit elevare ad talem ordinem supernaturalem aliquos homines posteros Adami & potuit non elevare ad talem ordinem supernaturalem alios homines posteros Adami: cum totum hoc vnicè pendeat a beneplacito voluntatis divinæ, ut omnibus pervum est: nunc sic omnes posteri Adami contraherent sanè tunc peccatum originale habituale, seu originatum ut tale per seminalem propagationem; ita tamen ut dum tale peccatum transfusum contraheretur à posteris Adami elevatis à Deo ad ordinem supernaturalem, daretur in illis privatio gratiæ, ut potè quæ est *cauentia forma in subiecto* apto, aut dum tale peccatum transfusum contraheretur à posteris Adami non elevatis à Deo ad ordinem supernaturalem, non daretur in illis privatio gratiæ, sed potius pura legatio gratiæ, ut potè quæ est *cauentia forma in subiecto inepto*, quales essent illi posteri non elevati à Deo ad ordinem supernaturalem gratiæ, seu iustitiæ originalis: ergo potest salvari essentia peccati originalis habitualis sine privatione gratiæ, seu iustitiæ originalis.

46. Alio modo potest probari eadem minor in casu simili; si Deus elevasset ad ordinem supernaturalem gratiæ vnum, eundemque hominem posterum Adami, non tamen per totum spatium vitæ, sed tantum per octo annos: contraxit sanè hic homo peccatum originale habituale, & in ipso permansit per octo illos annos, eo quod voluit ad baptismum accedere, in hoc casu essentia illius peccati originalis habitualis post transactos illos octo annos elevationis permaneret, quin tamen permaneret privatio gratiæ, sed pura negatio gratiæ in illo homine, ut patet ex

dictis: ergo potest salvari essentia peccati originalis habitualis, seu originati ut talis, sine privatione gratiæ, seu iustitiæ originalis: ergo eius essentia non consistit in illa privatione; siquidem nulla essentia consistit in eo, sine quo potest salvari adhuc de potentia absoluta Dei, ut de se patet.

47. Hanc difficultatem in terminis minimè sibi objiciunt Auctores prælo dati, quos viderim; eam tamen aliquo modo innuavit in alio casu sibi proposito M. Gonet vbi supra §. 6. num. 131. ibi que respondet, peccatum illud originale habituale esse alterius speciei. Contra tamen est; tum quia illud peccatum originale habituale originatum, & transfusum per seminalem propagationem ex Adamo, quando contractum fuit, erat sanè eiusdem speciei in omnibus posteris Adami, ut patet; rogo igitur, per quam formam deletum est? Et unde extincta illa species peccati originalis semel contracti? Tum etiam, quia illud novum peccatum originale habituale, sive illa nova species peccati originalis habitualis, quod confingitur alterius speciei, deberet resultare ex aliquo peccato actuali, cui responderet: vnde rogo iterum, quodnam sit tale peccatum actuale? Aut ex quo capite intrudatur de novo illud peccatum originale habituale in subiecto, quod de novo non peccavit originaliter? Constet ergo manere in suo robore difficultatem à me propositam à num. 38. donec alia nova solutio excogitetur.

48. Adde, hanc sententiam, & alias à me consultò omittas (tum quia absoluta sunt tum etiam quia ad supra relatas, ac refutatas reducuntur) peccare in eo, quod procedant diminutè, & inadæquatè circa constitutionem, seu definitionem peccati originalis; hoc enim non est solum peccatum originale habituale, quod dicitur *originatum*, sed etià est peccatum originale actuale commissum moralitèr à posteris Adami, qui in ipso peccaverunt, & quod dicitur *originans*, ut ipsi adversarij fatentur; & constat ex doctrina tradita à Concilio Tridentino, sess. 5. in Decreto de peccato originali, præsertim canone 3. ut iam expendo pro stabilienda mea sententia, ad quam accedo.

(X)

SVB

SVBSECTIO III. SENTENTIA PROPRIA PROPONITUR, & PROBATUR.

49. Placet sententia, & conclusio innuata non semel, quæ sic se habet: *Peccatum originale est peccatum Adami Protoparentis, prout moralitèr, ac interpretativè est peccatum posterorum, & prout moralitèr intrinsecè perseverans in ipsis, propriumque est singulis.* Huic sententiæ advenit Curiel 1. 2. quæst. 82. art. 3. dub. 2. Zumel. ibidem disp. 2. conclus. 5. Cardinalis de Lugo, disp. 7. de pœnit. num. 98. P. Rhodes, tom. 1. disp. 4. lect. 7. §. 3. conclus. 4. P. Requesenius disp. 25, num. 23. & alij plures, pro quibus stare videtur D. Thomas supra laudatus, quæst. 5. de malo.

50. Probatum primò ex Concilio Tridentino sess. 5. in Decreto de peccato originali, præsertim canone 3. vbi sic eloquitur: *Hoc Adami peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione, transfusum, omnibus inest unicuique proprium:* quæ verba referuntur ad eam immediatè præcedentia de prævaricatione, ac inobedientia Adami Protoparentis, canone, seu num. 2. & in re continent meam conclusionem sine vlla differentia, ut ea perpendenti patebit.


51. Probatum secundò; nam hæc definitio essentialis est; & convenit omni, ac soli definito peccato originali. Rursusque nequit aliter rectius explicari adæquata essentia peccati originalis ut talis, uti clarescit ex aliarum sententiarum prævia impugnatione, & notatione proximè facta num. 48.

52. Dices primò. Concilium Tridentinum à me allegatum appellat ibidem peccatum originale mortem animæ, eo quod consistat in privatione gratiæ: ergo. Respondet, Concilium ibi non appellare peccatum originale mortem animæ formalitèr, sed tantum causalitèr, & inductivè; eo modo quo etiam peccatum actuale mortale personale appellatur mors animæ, quin tamen consistat in privatione gratiæ: hoc autem patet

ex ipso Concilio, nam ibi canone, seu num. 1. ait, *primum hominem Adam incurrisse per offensam prævaricationis indignationem Dei; atque adeò mortem.* Quid clariùs? Rursus, stat optimè ratio peccati proprii sine privatione gratiæ respectu illius, cuius proprium peccatum est; ut constat in peccato veniali personali.

53. Dices secundò. D. Thomas pro me allegatus stat contra me hic, quæst. 82. art. 3. Cui consonat S. Anselmus lib. de Concept. Virg. cap. 26. Respondeo, Divum Thomam stare semper pro me, cum semper teneat, privationem gratiæ esse pœnitentiam peccati originalis, secus tamen privationem subiectionis humanæ mentis respectu Dei, seu legis divinæ, in cuius transgressione actuali, & habituali, essentiam peccati constituit. Ast S. Anselmus appellat peccatum originale *nuditatem gratiæ*, causalitèr, & inductivè, ut proximè explicatum est.

54. Dices tertio. Adami peccatum non est perseverans moralitèr, postquam à Deo dimissum est; facta ab ipso Adamo pœnitentia: ergo perperam definitur à me peccatum originale. Respondeo, distinguo antecedens: Adami peccatum non est perseverans moralitèr, in ordine ad ipsum Adamum; concedo: in ordine ad posteros Adami; nego antecedens, & consequentiam: in mea enim definitione expressè dicitur, *prout moralitèr intrinsecè perseverans in ipsis, propriumque est singulis.* Deus enim noluit dimittere illud peccatum quatenus moralitèr fuit peccatum posterorum Adami in ipso peccantibus, nisi ipsis applicaretur remedium Baptismi ex meritis Christi Domini Redemptoris: nec ipsis profuit pœnitentia Adami, cum ad hæc non fuerit facta transfusio voluntatum à Deo, sed ad solum actum observandi, vel transgrediendi præceptum divinum de ligno vetito, tanquam à persona publica, & capite morali posterorum, ut supra dictum est, & satis constat ex pacto celebrato, & expresso in Sacra Scriptura iuxta Sanctorum Patrum intelligentiam.



Co

SVB

SVBSECTIO IV.

RESPONDETVR OB-
iectionibus.

55. **O**bjic. 1. Sententia à me defen-
lata in re esse eadem, ac senten-
tia Catherini, & sententia Durandi: ergo
subiacet eisdem impugnationibus.

Respondeo, nego antecedens, cuius
falsitas patet ex supradictis, & videndis nu.
37. & 38. inde enim manifestè constat, meã
sententiam toto cœlo distare ab alia dupli-
ci sententia ibi impugnata, minimèque sub-
iacere impugnationibus ibidem factis.

56. **O**bjic. 2. Si peccatum originale
posterorum esset peccatum Adami Protopa-
rentis, idem peccatum non posset multipli-
cari, & in esse intrinsicè proprium unicui-
que posterorum: atqui hoc repugnat aucto-
ritati Concilij Tridentini: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; idè
peccatum non posset multiplicari physicè;
concedo: moralitèr; nego maiorem, & mi-
nozem in eodem sensu, in quo sanè loquitur
Concilium Tridentinum, vt supra ostensum
est; siquidem illud peccatum commissum
moralitèr à posteris, multiplicatur moralitèr,
& inest intrinsicè moralitèr perseverans
in ipsis, vt potè proprium intrinsicè mora-
litèr, donec deleatur in vnoquoque per Bap-
tismum ex meritis Christi Domini.

57. **O**bjic. 3. Stans hac doctrina ne-
quirer deleri in Petro peccatum originale
per Baptismum, quia etiam deleteretur in Pau-
lo: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, nego maiorem, nam
peccatum originale multiplicatum moralitèr
in Petro, & in Paulo, est multiplex mo-
ralitèr; ac proinde potest deleri in Petro,
quin deleatur in Paulo, siquidem potest
perseverare moralitèr in posteris Adami,
licet non perseveret moralitèr in ordine
ad ipsum Adamum, vt proximè pondera-
bam num. 54. Constatque exemplo ma-
nifesto peccati personalis, ad quod plures
homines concurrunt, siue physicè, siue mo-
ralitèr, tale enim peccatum potest sanè remitti
à Deo, vt sæpè contingit, in ordine ad vni-

ex illis hominibus verè poenitentem, & non
in ordine ad alios homines impoententes do-
nec simile remedium omnibus applicetur, &
par dispositio ad gratiam ponatur.

58. **O**bjic. 4. Peccatum originale est
id quod tollitur, & deletur per Baptismum:
atqui id, quod tollitur, & deletur per Bap-
tismum est reatus poenæ æternæ damni, &
privatio gratiæ originalis: ergo in his con-
sistit essentia peccati originalis.

Respondeo, distinguo maiorem; est
id quod tollitur, & deletur per modum
pæ originalis, siue sub ratione culpæ origi-
nalis; concedo: per modum poenæ, correl-
pondentis culpæ originali; nego maiorem.
vnde constat solutio ad maiorem; siquidem
reatus poenæ æternæ damni, & privatio gra-
tiæ originalis tolluntur per Baptismum tan-
quam poena, & effectus correspondens pec-
cato originali, seu peccato Adami Protopa-
rentis, prout moralitèr, ac interpretativè
fuit peccatum posterorum, & prout moralitèr
intrinsicè perseverat in ipsis, proprium-
que est singulis, in quo consistit essentia
formalissima peccati originalis, vt hætenus
ostensum est. Remissa autem culpa origi-
nalis, vt hætenus ostensum est. Remissa
autem culpa originali, consequenter remit-
tiva poenæ correspondens tali culpæ, ita vt
aliquomodo debeat distingui remissio-
culpæ ab infusione gratiæ, vt docet Conci-
lium Tridentinum ses. 6. in Decreto de Ius-
tificatione, cap. 7. quæ doctrina non subsi-
steret, si culpa originali remissa per Bap-
tismum consisteret formalitèr in privatione
gratiæ, vt de se clarescit.

59. **O**bjic. 5. Peccatum Adami fuit
inobedientia præcepti divini: atqui hæc inob-
edientia præcepti divini: atqui hæc inob-
edientia non est perseverans moralitèr in po-
steris Adami: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; ita
vt ipsa inobedientia commissa fuerit mora-
litèr à posteris Adami in ipso peccantibus,
concedo: alitèr nego maiorem, & minorem
in eodem sensu, in quo nequit verificari id
quod de fide constat ex Apostolo ad Roma-
nos cap. 5. quod scilicet posteris Adami in po-
so peccaverunt; prindeque peccatum inob-
edientiæ Adami fuit peccatum inobedi-
entiæ posterorum, vt docet ipse Apostolus ibi-
dem, vers. 19. *Per inobedientiam vnius homi-
nis peccatores constituti sunt multi: cui conto-
nat Prophetæ Oseas cap. 6. sic: sicut Adam,*

*et ingressi sunt pactum, ibi peccaverunt: sunt omnes
scilicet moralitèr; subindeque moralitèr per-
severat illud peccatum in obedientiæ in po-
steris Adami. Immo ipsum peccatum Adami
superbiam simul, ac gulam fuisse existi-
mat D. Thomas 2. 2. quæst. 164. art. 1. de-
inde etiam fuisse hæresim, ac infidelitatem
probat P. Granadus vbi supra, sect. 6. num.
34. Alia denique argumenta ex dictis, &
dicendis facillè negotio dissolventur.*

SVBSECTIO V.

COROLLARIA EX DIC-
tis, & speciale quod-
dam additamen-
tum.

61. **C**onstat ex dictis; causam effi-
cientem peccati originalis fuis-
se Adamum physicè, & ipsius posteros mo-
ralitèr; hoc enim modo peccavit in Ada-
mo. Deinde, causam subiectivam peccati
originalis immediatam in ipsis posteris esse
sublite; Scotus enim secutus Sanctum Bona-
venturam in 2. dist. 3. 1. art. 1. contendit, sub-
iectum immediatum peccati originalis esse
voluntatem infantis; siquidem respectu illius
immediatè voluntarium est: è contra verò
D. Thomas 1. 2. quæst. 83. art. 2. docet, sub-
iectum prius, ac immediatius esse essentiam
animæ infantis, siue compositum substantia-
le ex animâ, & corpore, quâdoquidem hoc
extat primarius, ac immediatior terminus
generationis, per quam derivatur peccatum
originale ad posteros Adami.

62. **C**onstat secundo, peccatum origi-
nale traducendum ad posteros Adami per
generationem seminales paternam; etiam
si non interveniret voluptas libidinosa in
tali generatione, vt statuit catholica veritas
contra Jansenium lib. 1. de statu naturæ lap-
sæ, cap. 6. & sequent. immò sic genuisse
Loth suos filios, infectos tamen peccato ori-
ginali, tradit P. Arriaga hic, num. 18.

63. **C**onstat tertio, causam suavisimam
peccati originalis perpetrati à Protoparen-
te Adamo fuisse Ævâ, ad quam sanè ori-

ginale derivatum non est ex Adamo, cum
potius illa induxerit Adamum ad peccatum
originale: si autem sola Ævâ peccasset pec-
casset; peccatum hoc ad filios non diffun-
deretur originalitèr, vt optimè observat D.
Thomas loco nuper citato, art. 5. &
deducitur ex Tridentino ses. 5. siquidem so-
lus Adamus fuit caput, in quo voluntates
filiorum à Deo collocatæ sunt; vt potè quæ
non erant sui iuris. Vnde infert P. Grana-
dus tom. 1. in 3. part. cont. 2. tract. 1. disp.
1. sect. 16. Ævâ non contracturam pecca-
tum originale Adami, etiam si prius pecca-
set Adamus, cum Ævâ esset iam sui iuris, vt
potè habens plenum rationis usum; & do-
minium circa actiones liberas suæ volunta-
tis, subindeque posset efficacitèr nolle id,
quod Adamus efficacitèr vellet.

64. **C**onstat denique, peccatum origi-
nale originans, seu actuale peccatum Proto-
parentis Adami tanquam personæ publicæ,
& capitis moralis hominum posterorum fui-
sse peccatum inobedienciæ, immò etiam pos-
se reduci ad alias species peccaminosas, in-
terquas recensetur hæresis, siue infidelitas
à P. Granado proximè laudato num. 60. vnde
mirum non est, quod filij Adami generen-
tur denudati habitu fidei, aliisque habitibus
supernaturalibus, qui tamen simul cum gra-
tia habituali eorum radice infunduntur à
Deo infantibus renatis per regenerationem
supernaturalem Baptismi ex meritis Christi
Domini secundi hominis de cœlo cœlestis.

65. **A**d calcem, & pro calcè addo, me
paucis ab hinc diebus audisse publicè defe-
satum à quodam Recentiore Theologicum
hoc theorema speciale: *supposito debito re-
moto contrahendi peccatum originale, in nullo ho-
minum datur debitum proximum personale illud
contrahendi: nisi in aliquo detur, solum est in
B. Virgine, attento titulo iustitiæ.* Assertum hoc
me teste, ita risu acceptum fuit, vt audita
eius explicatione, doctus quidem Magister
exclama verit, *parcurient montes, nascetur ridi-
culus mus;* aliisque afferuerit, apparere vesica-
cam turgidam, siue aerè plenum, quæ manu
compressa, aut gladio vulnerata tota in ae-
rem evanescit. Sed quia ibi publicè vulga-
tum fuit, lucubrationem hanc natam è cere-
bro alterius Præceptoris primarij, alienisq;
plurimis triumphare coniculam, ab his, &
alijs censuris abstinere, vt cessent verba, dum
ventum fuerit ad verbera.

Explicatio igitur, & probatio præ-

dicti theorematis tradita est sic: in primo instanti reali cōceptionis posterorum Adami, in quo deberet incipere debitum proximum personale contrahendi peccatum originale, datur solutio illius debiti, scilicet contractio peccati originalis: ergo non datur in villo hominum debitum proximum personale contrahendi illud; alioqui tunc datur, & simul non daretur tale debitum, quod repugnat. Probatum consequentia; nam debitum proximum personale, & solutio ipsius, nequeunt compati in eodem instanti reali, siquidem per solutionem extinguitur debitum; ac proinde se habent, sicut vita, & mors, sicut gratia, & peccatum mortale, quæ sunt formæ, vel quasi formæ, in comparabilibus in eodem instanti reali. Vnde fit, quod cum sola Beata Virgo Mater MARIA non solverit, siue non contraxerit peccatum originale, utique non sola illa datur debitum proximum personale contrahendi peccatum originale, attento titulo iustitiæ, cum fuerit liberata solo titulo liberalitatis.

Tota hæc lucubratio, in fallor, devolvitur ad solas voces æquivocas, & inauditas, quæ prohibito confinguntur: siquidem Theologi hac tinus usurparunt voces debiti remoti, & debiti proximi, pro debito, seu necessitate posterorum Adami in ordine ad ingrediendum pactum, & peccandum, vel non peccandum in ipso Adamo tanquam in capite morali, ut suo in loco demonstratum est. Licet autem vox debiti extendatur ad reatum pænæ contrahendi peccatum originale, seu privandi gratiæ originali, in primo instanti reali cōceptionis posterorum Adami; nihilominus non vocem solutionis ad aptare, abusive, & prohibito, ad contractionem actualem peccati originalis; siquidem sola satisfactio pro peccato hæc tenus dicta est solutio, secus tamen contractio peccati, seu perceptio pænæ debite peccato, ut ex terminis patet: Vnde negato hoc falso supposito fundato in æquivocatione, & abusu vocum, tota lucubratio evanescit. Nec minus repugnans est usurpatione debiti remoti, quod supponitur ab adversarijs, cum totum debitum remotum sit positivè, & ex natura rei, in ordine ad debitum proximum, & hoc posterius necessario coniungi debeat, & præsupponi necessarium sit, ad contractionem actualem peccati originalis, ut constat ex suo in loco sta-

bilis. Hoc autem rotum manifestum est in sententia Magni Parentis Augustini, lib. 1. de nupt. & concup. cap. 26. & 28. rursusque lib. 6. contra Julian. cap. 8. ubi ait, peccatum originale essentialiter consistere in reatu pænæ æternæ damni, & privationis gratiæ, quam subeunt parvuli in primo instanti cōceptionis, ex eo quod in Adamo peccaverunt; ut expendit N. P. G. Thyrius Gonzalez videndus, tomo 3. disp. 3. sec. 5.


Sed adhuc permisso abusu vocum, arguo efficaciter ad homines sic: in primo instanti cōceptionis, per vos, quilibet posterus Adami solvit: ergo ideo solvit, quia debet, siue quia habet tunc debitum proximum personale solvendi; siquidem e. solutio non est in iusta, sed iuxta; nec debetur ideo quæ solvitur, sed potius ideo solvitur quia debetur. Vnde fit, quod tunc debitum proximum personale se habeat proprii naturæ, & solutio se habeat pro posteriori naturæ; siue illud proprii signo, & hæc pro posteriori signo, in eodem instanti reali cōceptionis, sine vlla contradictione; sicut sine illa dantur in eodem instanti. In quo Petrus debitor solvit Paulo creditor centum nummos, tam debitum proximum personale, quam solutio illius, pro posteriori scilicet, & proprii, recte attentis signis rationis, & titulis iustitiæ.

Hinc constat, nullam esse incompatibilitatem prædicti debiti, & solutionis, nullamque esse paritatem petitam à morte, & à peccato mortali, quasi sit mors, aut peccatum mortale, solvere debitum, ut non nullis debitoribus esse videtur. Potius enim se habent tale debitum, & solutio, sicut se habent aliæ formæ, vel quasi formæ composibiles in eodem instanti reali, v. g. obligatio, seu debitum ad implendi præceptum, & adimpletio, seu solutio illius: necessitas (talis enim dicitur illud debitum à Theologis respectu peccati originalis) in homine damnato ad pœnam inferni, & simul ipsa pœna inferni: necessitas in homine beato ad amorem beatificum, & simul ipse amor beatificus; & sic de alijs passim occurrentibus. Quod pulchre explicat D. Thomas quæd lib. 9. art. 8. in corpore, ut infra expendam.

Denique de venio ad posteriorem partem theorematis; & statim minor, vitos bene meritos de B. Virgine Matre MARIA.

RIA ita loquutos de ipsa, ut ludetes verbis, & verborum æquivocatione, velint illi attribuere soli debitum proximum personale contrahendi peccatum originale, quod denegant reliquis hominibus posteris Adami; cum hæc propositio statim absona appareat, & contradictoria certa sit, ut suo in loco ostensum est. Nec ad versus fundamentum in re vllum est, siquidem sistit in eo, quod sola Deipara Domina non solvit; hinc autem potius infertur carentia debiti proximi, nam ideo non solvit, quia non debuit solvere, seu cōtrahere peccatum originale. Immo in rigore solvit, attento titulo iustitiæ; nam anticipatà solutione solvere, est solvere attentò titulo iustitiæ; atqui Deipara Domina solvit anticipatà solutione; seu præservativà redemptione; adhuc à debito proximo personali, ut suo in loco probatum manet: ergo.

Nec obstat, eam solutionem fuisse ex merito Christi Domini; tum quia ea fuit per Christum vt fidei usorem, qui sane satisfecit ex toto rigore iustitiæ; ita vt solutio facta sit per alium, sicut originale peccatum commissum fuit in alio; scilicet in Adamo, in quo reliqui eius posterii peccaverunt: tunc etiam, quia ea immunitas adhuc à debito proximo personali contrahendi peccatum originale debita fuit Deiparæ Domine ratione maternitatis divinæ, attento titulo iustitiæ, ut in superioribus disputationibus ex doctrina D. Thomæ demonstratum est. Qui autem pluravelit pro elucidanda eâ anticipatà solutione, & præservativà redemptione Deiparæ Domine, ad eam R. P. N. G. Thyrium Gonzalez eo tomo 3. disp. 6. sec. vltima, ubi num. 44. ad ducit pulchrum exemplum traditum à P. Vasquez 3. p. disp. 115. num. 28. mihi tamen sufficiunt hæc tenus dicta, & proprijs in locis stabilita, ut hanc oportuam digressionem absolvam.



SECTIO III.

AN SINT, ET QUÆNAM, PÆNÆ TEMPORALES CIRRESPONDENTES PECCATO ORIGINALI?

Hæc de re supra actum est non semel; tum disp. 1. sec. 3. ubi de fomite peccati; tum etiam disp. 2. sec. 7. ubi de morte temporali correspondente peccato originali, & de alijs pœnis expressis in sacra pagina, & in iure canonico; sed vt hæc omnia amplius innotescant, sit

SUBSECTIO VNICA.

VERITAS CATHOLICA proponitur, & propugnatur.

66. PRO plenâ, ac planâ intelligentiâ huius rei, fas est præmittere explicationem triplicis status, in quo Theologi naturam humanam considerare consueverunt. Primus status est naturæ integræ; cum scilicet natura humana erât in statu innocentie; ornataque iustitiâ originali, ante peccatum originale. Secundus status est naturæ lapsæ, cum scilicet in peccatum originale lapsa est, privataque iustitiâ originali. Tertius est status puræ naturæ; cum scilicet consideratur homo in puris naturalibus sine villo donò supernaturali; ac elevatione ad gratiam, & gloriam ordinis supernaturalis indebiti naturæ secundum se. Vnde docent Theologi, non aliter differre hominem in statu naturæ lapsæ ab homine in statu puræ naturæ; ac differt homo nudatus ad hominem nudo: siquidem adhuc eos labores, & dolores; quos homo pateretur in statu puræ naturæ, & à quibus liberaretur

Dei beneficio in statu naturæ integræ, ipsos etiam nunc patitur homo in statu naturæ lapsæ in pœnam peccati originalis, licet principalis pœna illius sit privatio gratiæ, seu iustitiæ originalis, ut supra dictum est.

67. Sunt igitur aliæ pœnæ temporales correspondentes peccato originali; tamen in corpore, quales sunt dolore, infirmitates, & mors corruptionis; quam in anima, quales sunt tentationes, concupiscentiæ, ignorantia, & fomes peccati quasi fornax accendens animam ad malum. Hæc veritas constat ex sacra pagina Genesis 3. vbi à Deo fertur iudicium, & assignatur pœna peccati originalis: ipsam tamen veritatem definiunt plura Sacra Concilia, præcipue Tridentinum, Milevitanum, & Arafricanum, contra Pelagium, & alios hæreticos. Deinde accedit experientia, quam quisque habet tot malorum, & quæ videntur deplorari dicentes *E. vel A. quot quot nascuntur ab Eva*, ut in superioribus ponderatum est contra hereticos negantes existentiam peccati originalis sec. 1. subsec. 1. Sed hoc vltra constabit obiectionum solutione.

68. Obijcis primò. Pœnæ supra recensitæ, ut pote gravissimæ, nequeunt iuste imponi à Deo in pœnam peccati originalis; siquidem effusio pomi videtur materia levissima, in sufficiens que ad gravem culpam, & ad præceptum divinum comminatorium tantæ pœnæ: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam malitia gravis peccati originalis non sistebat præcise in actione externa edendi pomum delicto verito, sed in actione etiam interna, quæ pensatis pensandis gravissima culpa fuit; ipsi que pensatis non est censenda levis materia, sed sufficientissima ad tantam culpam, siquidem homo tunc creatus à Deo, & cumulatus ab ipso innumeris donis, ac beneficiis, tenebatur recognoscere suum creatorem, ac benefactorem munificentissimum aliquo signo gratitudinis, summis onis & obedientiæ, taleque signum debuit esse circa materiam à Deo determinatam, quæ ad finem illum sufficientissima erat; immo ex maiori facilitate propositæ in materia maior malitia ingratiitudinis, & inobedientiæ vendanda foret. Sic in remedio ipsius peccati originalis, quod instituitur à Deo, nempe in Baptismate, non censetur levissima, sed sufficientissima materia aqua, ablutioque sacramentalis, ad hoc ut sit sig-

num gratiæ supernaturalis sanctificantis, & mundantis animam à labe ipsius peccati originalis.

69. Obijcis secundò. Homo moreretur corporaliter adhuc in statu naturæ integræ, sive in statu innocentie: ergo hoc non est dicendum pœna peccati originalis.

Respondeo, antecedens communiter negari à Theologis Catholicis ex doctrina Conciliorum asserentium, quod si Adamus non peccasset, eius posterii immortales forent, ita tamen ut hoc non oriretur ex ipsa natura humana, ut perperam intendebat Bajus, sed ex speciali providentia Dei, qua conservarentur immunes, à damnis, & periculis mortis: idque videtur expressim in libro sapient. cap. 2. vbi dicitur, Deum fecisse hominem *in exterminabilem*. Sed claritatis gratia, & faciliori objectionis extricatione, nego antecedens saltem de morte corruptionis, & incinerationis, quæ fuit expressa pœna peccati originalis, iuxta dicta, & videnda supra disp. 2. sec. 7. num. 97.

Aliæ obiectiones ab hæreticis ex cogitatæ manent supra propositæ, & dissolutæ à me in initio huius disp. 3. sec. 1. subsec. 1. proindeque super vacaneum foret repetitio fastidire.

SECTIO IV.

AN SINT, ET QUÆNAM PÆNÆ ÆTERNÆ CORRESPONDENTES PECCATO ORIGINALI?

70. **T**Ota hæc difficultatum plena controversia de voluitur principaliter ad parvulos, qui sine beneficio Baptismi ex hac temporali vita in aliam æternam demigrarunt. Vnde magnum ingenium D. Augustini ingenue fatetur, hanc difficultatem magnam sane, in re nobis occultâ, de qua in Epistola 28. sic fatur: *Ad pœnas puerorum, cum ventum est, magnis, crede mihi, coactor angustiis; nec quid respondeam, prorsus invenio*. Nec tamen tanta est dif-

difficultas, ut post lucem à Deo communicatam Sacris Concilijs, & Sanctis Patribus Ecclesiæ responderi non posset ad diversa dubia, quæ in hac materia occurrunt, & quæ in diversis subsecctionibus resolvenda sunt.

SVBSECTIO I.

DE PÆNÆ ÆTERNÆ

æterni.

71. **D**Ubi primum est, an parvuli decedentes sine baptismo puniendi sint pœna ignis æterni? Sententiam affirmativam tenent Gregorius Ariminensis in 2. dist. 30. Driedo lib. 1. de grat. trac. 3. cap. 2. quos sequuntur alij addentes, illo igne æterno puniendos esse parvulos minus, quam adultos damnatos, eo quod parvuli minori culpa inficiantur.

72. Placet negativa sententia, quam merito tuentur plerique Theologi cum Sanctis Patribus, Gregorio Nazianzeno orat. 40. Augustino, tomo 1. lib. 3. cap. 23. & Summis Pontificibus Eugenio 4. in literis unionis Græcorum; Innocentio 3. in capite *Maiore de Baptismo*, per hæc verba: *pœna originalis peccati est carentia visionis Dei; actualis vero peccati pœna est gehenna perpetua cruciatus*: ex quibus efficaciter argumentor sic. Pœna originalis peccati est pœna damni, sive *carentia visionis Dei* tantum, pro ut peccatum originale distinguitur à peccato actuali personali, cui correspondet etiam pœna sensus, sive *pœna gehenna perpetua*, nempe ignis æterni, cuius cruciatus punitur delictatio actualis peccati personali mortalis, iuxta allegatum testimonium Innocentij Tertij. & illud Ioannis in Apocal. cap. 18. *quantum se glorificavit, & indelictis fuit, tantum datur ei tormentum, & luctum*: atqui parvuli non baptizati decedentes cum solo peccato originali non habent vllum aliud peccatum, ac proinde carent peccato actuali personali mortali: ergo parvuli non baptizati decedentes cum solo peccato originali non sunt cruciandi, nec puniendi pœna sensus, sive *pœna gehenna perpetua*, nempe ignis æterni, sed tantum pœna damni, sive

carentia visionis Dei in æternum.

73. Obijc. primò. Testimonium Eugenij quarti perperam adducitur in favorem meæ sententiæ; siquidem ibi asserit expresse, parvulos non baptizatos descendere in infernum.

Respondeo, Eugenium quartum ibi expresse ad favorem meæ sententiæ; quin obstat ididem appellatæ infernum locum illum inferiorem, qui communiter appellari consuevit limbus parvulorum; sic enim in sacra pagina appellatur infernus locus alius inferior, qui communiter solet dici limbus Sæctorum Patrum; proindeque de Christo Domino dicitur in symbolo fidei, descendisse ad inferos. Videatur de hoc eruditus P. Mendoza in suo viridario, lib. 2. de flor. fac. problem. 5. vbi obiter explicat distinctionem inferni damnatorum adultorum ab alijs locis infernis compellatis.

74. Obijcis secundò. Varia testimonia Sæctorum Patrum Augustini, Gregorij, Cypriani, & Fulgentij, adducta à P. Granada hic. num. 147. & 148.

Respondeo cum ipso P. Granada ibidem, Sanctos Patres varijs nominibus vsos esse ad finem solum significandi pœnam damni, & carentiam gloriæ, quam in æternum patientur parvuli decedentes cum solo peccato originali: vnde S. Augustinus tomo 4. lib. 6. quæst. 9. in Josue, aperte testatur, nomine ignis significari alias diversas pœnas. Cum autem peccatum originale sit mortale, recte appellatur pœna illius mors æterna, scilicet pœna damni, & carentia gloriæ æternæ, sicut è contra gloria æterna appellatur vita æterna.

75. Hinc constat sensus, in quo etiam accipienda sunt alia testimonia Sacra Scripturæ, in quibus exprimitur, esse puniendos morte æterna illos, qui vitam æternam, seu regnum cælorum non fuerint consequuti. Si enim non sufficiat intelligere de solis adultis damnatis ea testimonia; intelligi possunt sufficienter de morte æterna proxime explicata: immo si hac intelligentia animus non accedat ad quietem, seu mens sufficienter non acquiescat, fas erit dicere cum D. Thoma, quæst. 5. de malo, art. 2. & cum Glossa in cap. *Nulla*, de contec. dist. 4. eas loquutiones esse metaphoricæ, & intendisse significare tantum pœnam damni æternam, quæ privat vitam æternam gloriæ. Vnde constat, perperam quendam Florentinum Minoritam

tam appellasse *pelagianam* hanc communissimi Doctorum Catholicorum.

76. Obijcis tentio. Per instantiam. Parvuli infecti peccato originali dicuntur in Sacra Scriptura *filij ira*; immo de ipsis censetur verificanda illa sententia finalis, *ite maledicti in ignem eternum* Mat. 25. ergo.

Respondeo, parvulos infectos peccato originali, ut pote mortali, vere esse, & dici *filios ira*, ita tamen, ut satis ostendatur ira Dei in illos, inflicta sola pena damni, & exilij æterni à domo regni Dei; sicut satis ostenditur ira Regis humani in filium inobedientem, & visione Regis, dum illum damnat exilio à palatio regio, & visione Regis. Ast illa sententia finalis, *ite maledicti in ignem eternum*, nisi intelligatur in sensu lato proxime explicato nequit sane verificari de parvulis infectis solo peccato originali, ut patet ex ipso contextu; siquidem de illis nequit sane, & iuste verificari ratio motiva illius sententia finalis, scilicet: *esurivi, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi bibere; hospes eram, & non collegistis me*. ut rem perpendenti patebit.

77. Obijcis quarto. Parvuli non baptizati utique non sunt scripti in libro vitæ: atqui iuxta testimonium Apocal. 20. *apertus est liber vitæ, & qui non est inventus in illo, missus est in stagnum ignis*: ergo.

Respondeo, perperam adduci ab adversarijs hoc testimonium; siquidem ex ipso contextu patet, ibi esse sermonem de adultis damnatis tantum, proindeque dicitur ibidem; *indicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum* ubi intelliguntur opera mala personalia in phrasi Sacrae Scripturae, ut omnibus in ipsa versatis pervium est. Nec tamen obstat, quod ibidem dicatur, illos mortuos esse *magnos, & pusillos*; nam per *pusillos* intelliguntur illi, qui pusilli sunt dignitate, & gradu, nempe servili, & alij eiusdem farinae, ut ad notat in illum locum P. Cornelius à Lapide verlatissimus in phrasi, & modo loquendi sacrae paginae. De maiori vero non est dubium.

78. Obijcis quinto. Peccatum personale adhuc veniale punitur pena sensus, & ignis in alia vita per tempus: ergo potiori iure peccatum originale mortale.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam. Ratio disparitatis est, quia, ut constat ex probamento meo

conclusionis, pena sensus, & ignis correspondet peccato actuali personali pro delectatione actuali habita ex voluntate propria peccatis personaliter; quod sane verum est etiam in peccato veniali personali, secus tamen in peccato originali. Deinde utrumque peccatum, personale scilicet mortale, & veniale, committitur exercitio propriae voluntatis formaliter & actualiter; secus vero peccatum originale: unde merito iure ait S. Bernardus serm. 3. de Resurrect. *colle propriam voluntatem, & non erit infernus; nihil ardebit in inf. rno præter propriam voluntatem*. Denique, Ecclesia Catholica ad exemplum Dei imponit penitentiam, & penam pro peccatis actualibus personalibus adhuc venialibus, secus tamen pro solo peccato originali adhuc mortali.

79. Obijcis sexto. Parvuli in hac vita puniuntur pena sensus, scilicet infirmitatibus, doloribus, & morte corruptionis: ergo pariter in alia vita puniuntur pena sensus, & ignis.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam, ac paritatem, quæ nulla est; siquidem parvuli etiam baptizati puniuntur in hac vita similitur, sive experiuntur pariter in hac vita infirmitates, dolores, & mortem corruptionis, quæ sunt pena peccati originalis; quin tamen inde inferatur, ipsos puniendos esse in alia vita pena sensus, & ignis, cum potius assequantur vitam æternam, ut Fides docet: ergo nec inde inferre licet, parvulos non baptizatos puniendos esse in alia vita pena sensus, & ignis.

80. Obijcis septimo. Ex data doctrina sequitur, quod si homo adultus nondum baptizatus decedat simul cum peccato originale & cum alio peccato actuali mortali, non mereatur plus pena damni, quam si moreretur cum solo posteriori peccato actuali personali mortali: atqui hoc repugnat ergo.

Respondeo in primis per retortionem factam in homine adulto, qui decederet cum unico, aut cum duplici peccato actuali personali mortali: deinde distinguo maiorem; non mereatur plus pena damni, extensive; concedo: intensive; nego maiorem, & minorem in eodem sensu; nam cum pena damni sit carentia visionis Dei, quæ quasi in indivisibili consistit, satis est quod eadem pena mereri possit plus intensive, si est

est alio novo titulo, ratione novi peccati mortalis, & quod cui liber peccato mortali correspondeat tota, sed non totiliter; sic enim salvatur pariter à Theologis ratio pramij, & meriti condigni, aut supra condignissimi in multiplicatis operibus salutaribus supernaturalibus Christi Domini omne pramium possibile promerentibus.

SVBSECTIO II.

DE PÆNA ÆTERNA
damni, & eius
effectu.

81. Certum est de fide, & de finitum in Concilio Tridentino sec. 5 in Decreto de peccato originali; can. 4. & 5. adversus Pelagianos; quod parvuli decedentes sine Baptismo cum peccato originali puniuntur in alia vita pena æterna damni, quæ consistit in carentia perpetua visionis intuitivæ summi boni Dei; carent enim gratia, quæ est semen gloriæ. Unde iure merito damnantur à Sacris Concilijs hæretici; tum Pelagiani asserentes, parvulos decedentes sine baptismo fructuros æterna beatitudine extra regnum cælorum; tum Calvinistæ tenentes; infantes filios Fidelium sanctificari per fidem parentum, ad huc in utero materno; unde etiam delirabant pariter fore beatos.

82. Restat tamen lis inter Catholicos disquirens, an ex huiusmodi pena æterna damni; seu privatione visionis intuitivæ Dei in æternum, oriatur in parvulis illis aliquis effectus positivus doloris, & tristitiæ affligens ipsos in alia vita æterna? Sententiam affirmantem tuentur Cardinalis Bellarminus tomo 1. lib. 6. cap. 6. P. Valentia tomo 2. disp. 6. quæst. 17. pun. 4. & P. Tannerus Abulensis ad cap. 25. S. Mat. quæst. 666. Negantem tamen sententiam tenent communiter Theologi, cum D. Thoma in 2. sent. dist. 33. & alijs Sanctis Patribus Ecclesie, ex quibus varia rationes deducuntur.

83. Placet posterior sententia negans; licet non placeat ratio probandi de sumptis ex Angelico Doctore; scilicet quod cum

parvuli tantum peccaverint in deficiendo sine supernaturali ad quem elevati fuerunt tantum utique debent puniri in eodem genere, scilicet privatione gratiæ, & gloriæ; secus vero in alio genere penæ positivæ doloris, & tristitiæ ex tali amissione ortæ. Optime enim stat; quod ex amissione gloriæ æternæ oriatur dolor; & tristitia positiva; licet hic effectus, quasi necessarius, non detur in penam à Deo; quod explicat exemplo clarissimo P. Arriaga hic num. 7. nam cum Rex humanus privat aliquem civem dignitate eximia, ratione alicuius delicti, oritur sane dolor, & tristitia positiva, licet hic effectus, quasi necessarius, non detur à Rege in penam delicti, sed tantum privatio dignitatis ex qua oritur. Totum tamen hoc non subsistit, nisi in illis parvulis supponatur cognitio sufficiens ad hoc ut in ipsis resultent illi affectus doloris, & tristitiæ ex amissione gloriæ; uti supponitur in cive ad affectus doloris, & tristitiæ ex amissione dignitatis, quibus careret, si supponeretur amens.

84. Probatum igitur nostra negativa sententia cum S. Ioanne Chrisostomo homil. 24. in Matthæum. Nam parvuli non baptizati decedentes cum solo peccato originali non puniuntur æque ac alij homines adulti etiam baptizati decedentes cum duplici peccato personali mortali, cum hi puniantur etiam pena ignis æterni, quæ non puniuntur illi parvuli; ut ex doctrina Sanctorum Patrum ostensum est proxime subsecutione antevertebat; atqui si illi parvuli punirentur pena damni, ita ut ex illa oriretur in ipsis aliquis effectus positivus doloris, & tristitiæ affligens ipsos in alia vita æterna, sequeretur, tales parvulos puniri æque ac alij homines adulti decedentes cum duplici peccato personali mortali, saltem quoad effectum inferentem illis penam maiorem, maiusque tormentum in inferno damnatorum; ergo. Probatum minor: nam ex doctrina Sanctorum Patrum, & Theologorum, pervium est, maiorem penam, maiusque tormentum hominum damnatorum in inferno; non tam esse penam ignis æterni, quam penam doloris, & tristitiæ ortam ex amissione gloriæ, & summi boni Dei: Ergo.

85. Roboratur ex doctrina seraphici Doctoris D. Bonaventuræ dist. 33. q. 2. art. 3. ubi docet; Deum constituisse parvulos decedentes sine baptismo medios inter beatos

nos, & inter adultos damnatos. Cui conformat D. Augustinus in 1. lib. 3. de libero arbitrio, cap. 23. ubi asserit, penam talium parvulorum esse mediam inter penam adultorum damnatorum, & inter mercedem Beatorum. Maxime, cum ipsi parvi iuxta se careant usu rationis requisito ad illum affectum, & effectum rationem, qui quasi necesse est in alijs hominibus pollebentibus usu rationis, ex amissione boni eximie amabilis.

86. Obijc. primò. Parvuli posteri Adami habuerunt in ipso elevationem, & ordinationem ad beatitudinem aeternam supernaturalem: ergo eo ipso debent habere dolorem, & tristitiam affligentem ipsos ex amissione illius ratione peccati originis.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam; quia cognitio beatitudinis aeternae supernaturalis requisita ad illum affectum, & effectum rationem, adeo abstrusa est adhuc nobis adultis, ut fugiat demonstratio: em rationis mere naturalis, ut suo in loco ostenditur: unde parvuli carentes usu rationis, carent utique ex se illa cognitione; proindeque licet in hac vita experiantur, vel ut melius dixerim, patiantur infirmitates, dolores, & mortem corruptionis, nesciunt tamen hoc illi evenire in penam peccati originalis ex amissione gratiae, seu iustitiae originalis, ac per consequens carent afflictione animae ex hoc capite, licet subeant dolorem sensibilem communem brutis; & quem subirent ipsi, adhuc instatu innocentiae, si flagellis afficerentur: ergo ex illo capite elevationis, & ordinationis praecisse, ut pote quae etiam potantur in hac vita parvuli, non inferuntur in ipsis decedentibus sine baptismo afflictio intenta ab arguente. Vide infra num. 94.

87. Obijc. secundò, per instantiam. Homo, qui privaretur patrimonio hereditario ratione alicuius criminis perpetrati à suo parente, non minus doleret de amissione illius, ac si privaretur illo ratione alterius criminis à se commisi: ergo pariter, discurrendum est de parvulis ratione peccati perpetrati à suo Protoparente Adamo.


Respondeo, in primis non esse rationabilem equalitatem doloris in exheredatione illa orta ex crimine alieno, ac ex delicto personal proprio, ut apud homines prudentes perspicuum est. Deinde, ut aequo pede curreret paritas, deberet supponi ille

homo carens usu rationis, & sic difficultas evanesceret. Denique, omisso antecedente, nego consequentiam, & paritatem; ratio enim disparitatis est clara, tum ex proxime insinuata differentia, quae supra ponderata est num. 85. tum ex eo quod homo ille supponatur habere ius naturale hereditarium respectu sui patrimonij, & cuius amissione doleret; aut parvuli carent in naturali respectu gloriae supernaturalis amissa ex delicto proi parentis Adami, in quo etiam ipsi peccaverunt, ut fide certum est.

88. Obijc. tertio. Pena damni est maius malum, maioremque infert dolorem, quam pena sensus ignis aeterni, ut proxime ponderatum est à me, S. Ioanne Chrysostomo, & alijs Sanctis Patribus: atqui si daretur talis minor pena sensus ignis aeterni in parvulis, inferret illis dolorem: ergo potiori iure inferret illis dolorem illa maior pena damni, quae puniuntur.

Respondeo, distinguo maiorem in a multis damnatis in inferno, de quibus loquuntur expresse S. Ioannes Chrysostomus, & alij Sancti Patres; concedo maiorem in parvulis carentibus usu rationis, & in quibus de facto non datur pena sensus ignis aeterni, ut supra probatum est; nego maiorem. Unde ad maiorem, & consequentiam dico; quod licet in suppositione facta necessario daretur in parvulis dolor sensibilis ortus ex pena sensus ignis aeterni; secus tamen se debet habere maior pena damni quae ad effectum inferendi dolorem alium spiritualem rationalem parvulis carentibus usu rationis circa terminum supernaturale gloriae aeternae, & ipsius amissionem. Concludo igitur verbis autentice ad rem, S. Gregorij Nizeni in orat. de infantibus, ubi eloquitur sic: *immatura mors infantium demonstrat, ne quaquam in doloribus, & maestitia futuros esse eos, qui sic vivere desierunt.*

Quid pro re nostra praeclearius? Sed iam ad alia.



SUBSECTIO III.

DE BEATITUDINE naturali, & de loco, in quo parvuli permansuri sunt in aeternum.

89. Ambrosius Catherinus libro de statu parvulorum decedentium sine baptismo, chymarizavit, ipsos parvulos fructuros esse quadam beatitudine naturali, ita ut post diem ultimum iudicij finalis permansuri sint extra limbum in hoc mundo velut in paradiso quodam terrestri, per fruentes visitationibus, confortioque Angelorum: quia tamen nulla est feditas sine amatore, placuit haec facta opinatio PP. Salaz, & Salmeron lib. 2. in cap. 5. Epist. ad Roman. disp. 48.

90. Firmum tamen iudicium Doctorem negat talem beatitudinem naturalem illis parvulis, statuitque, ipsos permansuros in aeternum intra limbum, seu locum subterraneum, in quo nunc extant ex ordinatione Dei: ita fere omnes Theologi cum Angelico Doctore D. Thoma, & Doctorum luce D. Augustino, lib. 1. de anima, & eius origine, cap. 9. probatur cum ipso D. Augustino ibi sic: *parvulis non baptizatis nemo promittat inter damnationem, regnumque calorum, quietis, vel felicitatis cuius libet, atque ubi libet, quasi medium locum; hoc enim eis haeresis pelagiana promittit.* En ubi S. Doctor videtur in vire nota pelagianismi sententiam Chaterini; tum circa beatitudinem naturalem per ly, *quietis, vel felicitatis cuius libet*; tum circa locum extraneum à limbo, per ly *ubi libet, quasi medium locum.* Pelagiani enim de hoc viroque termino delirabant pariter, cum vitam aeternam extra regnum calorum confingebant talibus parvulis: ergo de utroque termino Catholice negandum est.

91. Confirmatur ex eodem D. Augustino tomo 10. operum, serm. 14. de verbis Apostoli, ubi concludit sic: *nullus relictus est medius locus, ubi ponere queas infantes.* Consule S. Doctorem; abstine tamen à censurà pelagianismi adversus oppositam sententiam, tum quia ea placuit viris Iesuitis sapientissimis citatis num. 89. tum etiam quia eam approbat Eximius Suarez hic, disp. ult. ut adnotat P. Arriaga hic disp. 5. sec. 1. num. 1.

92. Alia communis ratio probandi in praedictis parvulis nequire subsistere beatitudinem naturalem, desumitur ex eo, quod beatitudo naturalis requirat necessario, & essentialiter carentiam peccati mortalis, quod est summa infelicitas. Haec tamen ratiocinatio falsa mihi visa est in Metaphysica eo quod inde inferatur manifesta implicitantia contradictionis; scilicet talem beatitudinem esse naturalem, ut supponitur; & simul non esse naturalem, sed supernaturalem, ut ostenditur, nam entitas, cui necessario, & essentialiter debetur carentia peccati mortalis, seu impeccabilitas incompatibilis cum peccato mortali, nequit esse naturalis, sed supernaturalis, stande principijs Theologicis communiter receptis. Unde ibidem arguebam, & redargebam adversus P. Arriagam fautorem praedictae rationis, eo quod ipse tomo 2. in 1. p. disp. 47. sec. 5. num. 25. requirat ad beatitudinem naturalem essentialiter carentiam peccati mortalis; & ibidem num. 28. non requirat carentiam essentialiter peccati venialis, nam impossibile est naturaliter vitare venialia, ut ipse ait: rogo autem ipsum, an sit facilius assequi eam impeccabilitatem essentialiter in compatibilem cum peccato mortali ex vi beatitudinis naturalis, quae sane viribus naturae assequitur? Sed iam ad nostrum institutum.

93. Obijc. primò. Parvuli decedentes sine baptismo habebunt aliqualem cognitionem naturalem Dei, simulque amorem ipsius Dei, ut innuit D. Thomas in 2. dist. 33. quaest. 2. art. 2. & quaest. 5. de malo, art. 3. ad 5. atqui in illis actibus salvatur beatitudo naturalis, quae est possessio summi boni Dei: ergo.

Respondeo, transeat maior stando auctoritati D. Thomae, licet negari possit stando rationi supra saepe repetitae, & simul doctrinae plurium Theologorum, qui tenent, peccatum originale inficiens illos parvulos esse aversionem à Deo, non tantum ut auctore supernaturali, sed etiam ut auctore naturali, sive conditore naturae; cui proinde aversioni repugnaret conversio amoris in sensu composito: Deinde nego maiorem, quia in illis parvulis solum admittitur


titur à D. Thoma cognitionis, & amoris actus in imperfectus respectu Dei, ut non attingat rationem beatitudinis naturalis, quæ in sua linea debet esse perfecta, & status felicitatis naturalis.

94. Replacabis tamen adversus hanc solutionem, & rationem supra sæpe repetitam; scilicet in illis parvulis decedentibus, sive in eorum animabus separatis, dari perfectum usum rationis, siquidem iam intelligunt independenter à phantasmatibus, & organizationibus corporeis, proindeque non carent usu, seu exercitio rationis. Respondeo, aliud esse loqui de illis parvulis in statu unionis, aut reunionis, in quo habent illam dependentiam à phantasmatibus, & organizationibus corporis, proindeque carent usu, & exercitio rationis absolute; & aliud esse loqui de illorum parvulorum animabus separatis, sive in statu separationis, in quo non habent dependentiam à phantasmatibus, & organizationibus corporeis, ita tamen ut careant usu, & exercitio rationis respective, scilicet respectu aliorum obiectorum, vel quæ etiam nobis obstrusa sunt, vel quæ cum aversione à Deo ut auctore naturali pugnant, vel quæ ex alio capite repugnant, iuxta supra dicta; unde recte negatur illis cognitio perfecta requisita ad beatitudinem, & etiam cognitio sufficiens ad dolorem, & tristitiam de amissione gloriæ; nec enim illis concedenda est circa terminum supernaturalem gloriæ, quæ privantur, aliqui sequeretur inconueniens ponderatum ex doctrina Sanctorum Patrum, & Theologorum supra num. 84.

95. Objic. secundò. Illi parvuli nequirent esse sine dolore, & tristitia de amissione gloriæ, si permanere sibi essent in æternum inclusi in loco subterraneo tenebroso, qui appellatur limbus: ergo alibi consistens pro spatio interminabili æternitatis.

Respondeo, nego antecedens ex supra stabilitis; immo etiam ex eo quod carentia lucis materialis parum, vel nihil molestiæ afferat illis parvulis consideratis in statu separationis, sive eorum animabus separatis in limbo; ut constat a paritate animarum separatarum antiquorum patrum, dum fuerunt in alio limbo: at postea in statu reunionis tales parvulos non esse subituros carentiam lucis materialis in æternum, probabile est, siquidem ille locus limbus luce naturali illuminandus est post diem vl-

timum iudicij finalis, ut cum D. Thoma, & alijs Doctoribus existimat P. Arriaga, eadisp. 5. sec. 2. §. Dico secundo; videatur ibi. 96. Objic. tertio. Deestribuet illis parvulis resurgentibus immortalitatem, & alia dona gratuita: ergo etiam beatitudinem naturalem. Respondeo; concedo antecedens de immortalitate; hæc enim adhuc adultis damnatis concedenda est: & nego de alijs donis gratuitis, si sint confecta prohibito adversariorum, ut confecta est eabeatitudo naturalis, quæ a iure merito denegata est. Circa conceptum autem beatitudinis naturalis suo in loco sermo redit.



TRACTATUS IV.

DE MERITIS DIGNIFICATIS à Maternitate Dei in particulari: & de Merito in communi non nulla necessaria pro eisdem.

1. **A** Tenebris, & nocte peccati originalis, ad lucem, & diem gratiæ Maternalis, dignificantes Merita Deiparæ Domine, clarior enim post nubila Phæbus illucescit: inde posteriori iure, quam de suo profano Cæsare, cum Poeta Martiale lib. 8. Epig. 20. iterarem:

Phosphore redde diem; quid gaudia nostra moraris?

Cæsare venturo; Phosphore redde diem.
Licet ipsa in nocte dies lucida Marianæ gratiæ nos illuminaverit, iuxta illud Davidis Psalm. 138. *Et nox sicut dies illuminabitur* nec absque consonat Martialis ibidem:

Lam


Lam; Cæsare, vel nocte veni; sicut astralicebit:
Non decrit populo, te veniente, dies.

Ne autem à prima linea huius Tractatus discedere videar à particulari instituto Mariani meriti ad Meritum in communi, huius necessaria notia præsupponitur hic ex principijs generalibus Theologiæ, & infra ex professo tradetur, ne aliquid necessarium pro plena intelligentia nostri instituti desideretur.

DISPUTATIO I.

DE MERITIS DIGNIFICATIS à Dei maternitate; & premio correspondente ipsis in particulari.

2. **D**ignitas infinita Maternitatis divinæ ultra dignoscenda est ex dignificatione Meritorum, & magnitudine præmiorum; meritum enim, & præmium sunt correlativa inter se, ut constabit ex infra stabilendis; unde in præsentiarum præsupponenda est definitio meriti, quam suo in loco stabiliam, & quæ sic se habet: *meritum est opus liberum creaturæ ex se remunerabile aliquo premio.* Hac præmissa, & pro nunc præsupposita definitione meriti in communi, ad meritum Deiparæ Domine in particulari investigandum devenio,



SECTIO I.

AN DEI PARA DOMINA MERUERIT DE FACTO, modo commaturali, primam gratiam habitualem, & primam gloriam, habitus que per se infusos supernaturales?

3. **N**OVUM hoc dubium videbitur antiquitatis amatoribus, quibus adapto verba pro simili instituto concinnata ab Arnobio, lib. 1. contragentes, ubi eloquitur sic: *novares est, quam gerimus, quandoque & ipsa vetus fiet; verus, quam vos agitis, sed temporibus, quibus capis, nova sunt.* Nova equidem res hæc est de Deipara Domina, sed non ita nova de Christo Domino, cum iam pridem maiori ex parte res discussa fuerit ab antiquis Theologis, ut iam constabit.

4. Prima enim sententia negat, loquendo interminis de Christo Domino: ita Magister sententiarum in 3. dist. 18. subtilis Doctor Scotus ibidem, quæst. unica; Acutissimus Doctor Vasquez, disp. 78. cap. 2. num. 3. Eminentissimus Lugo, disp. 27. de Inc. sec. 2. n. 10. PP. Valentia, Ripalda, Aldrete, Amicus, Lissius; Magister Prudentius, & alij plures, tam prælo dati, quam manu scribentes.

5. Secunda sententia affirmat, loquendo expresse de Christo Domino; ita Angelicus Doctor D. Thomas 3. p. q. 34. art. 3. B. Albertus Magnus in 3. dist. 18. noster, & nostras Sapiensissimus P. Ioannes Perez de Menacho trac. de Inc. & trac. de Ang. P. Ortega tomo 2. disp. 2. q. 1. cet. 1. P. Raymundus; P. Bernal; Alexander, Alensis, Bafolis, Maior, Maironius; & alij apud ipsos.

6. Tertia sententia expresse loquens de Deipara Domina tenet, ipsam meruisse de condigno primam gloriam, secus tamē primam gratiam habitua-

Ff

lem,

sem, ita Eximius Doctor Suarez, tom. 2. in 3. p. disp. 4. sec. 8. quem sequitur P. Christophorus Vega pal. 28. cert. 12. At dissentitur P. Rhode, tom. 2. disp. vnic. de Deip. quaest. 4. sec. 3. §. 3. ubi tuetur, promeruisse primam gratiam de congruo, seu iustamen de condigno.

7. Sed antequam mentem meam aperiam, & sententiam eligam ac stabilim, praenotandum est; quaestionem procedere de primo instanti Conceptionis Deiparae Dominae, in quo sane habitus actualem expeditum usum rationis, ut ex communi consensu Sanctorum Patrum, & Doctorum ostendit Eximius Suarez ibidem, sec. 7. ubi oppositam opinionem improbabilem existimat. Supponit insuper ex supra stabilitis a me, trac. 2. disp. 2. sec. 3. subsec. 2. num. 50. & sec. 4. num. 62. Maternitatem Dei, quae est prima radix omnium gratiarum in Deipara Domina, habere existentiam moralem sufficientem ad causandum moraliter, sive ad condignificandum meritum a primo instanti Conceptionis Deiparae Dominae: ut etiam demonstrat ipse P. Suarez, ea disp. 4. His praesatis, sit.

SVBSECTIO I.

PROPOSITIO SENTENTIA VERA, & PROBATUR.

8. **M**Ea sententia, & conclusio sit. Deipara Domina meruit superabundanter de facto, modo connaturali, primam gratiam habitualementem, & primam gloriam, atque habitus per se infusos supernaturales. Huic conclusioni, a nemine, quem viderim, interminus defensatae, adfavet ex parte Angelicus Thomas, & alij Doctores allegati pro secunda sententia num. 5. siquidem adfavet ratio a paritate, quam ipsi addunt pro merito superabundante Christi Domini, licet de modo connaturali non curaverint: eidem asserto ex parte assentiri tenentur quot quot incommuni Theologia defensores, Angelos, & Adamum promeruisse sibi primam gra-

tiam, & gloriam, saltem de congruo. Sed fat esse auctoritas Angelici Aquinatis iam alleganda; & excellior mens S. Bernardini Senensis, ser. 51. de B. V.

9. Probatur auctoritate, & ratione: nam, teste P. Ripalda, tom. 2. de Ent. super, lib. 4. disp. 79. sec. 3. num. 21. pietas studiosa Sanctorum Patrum Ecclesiae ei fuit, ut quid quid excellentiae, de Virginis Matris Sanctitate, & de Maternitate Dei, dici, & cogitari infra Deam possit, religiosa fide semper crediderint, caterisque credendum prodiderint: proindeque laudatus Angelicus Doctor Aquinas, in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. quaest. unc. 1. sic fatur: *in beata Virgine ad aeternitatem debuit apparere omne illud, quod fuit perfectionis.* Et S. Laurentius Iustinianus, lib. 6. de cast. conn. cap. 9. ait: *quidquid honoris, quidquid dignitatis, quidquid meriti, quidquid gratiae, quidquid est gloriae, totum fuit in MARIA Mater Dei.* Unde oritur illud quasi primum principium Theologicum, scilicet, quidquid perfectius, & nobilius est concedendum de facto Deiparae Dominae ratione Maternitatis Dei, dum modo manifeste non repugnet rationi atque perfectius, & nobilius est, quod Deipara Domina, ratione Maternitatis Dei ipsam sanctificantis formaliter, ut suo in loco ostensum est, meruerit de facto, modo connaturali, & superabundante, sive habuerit de facto per meritum proprium superabundans, primam gratiam habitualementem, & primam gloriam, atque habitus per se infusos supernaturales: ergo Deipara Domina meruit &c.

10. Maior constat ex dictis, & ultra roboratur a D. Thoma 3. p. q. 27. art. 4. ex illo Proverb. cap. 17. *gloria filiorum patrum eorum;* unde gloria Filij Dei est gloria Matris Dei. Minor etiam constat ex eodem D. Thoma 3. p. q. 19. art. 3. ubi concludit his verbis: *unde nobilius habetur id, quod habetur per meritum, quam, id quod habetur sine merito;* & ultra clarescit paritate petita ab humanis, ut cuiuslibet pervium erit. Quod autem tale meritum Deiparae Dominae fuerit in primo instanti reali suae Conceptionis, constat ex doctrina proxime praesupposita num. 7. cum Eximio Suarez, qui ibidem sec. 8. infert, Deiparam Dominam non habuisse tunc otiosum usum actualem rationis, sed actualem cognitionem excitasse tunc actum dilectionis Dei super omnia, siquidem ad hunc finem data est ea miraculosa, ac supernaturalis

ralis cognitio, scilicet ut Deipara Domina se disponeret ad desponationem spiritualem cum Deo, quae sit per primam gratiam habitualementem, & quae requirit liberum utriusque partis contrahentis consensum, ubi adeit usus actualis rationis; aliter enim contingit quasi per accidens in parvulis primo sanctificationis propter impotentiam utendi actu usum rationis, quo tamen gavisa est perfectissime Deipara Domina in primo instanti reali suae purissimae Conceptionis.

11. Deinde, quod tale meritum fuerit superabundans, constat; tum ex eo quod provenit a Deipara Domina, quae est persona constituta in ordine superiori unionis hypostaticae, & grata, ac sancta per gratiam ac sanctitatem Maternalem longe, lateque supernatam, aliam gratiam, seu sanctitatem; habitualementem, immo etiam gloriam, seu beatitudinem formalem, ut ex Sanctorum Patrum doctrina, & urgente ratione manifestant P. Ripalda ubi supra sec. 7. per totam, P. Vega pal. 25. cert. 2. & Magister Saavedra veitig. 1. disp. 24. ex professo que ego ostendi supra trac. 2. disp. 2. sec. 2. per totam: tum etiam ex eo quod tale meritum dignificatur a Maternitate Dei, quae quidem est forma simpliciter infinita in sua dignitate; ut ostendit ibidem sec. 3. per totam. Addeque laudatus P. Vega pal. 16. cert. 11. excessum in comparabilem Maternitatis naturalis, & propriae Dei, respectu filiationis metaphoricae, & improprie a gratia habituali.

12. Denique, quod ipsum meritum Deiparae Dominae procedat modo connaturali, constat ex eo, quod debeat esse, & dici modo connaturalis operandi, operari ex auxilio extrinseco Dei, dum non adeit principium antecedens gratia habitualis propriori, quae exigat ex natura rei habitus supernaturales tanquam potentias sibi debitas ad operandum connaturaliter; ut plures Theologi discurrunt alibi de merito connaturali Christi Domini dignificato propriori a sola gratia unionis, & procedente ex solo auxilio extrinseco Dei. Sed licet hac paritate, quae proportione servata tenet in presenti, solutione argumentorum infra videnda, satis hoc punctum connaturalitatis absolutum videretur; quia tamen mihi difficillimum est.

13. Roboratur hoc intentum ratione a priori: quia scilicet, dum non praecedit propriori gratia habitualis exigens connaturaliter habitum charitatis v. g. sibi debitam ad eliciendum actum charitatis modo connaturali, non fit contra exigentiam connaturalem alicuius rei, si actus charitatis supernaturalis, aut contritionis, eliciatur ex auxilio extrinseco Dei; proindeque homo peccator v. g. connaturali modo elicit actum supernaturalem contritionis ex auxilio extrinseco Dei; non minus ac homo iustus elicit similem actum ex habitu intrinseco supernaturali charitatis: idemque est de actibus religionis, pietatis, & aliarum virtutum, supernaturalibus connaturaliter elicitis ab illo homine peccatore sine habitibus supernaturalibus ex defectu gratiae habitualis. Immo idem fatentur plures adversarij de actibus supernaturalibus meritorij felicitatis modo connaturali ex auxilio extrinseco Dei ab Angelis, & Adamo, dum se disposuerunt ad primam gratiam habitualementem: ergo tenentur idem fateri de Deipara Domina in primo instanti suae Conceptionis.

14. Ratio ulterior est; quia ut bene adnotat P. Ripalda, licet in conclusione dissentiat; potentia elevata obedientialiter erumpit in actum supernaturalem aequae connaturaliter, sive eleveur auxilio extrinseco Dei, sive auxilio intrinseco habitus supernaturalis; siquidem illa potentia semper est causa instrumentalis; & haec semper consistit in improprietate; proindeque illa potentia non exigit ex se vnum potius quam aliud principium supernaturale ad sui elevationem; quando quidem utrumque supernaturale est supra exigentiam illius potentiae naturalis, ut omnibus pervium est. Maxime dum propriori non praecedit gratia habitualis, ut proxime ostensum est.

15. Sed ut clarior pateat tota haec doctrina a metradita, in super adnotandum est, dari triplicem connaturalitatem omnibus notissimam. Prima connaturalitas est ex parte actus, consistitque in eo quod actus elicitus ab vno principio non exigat aliud principium. Secunda est ex parte naturae secundum se; consistitque in eo quod natura secundum se non exigat principium supernaturale intrinsecum; scilicet habitum supernaturalem, potius quam principium supernaturale extrinsecum, scilicet auxilium extrinsecum Dei, seu omnipotentiam divinam applicatam modo supernaturali; siquidem quodlibet principium supernaturale simpliciter est supra

exigentiam naturæ secundum se, cui etiam est indebitus ille modus supernaturalis, seu specialis, quo tunc omnipotentia divina applicatur à Deo ut authore supernaturali. Tertia connaturalitas est ex parte naturæ prout elata per gratiam habitualemente supernaturali, consistitque in eo quod gratia habitualis supernaturalis exigit connaturaliter habitus supernaturales, tanquam potentias in ordine supernaturali dantes simpliciter posse ad actus supernaturales eliciendos: proindeque huiusmodi exigentia non est propria naturæ, sed gratiæ habitualis, quæ quidem est radix eorum habituum in ordine supernaturali; unde nec fit contra huiusmodi exigentiam propriam gratiæ habitualis, dum non adest priori ipsa gratia habitualis tanquam principium antecedens, sed posteriori tanquam præmium, & effectus moralis correspondens cum suis habitibus actui meritorio supernaturali dignificato à gratia Maternali, seu à Maternitate Dei priori, uti accidit in casu præsentis questionis.

16. Dices primò. Maternitatem Dei non existere pro illo priori in primo instanti reali Conceptionis Deiparæ Dominæ. Respondeo cum distinctione, nam licet verum sit, Maternitatem Dei non existere physice, tamen falsum est non existere moraliter in illo instanti temporis, cum ab æterno sit præelecta, ac præordinata Mater Dei ex vi æternæ, ac infallibilis, efficacis divinæ præelectionis, ac præordinationis infrustrabilis; ratione cuius conceditur de facto ab ipsis adversarijs Deiparæ Dominæ in illo primo instanti suæ Conceptionis immunitas à peccato originali, & sic de alijs plurimis charismatibus ex tunc concessis, licet tunc non sit Mater Dei physice, sive non existat physice Maternitas Dei, sed tantum moraliter; in quo sensu S. Petrus Chysologus serm. 146, aiebat: *MARIA Mater vocatur; quando MARIA non Mater?* De hoc autem, & de sufficientia existentia huius moralis ad causandum moraliter, & merendum simpliciter, ex professo plura dedi locis proxime allegatis ipso in limine huius questionis num. 7.

17. Dices secundò. Ex P. Esparza hinc inferri maximum inconueniens, videlicet quod quilibet homo peccator de facto promereatur condigne suam primam gratiam, quareus de facto est præelectus, & præordi-

natus à Deo ut illam consequatur, v. g. S. Petrus, in quo peccatore relucebat similis existentia moralis gratiæ habitualis recuperandæ.

Respondeo, nullam esse paritatem; nam aliter se habet præelectio divina in ordine ad Maternitatem Dei inamissibilem, & quæ semper afficit moraliter Reginam Matrem Dei, adhuc ante existentiam physicam, ut supra ostensum est; ac se habet præelectio divina in ordine ad gratiam habitualemente amissibilem, & quæ non semper afficit hominem, quem nequit afficere nisi physice, sive per inhaerentiam physicam. Ratio huius disparitatis à priori est, quia deside constat, & definitum est expresse à Concilio Tridentino sec. 6. cap. 7. essentiam gratiæ habitualis exigere intrinsecam inhaerentiam physicam in anima hominis, cuius iustificationis est vnica causa, ac proinde non causare nisi per existentiam physicam sui, secus tamen per existentiam moralem imputabilitatis, ut volebant hæretici damnati ibidem à Concilio; de quo ego alibi supra ex professo trac. 2. disp. 2. sec. 4. subsec. 2. num. 78. Unde nulla est paritas in hoc, sed tantum in præelectione æterna humanitatis assumptibilis à Verbo Divino infalibiler, scilicet in Christo Domino, à quo paritas desumenda est iuxta modum discurrendi plausibilioris Theologiæ, & proportionem servata ad Matrem ipsius Dei hominis.

SVBSECTIO II.

ARGUMENTA PETITA ab auctoritate simul ac ratione dissolvuntur.

18. **O** Bije. primò. Auctoritatem adversantem Angelici Doctoris D. Thomæ 3. p. q. 19. art. 3. vbi docet, adhuc Christum Dominum non promeruisse sibi ipsi primam gratiam, & gloriam; ibidemque assignat rationem sic: *quia cum meritum non sit nisi eius, quod nondum habetur;*

oportet

oportet, quod Christus aliquando carnisset ipsis quibus carere, magis diminuit meritum. Unde desumitur hoc efficax argumentum. Modus habendi primam gratiam, & gloriam per meritum præiudicat, & per se est maior perfectio Christi Domini, iuxta proximam doctrinam D. Thomæ: ergo pariter discurrendum est in Deipara Domina; proindeque non erit perfectius, ac nobilius respectu ipsius habere primam gratiam, & gloriam ex meritis, quam sine meritis proprijs; siquidem imperfectius ac ignobilius est caruisse illa aliquando, eo quod nequeat mereri nisi id, quod nondum habetur.

19. Respondeo, hanc auctoritatem D. Thomæ ita esse ex diametro oppositam alijs auctoritatibus ipsius D. Thomæ adductis à me supra in probamentis meæ conclusionis, ut Sap. P. Petrus Hurtado fateatur ingenue, ignorare modum concedendi mentem D. Thomæ in locis, ac testimonijs vtriusque allegatis. Unde in præsentis casu mihi sane liceret deferere D. Thomam pro D. Thomæ, ut ipse D. Thomas permittit suis discipulis in iustitiam opusculi 71. vbi conatur concordare se ipsum in rebus oppositis apparentibus; & concludit ibidem his verbis: *si vero non fuerit inventum, quod simul verumque stare possit, id illorum eligat, quod magis veritati consonum indicaverit.* Circa quod consulendus est P. Henaus de Eucharistia, vbi adducit plura testimonia eiusdem D. Thomæ sibi invicem contradicentia, saltem specie, maxime circa gratiam, quam olim conferebat Circuncilio; simul que circa visionem essentia divinæ, quam Moysi fuisse concessam aliquando, existimavit.

20. Sed ne communem Magistrum Theologiæ, & scholarum Principem D. Thomam aperere deserere in præsentiarum videat, fas est ipsum benigne interpretari cum P. Bernale disp. 55. de Incarn. sec. 13. num. 72. ex eo quod iudicatus S. Doctor ibi tantum intenderit probare, Christum Dominum non meruisse gloriam animæ suæ eo modo, quo meruit gloriam corporis sui, scilicet carendo illa per aliquod spatium temporis: hoc enim asserere de gratia, & gloria animæ, ipsam privando talibus charismatibus aliquando, falsissimum est, tam loquendo de Christo Domino, quam de Deipara Domina, ut infra patebit: proindeque D. Thomas mihi non contrariatur loco

allegato ab adversarijs.

21. Hinc ad rationem argumenti efformati ex tali testimonio D. Thomæ constat falsitas antecedentis, & simul evanescit consequentia: nam quod absolute sit perfectius, & nobilius habere aliquid per meritum, quam habere aliquid sine merito, constat manifeste ex testimonio ipsius D. Thomæ allegato à me supra num. 10. unde tota difficultas de voluitur ad ly, *cum meritum non sit, nisi eius, quod nondum habetur*; hoc autem intelligendum est dictum à D. Thomæ, non quidem assertive, & ex proprijs principijs ipsius, sed tantum recitative, & ex principijs aliorum, qui hoc asserunt: Hoc enim assertum in principijs ipsius D. Thomæ falsissimum est, ut videre est in ipso S. Doctore, 1. p. quæst. 62. art. 2. vbi docet, meritum contritionis, & simul meritum de condigno augmenti gratiæ, non esse meritum eius, quod nondum habetur: ratio est, quia datur coexistentia vtriusque in eodem instanti reali temporis, ita tamen ut causa meritiva existat priori naturæ, & effectus promeritus, seu præmium correspondens merito, existat posteriori naturæ; siquidem prioritas naturæ, seu causalitatis arguit influxum causæ, non tamen arguit carentiam effectus in eodem instanti reali temporis, ut clarescit in sole, & luce solari. Proinde clare constat, in Christo Domino, & in Deipara Domina, non argui carentiam præmij, nempe gratiæ, & gloriæ, ex eo quod detur meritum, seu causa meritiva ipsius gratiæ, & gloriæ, in primo instanti reali temporis Conceptionis: ergo habuerunt utique gratiam, & gloriam per meritum, quin caruerint illis per aliquod instantans temporis. Sic que probat ipse D. Thomas ibidem, Angelos habuisse per meritum de congruo primam gratiam, quia caruerint ipsa in primo instanti reali temporis creationis, in quo fuerunt viatores.

22. Aliter etiam potest interpretari allegatum testimonium D. Thomæ cum Mag. Prudentio hic, pag. 639. num. 21. scilicet, quatenus S. Doctor ibi tantum negat rationem meriti in actu dilectionis Dei, de quo ibi loquitur, prout est actus comprehensoris, secus tamen prout est actus viatoris: ratio huius est ipsa proxime data, videlicet, quia ille actus prout est actus comprehensoris nequit dici præcedens proprio respectu præmij gloriæ animæ, cum glo-

Gg

ria

ria sit forma, perquam constituitur in esse comprehensoris; secus tamen pro ut ait acrus viatoris, in quo sufficit prioritas naturæ seu causalitatis, quæ minime arguit carentiam, sed potius co-existentiam ipsius præmij gloriæ in ipso instanti reali temporis, ut proxime ponderatum est: ergo de primo ad ultimum constat, stare auctoritatem D. Thomæ, & simul meam conclusionem defensantem, meritum gloriæ animæ sine carentia ipsius in primo instanti reali Conceptionis, siue Christi Domini, siue Deiparæ Dominae.

23. Obijc. secundò aliam auctoritatem, siue aliud testimonium eiusdem D. Thomæ, quæst. 19. de gratia Christi, art. 5. ad 4. ubi ait: *quævis meritum Christi quædam infinitatis rationem habeat ex dignitate personæ; tamen rationem meriti habet ex gratia habituali, sine qua meritum esse non potest.* Consonatque 1. 2. quæst. 55. art. 1. ad 3. ubi addit; non mereri virtutibus, & habitibus. Unde plures Theologi cum S. Bonaventura in 3. dist. 13. quæst. 1. art. 1. tenent, etiam Christum Dominum non posse mereri sine gratia habituali; immo plures alij cum Magistro sententiarum, eiusque interprete D. Thoma 1. 2. quæst. 114. art. 2. defensant, nullum esse meritum defacto saltem condignum sine gratia habituali: ergo in casu præsentis conclusionis non salvabitur ratio meriti sine gratia habituali præcedente propiori ratione solius gratiæ maternalis divinæ.

Respondeo in primis, D. Thomam ibi considerare esse in operibus theandricis Christi Domini duplicem rationem in esse meritivo, unam ex gratia habituali, quædo hæc iam promerita existit propiori ad dignificandum subsequentes actus meritorios; & aliam ex gratia unionis, à qua accipit infinitatem in esse meriti formaliter, & quæ habet vim infinitam ad promerendum superabundanter gratiam habitualem, quædo hæc non existit propiori; aliter enim nequit componi hæc doctrina D. Thomæ cum alia ab ipso tradita in testimonijs à me supra allegatis. Coctrina autem Theologorum infinitata ab adversarijs procedit de puris hominibus constitutis infra ordinem supremum unionis hypostaticæ, in quo tamen constituitur Christus Dominus, & Deipara Domina, cum idemitate morali virtutis, supra ponderata ex doctrina Sanctorum Pa-

trum; ita ut sufficiat ad meritum in primo instanti Conceptionis utriusque gratia unionis Christi Domini, & gratia maternalis Deiparæ Dominae, per quas sunt in statu gratiæ, & sanctitatis simpliciter.

24. Hinc constat, nullam auctoritatem Conciliorum, aut Sanctorum Patrum esse contrariam meæ conclusioni; quod ingenue fatetur idveterarius P. Ripalda, dum ipse tomo 2. disp. 87. sec. 1. n. 18. asserit, eorum omnium testimonijs procedere de puro homine peccatore, quatenus hic nequit de facto mereri condigne suam primam gratiam iustificantem, & remissivam peccati mortalis; minime tamen procedere de prima gratia habituali non inducens remissionem peccati mortalis, ut non inducit in Christo Domino, & in Deipara Domina impeccabilibus à primo instanti suæ Conceptionis.

25. Nec hinc arguenda est omnimoda æqualitas inter meritum Deiparæ Dominae, & meritum Christi Domini: semper enim verum est illud solemne axioma; *propter quod unum quodque tale, & illud magis: deinde, adhuc inter res infinitas simpliciter datur una maior alia, ut supra ostendi, trac. 2. disp. 2. sec. 3. subsec. 1. num. 40. denique, inter demerita, seu peccata mortalia infinita simpliciter, peccatum odij Dei meretur maiorem pœnam sensus, quam peccatum furti decem aureorum, & sic de alijs: ergo pariliter discurrendum est in meritis correlativis pœnæ. Maxime, cum meritum Christi Domini procedat à persona, seu supposito infinito simpliciter; secus tamen meritum Deiparæ Dominae, siquidem eius personam non constituit essentialiter divina maternitas, ut supra ostensum est, licet huius dignitas infinita simpliciter condignificet meritum ipsius, quod quidem longe excedit, lateque superet gratiam habitualement ipsi correspondentem, ut pote quæ nequit esse infinita simpliciter, ut suo in loco patefiet.*

26. Nec denique restat alia difficultas petita ab auctoritate adversans meæ conclusioni, nisi ea quæ supra proposita, & soluta manet trac. 2. disp. 1. sec. 3. subsec. 2. num. 34. & 35. ex illo testimonio Christi Domini apud S. Lucam cap. 11. *quinimo heanti, qui audiunt Verbum Dei, & Custodiunt illud;* iuxta expositionem S. Augustini ibidem traditam: cui consonat illud testimonium

ejusdem Christi Domini apud S. Mattheum cap. 12. *qui facit voluntatem Patris mei, qui in calis est, ipse meus frater, & soror, & mater est:* in quibus videtur insinuari excessus dignitatis gratiæ habitualis sanctificantis respectu meriti condignificati à dignitate Maternitatis Dei. Nam hoc intentum alienum est à recto sensu talium verborum, ut constat ex varijs interpretationibus, quarum aliquas adducit P. Ripalda tomo 2. lib. 4. disp. 79. sec. 14. semper tamen mihi visa est verior, ac verisimilior illa, quam dedi conum. 35. cum Eminentissimo Caietano; & quam etiam tradit Eximius Suarez, tomo 1. in 3. p. disp. 1. sec. 2. §. *ut respondeamus*, ubi docet, conjunctionem maternam Sanctissimæ Virginis MARIE cum suo filio Christo Domino posse considerari dupliciter; scilicet vel cum suo filio quæ homine, præciscendo à Deitate, vel cum suo filio quæ Deo, complectendo Deitatem: in illa igitur priori consideratione procedunt allegata testimonia, in qua etiam loquebantur mulier de divinitate Christi Domini: alit nos loquimur in posteriori consideratione, in qua Mater Dei, eiusque divina dignitas infinite superat dignitate gratiæ habitualis, ut amplius constat ex proxime dictis in probamento meæ conclusionis num. 11.

SUBSECTIO III.

ARGUMENTA ADVERSANTIA MODO CONNATURALI ENERVANTUR.

27. **O**bjc. tertio in ordine. Modus connaturalis operandi irapendet ex habitu, ut connaturalius dicatur operari ex habitu quam sine habitu, dum operantur actus supernaturales: ergo Deipara Domina in primo instanti suæ Conceptionis non esset operata modo connaturali actum supernaturalem dilectionis Dei, si non præcedat propiori habitus supernaturalis Charitatis radicans in gratia habituali.

Respondeo, distinguo antecedens; quando præcedit propiori naturæ gratia habitualis ut principium dignificativum operis, & ex natura rei exigens habitus supernaturales tanquam proprietates strictè sibi connaturaliter debitas, & tanquam potentias ad operandum; concedo antecedens, quædo non præcedit propiori naturæ gratia habitualis; nego antecedens, & consequentiam. Solutio constat ex supra stabilitis à num. 12. vsque ad 17. & ultra constabit ex iam stabilendis. Maxime, si adnotetur, quod si Deipara Domina tunc operaretur ex habitu supernaturali charitatis illum actum supernaturalem dispositivum, & meritivum respectu gratiæ habitualis, potius non operaretur modo connaturali, proindeque suo se gladio vulgarent adversarij: ratio est, quia sic operaretur contra exigentiam connaturalem gratiæ habitualis, ut pote radicis, & contra exigentiam connaturalem habitus supernaturalis, ut pote radicis, siquidem deberet præcedere huius illi suam radicem, ad hoc ut verificaretur operari tunc ex habitu actum elicivum propiori ad gratiam habitualement, ut rem perpendenti patebit.

28. Replicabis primò. In eodemmet instanti reali in quo Deipara Domina operata est illum actum supernaturalem meritivum, relucet gratia habitualis in ipsa; siquidem in nullo instanti reali caruit gratiâ, & gloriâ: ergo gratia habitualis existens in illo instanti reali exigit connaturaliter habitum supernaturalem ad operationem modo connaturali faciendam, & non modo miraculoso.

Respondeo, distinguo antecedens; in eodemmet instanti reali relucet gratia habitualis propiori naturæ ut principium antecedens dignificativum illius actus supernaturalis meritorij; nego antecedens; prop posteriori naturæ ut præmium correspondentem illi actui supernaturali meritorio; concedo antecedens. Deinde nego consequentiam, cuius falsitas, non minus quam veritas huius solutionis, constat manifestis exemplis supra propositis num. 13. in quibus replica retorquetur, & coexistentia realis gratiæ habitualis cum posterioritate naturæ verificatur.

29. Replicabis secundò. Ideo requiruntur habitus supernaturales ad operandum connaturali modo, quando præcedit propiori

propriori naturæ gratia habitualis, quia tales habitus sunt proprietates gratiæ habituales, quas ipsa exigit ut sibi convenientes, & debitas: atqui pariter tales habitus, immo etiam gratia habitualis, sunt proprietates Maternitatis Dei, quas ipsa exigit ut sibi convenientes, & debitas: ergo sine illis non dabitur modus connaturalis operandi.

30. Respondeo, distinguo maiorem; quia tales habitus sunt proprietates propriæ, ac strictæ respectu gratiæ habituales, quas ipsa exigit ut convenientes, & debitas titulo connaturalitatis; concedo maiorem; quia tales habitus sunt proprietates præcise, sive late tales, respectu gratiæ habituales, quas ipsa exigit ut sibi convenientes, & debitas titulo tantum condecenciæ sive ornatus gratiæ; nego maiorem. Deinde distinguo minorem, tales habitus, immo etiam gratia habituales, sunt proprietates propriæ, ac strictæ respectu Maternitatis Dei, quas ipsa exigit ut sibi convenientes, & debitas, titulo connaturalitatis; nego minorem; sunt proprietates late tales respectu Maternitatis Dei, quas ipsa exigit, ut sibi convenientes, & debitas titulo tantum condecenciæ, & ornatus gratiæ; concedo minorem. Vnde patet ratio disparitatis, & corrumpit tota machina replicæ. Gratia enim habitu 1. est propriæ, ac strictè radix, & natura theologica in ordine supernaturali, cui tales habitus debentur physicè titulo connaturalitatis; talitèr ut solum ex speciali dispositione, ac dispensatione Dei maneat habitus fidei, & spei in homine catholico peccatore, licet in ipso non existat gratia habitualis, ex cuius defectu deberent utique deficere, & contra cuius connaturalem exigentiā operatur utique Deus in eorum permanentia definita à Concilijs. Alitèr tamen debentur tales habitus Maternitati Dei, nempe moralitèr, & titulo moralis condecenciæ, sive ornatus gratiæ; quatenus decens est Deiparæ Dominae illorum ornatus, & indecens esset illorum defectus pro aliquo instanti reali temporis, uti discurret in simili materia Eximius Suarez disp. 18. de Incarn. sect. 3. scilicet de unione hypostatica, in cuius ordine collocatur Maternitas Dei, iuxta ipsum, aliosque plures Theologos, & Sanctos Patres citatos.

31. Sed ne voluntarie data videatur hæc doctrina, ratione, & auctoritate comprobatur: nam experientiâ magistrâ didi-

cerunt Philosophi, & Theologi requiri ad proprietatem propriam, ac strictam respectu alicuius rei, quod detur inter utramque mutua determinata exigentiâ titulo connaturalitatis, ut patet obvijs exemplis: cum autem hæc detur inter gratiam habituales, & habitus supernaturales; secus tamen inter Maternitatem Dei, & habitus supernaturales, habitus sunt proprietates propriæ, ac strictæ respectu gratiæ habituales, secus tamen respectu Maternitatis Dei. Vnde cum tales habitus ita se habeant etiam respectu unionis hypostaticæ, ut proxime dictum est ex Doctore Eximio, infert Angelicus Doctor in 3. dist. 13. quæst. 1. in Christo Domino debere dari gratiam habituales ad hoc ut in ipso sit radix, & natura habituum supernaturalium, qui sunt eius naturæ propriæ, res titulo connaturalitatis.

32. Hinc præoccupatur instantia perita ex eo quod debeat concedi Christo Domino strictior titulus connaturalitatis, sicut etiam Maternitati divinæ, cum ipsis debeatur omne, id quod maioris perfectionis est. Nam bene verum est, debere ipsis concedi omne id maioris perfectionis, quod manifeste non repugnat rationi, nec auctoritati, ut saepe adnotatum est: cum autem strictior ille titulus connaturalitatis manifeste repugnet rationi, & auctoritati, ut constat ex dictis; minime concedendus est illis, quibus sat est utulus indeficiens moralis condecenciæ, quo solo titulo conceditur Christo Domino gratia habitualis ab Acutissimo Vasquez 3. p. disp. 44. num. 9.

33. Replicabis tertio. Ideo gratia habitualis est radix, & natura exigens titulo connaturalitatis habitus supernaturales tanquam proprietates strictas, quia gratia habitualis est forma sanctificans ut quod; atque Maternitas Dei etiam est forma sanctificans ut quod; ergo.

Respondeo, nego causalem maiorem; alioquin enim sequeretur, contritionem supernaturalem, & visionem beatificam esse radices, ac naturas, eo quod sint formæ sanctificantes ut quod; ac proinde teresse radices, ac naturas strictas in ordine supernaturali, quot sunt formæ sanctificantes ut quod; constat igitur ex dictis, non esse ita præcise, sed quia gratia habitualis est talis forma sanctificans ut quod, & tali modo exigens habitus supernaturales mutuo determinate titulo connaturalitatis, ut nuperri-

me

me probatum est.

34. Replicabis quarto. Connaturalius est respectu potentiae id quod est perfectius respectu illius, sive id per quod ipsa magis perficitur: atqui per auxilium intrinsicum habitus supernaturalis magis perficitur potentia: ergo.

Respondeo, nego maiorem; nam potentia incompleta naturæ humanæ Christi Domini perficitur magis per subsistentiam divinam Verbi, quam perficeretur per subsistentiam creatam propriam ipsius humanitatis; & tamen subsistentia divina Verbi non est illi connaturalior; immo nec est connaturalis illi, siquidem infert violentiam, licet dulcem ac iucundam, ut loquitur P. Raymundus. De sensu autem minoris iam iam constabit.

35. Replicabis quinto. Connaturalius, & perfectius est operari ex habitu, quam operari sine habitu: ergo Deiparæ Dominae concedendus est hic modus operandi connaturalior, & perfectior ex habitu. Probatur antecedens: connaturalius, & perfectius est operari ex principio intrinseco completo, quam operari ex principio intrinseco incompleto; siquidem hoc posterius dicit imperfectionem, ac incomplementum virtutis intrinsece productivæ, seu operativæ: atqui operari ex habitu est operari ex principio intrinseco completo, & operari sine habitu est operari ex principio intrinseco incompleto, quando quidem tantum extrinseco completur per auxilium extrinsecum Dei, seu omnipotentiam assistentem specialitèr supplementem defectum habitus intrinseco supernaturalis: ergo.

36. Respondeo, distinguo antecedens; si præcedat pro priori naturæ id quod exigit connaturalitèr habitum ad operandum, qualitèr exigit gratia habitualis habitum supernaturalem, dum ipsa præcedit pro priori, ut principium dignificativum operationis supernaturalis; concedo antecedens: si non præcedat pro priori, modo explicato; nego antecedens, & consequentiam in eodem sensu, pro illoque primo instanti Conceptionis Deiparæ Dominae, ut satis expositum est. Deinde distinguo maiorem, qua probatur antecedens, eisdem terminis quibus ipsum antecedens distinctum est; vel alitèr distinguo ipsam maiorem sic in genere effectivo, & in ordine ad operationem; nego in genere forma-

li. & in ordine ad subiectum; transeat ratio est, quia in genere effectivo, & in ordine ad operationem, sive in genere causæ efficientis, æque perfectè, & æque connaturalitèr operatur potentia completa extrinsece per auxilium extrinsecum upernaturale Dei ac tum supernaturalem meritorium, dum non præcedit pro priori gratia habitualis exigens; ex natura rei complementum intrinsecum habitus supernaturalis, ac dum operatur potentia completa intrinsece per habitum intrinsecum supernaturalem prærequilicium ex natura rei a gratia habituali existente pro priori in subiecto operante, ut constat ex supra dictis, & fatetur aperte Cardinalis de Lugo (licet alias adverteret meæ concutiōni) circa actus supernaturales fidei elicitos ab intellectu completo extrinseco, seu elevato extrinsece per habitum fidei subiectum intrinsece in sola anima rationali formalitèr. Licet autem dicatur tunc potentia incompleta intrinsece, non est intelligendum incomplementum potentiae intrinsece, seu virtutis intrinsece operativæ; quæ solum dicitur completa extrinsece, quatenus completur a principio supernaturali extrinseco, licet ab ipso compleatur, & elevetur potentia intrinseca, seu virtus intrinseca operativa, formalitèr.

37. Dixi autem *transeat*, quia maior perfectio in genere formali, & in ordine ad subiectum, se habet quasi de materiali ad punctum præsens: sicut se habet de materiali maior perfectio solis incorruptibilis in se, & minor perfectio ignis corruptibilis in se; in ordine ad operationem producendi calorem in genere causæ efficientis: Minor autem illa perfectio subiecti compensatur, & superatur a maiori perfectione, & iure habendi per meritum superabundans gratiam habituales, & habitus supernaturales in primo instanti Conceptionis, tam Christi Domini, quam Deiparæ Dominae; ut ex doctrina Divi Thomæ supra tradita manifestum est.

38. Fortassis vellet aliquis discurrere eodem modo circa visionem beatam supernaturalem elicitam ab intellectu, sive completo intrinseco per habitum luminis gloriæ, sive completo extrinseco per auxilium extrinsecum Dei: sed mihi in dubia semper erit aliqua ratio disparitatis petita ex eo quod gratia habitualis, ut potè semen gloriæ, sem-

Hh

per

per præcedit pro priori ad gloriam, seu ad visionem beatam supernaturalem, pro cuius connaturali modo operandi exigitur ex natura rei habitum intrinsecum luminis gloriæ, si talis habitus radicetur connaturaliter in ipsa gratia habituali, quæ est semen gloriæ.

39. Nec restat instantia aliqua adversans doctrinæ traditæ argumento principali proposito, num. 27. si præoculi habeatur ad quod dicebam num. 30. circa specialem supernaturalem dispositionem, ac dispensationem Dei in permanentia habituum supernaturalium Fidei, & spei hominis catholici peccatoris sine gratia habituali, quæ est illorum natura in ordine supernaturali: quod illustrari potest de paritate accidentium naturalium permanentium in divina Eucharistia sine substantiâ panis; quin inde aliquid arguatur contra rationem proprietatis strictæ, & titulum connaturalitatis, ut de se clarescit.

40. Objic. 4. Deipara Domina nequit procedere ex imperfecto ad perfectum: atqui si procederet ex merito ad primam gratiam habitualem, & gloriam, modo connaturalitatis explicato, procederet ex imperfecto ad perfectum: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; ex imperfecto positive talis concedo maiorem: ex imperfecto præcisive tali, siue ex minus perfecto, in quo datur compensatio maioris perfectionis; nego minorem: nam procedere ex merito non arguit in Deipara Domina defectum gratiæ, & gloriæ in aliquo instanti reali temporis, sed tantum arguit dari ipsam gratiam, & gloriam tanquam præmium debitum ex iustitia Deiparæ Domine in primo instanti suæ Conceptionis cum sola posterioritate naturæ, seu causalitatis, & in hoc relucet maior perfectio Deiparæ Domine, ut supra ponderatum est.

41. Objic. 5. Si Deipara Domina posset connaturaliter operari actum supernaturalem sine habitibus supernaturalibus infusis habentibus se pro priori naturæ, sequeretur, tales habitus non esse necessario per se requisiti ad operandum actus supernaturales: atqui hoc repugnat: ergo. Urgetur, quia sic non esset ratio ad hoc ut in homine catholico peccatore permanerent habitus supernaturales Fidei, & Spei, absente gratia habituali.

Respondeo, distinguo sequelam maiorem; dum præcedit gratia habitualis pro

priori exigens ex natura rei tales habitus supernaturales tanquam proprietates strictas, & potentias sibi debitas ad operandum titulo connaturalitatis; nego sequelam: dum non præcedit pro priori gratia habitualis, modo explicato; concedo sequelam; quæ clarescit ipso exemplo hominis catholici peccatoris, & alijs supra traditis num. 13. Vnde ad urgentiam dico, rationem illius permanentiæ esse solam legem supernaturalem Dei ita disponentis ordinem rerum supernaturalium, ut constet ex dictis num. 30.

42. Objic. 6. Gratia habitualis ponitur in Christo Domino, & in Deipara Domina ad hoc solum ut operentur modo connaturali ex habitibus supernaturalibus: ergo si pro priori ad ipsam gratiam habitualem operarentur modo connaturali, non esset ponenda in utroque subiecto gratia habitualis.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas constat; tum ex eo quod Dominus Thomas laudatus supra num. 31. doceat ibi ponendam gratiam habitualem ad hoc ut sit radix, & natura habituum supernaturalium & non solo titulo condecenciæ ex eo quod ponenda sit gratia habitualis ad munus sanctificandi formaliter in sua linea, ita ut per huius modi sanctitatem euadat subiectum sanctificatum simile reliquis hominibus iustis sanctificatis per gratiam habitualem, uti discurrent alibi Theologi de Christo Domino.

43. Objic. 7. Prius debet res compleri per suas proprietates, ut erumpat in operationem modo connaturali; pro indeque præcedunt in Christo Domino habitus supernaturales, immò gratia habitualis, & gloria, complentes ac disponentes humanitatem ad recipiendam unionem hypostaticam: ergo pariter in Deipara Domina.

Respondeo, distinguo antecedens quoad priorem partem; per suas proprietates strictas, & debitas rei titulo connaturalitatis; concedo: per suas proprietates latas, & debitas rei titulo concedentiæ; nego. Solutio constat ex supra stabilitis: & inde evanescit antecedens quoad posteriorem partem, cuius falsitas patet ex perfectiori dispositione, quæ datur per meritum gratiæ, & gloriæ, atque habitum supernaturalium, in Christo Domino, & in Deipara Domina, potiori iure, ac datur similis dispositio meritoria in Adamo, & Angelis ad primam gratiam

tiam, ut arguebam ad homines contra adversarios, supra num. 13.

SUBSECTIO IV. ARGUMENTA ALIA extricantur.

44. Objic. 8. in ordine, cum Subtili Scoti. Congruum est quod Christus Dominus, & Deipara Domina habeant gloriam animæ sine meritis proprijs, ad hoc ut in cælo sint varix series Beatorum prima Christi Domini, & Deiparæ Domine, qui ex debito beentur: secunda parvulorum qui ex meritis alienis gloriam habeant: tertia adulatorum; quæ ex meritis alienis simul, ac proprijs gloriam assequantur: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam potior congruentia, & melior ratio postulat Christum Dominum, & Deiparam Dominam assequi gloriam per merita propria superabundantia; cum hoc sit perfectius, & congruentius, iuxta illud Christi Domini apud Sanctum Lucam cap. 24. *Nonne hoc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Vnde in gloria corporis habita ex meritis proprijs retorquetur manifestè argumentatio. Immo iuxta plures adversarios, Angelis dispositur per meritum proprium ad gloriam in primo instanti sue creationis; erpotiori iure proprium meritum ad gloriam præcessit in Christo Domino, & in Deipara Domina, in primo instanti Conceptionis. licet aliunde illis esset debita utraque gloria titulo moralis condecenciæ, ut iam constabit.

45. Objic. 9. Christo Domino ratione unionis hypostaticæ, & Deiparæ Domine ratione Maternitatis Dei, debita erat gloria titulo connaturalitatis: atqui id quod est debitum titulo connaturalitatis non habetur per meritum proprium: ergo.

Respondeo, nego maiorem; nam gratia habitualis sola est semen gloriæ, & radix cui debentur reliqui habitus supernaturales titulo connaturalitatis, ut potè strictæ proprietates ipsius gratiæ habitualis: ast unioni hypostaticæ, & Maternitati Dei debentur titulo moralis condecenciæ, ut potè proprietates latæ; iuxta supra stabilita, & exposita

cum Eximio Doctore à num. 30. Immo si illis esset debita gloria animæ titulo connaturalitatis, esset utique illis debita gloria corporis eodem iure, & titulo connaturalitatis: atqui nihilominus data fuit de facto, & habita per meritum proprium gloria Corporis Christi Domini, ut constat ex testimonio ipsius proximè allegato: ergo vel non est debita gloria animæ titulo connaturalitatis, sicut nec gloria corporis; vel potest ultra haberi per meritum proprium, licet sit debita titulo connaturalitatis, quod negant adversarij.

46. Objic. 10. Meritum debet præcedere pro priori ad præmium: atqui gloria animæ, seu beatitudo essentialis præcedit pro priori ad quodlibet meritum Christi Domini, & Deiparæ Domine; ergo. Maior constat siquidem meritum est causa præmij. Minor autem, in qua silit difficultas ostenditur nam Christus Dominus, & Deipara Domina, in primo instanti conceptionis, fuerunt beati; ita ut primus actus, quem tunc eiicerunt, fuerit beatitudo; siquidem *id quod necessario movet, prius movet, quam id quod liberè movet*; ut videre est in Angelis, qui quidem prius habuerunt amorem necessarium erga se ipsos, quam amorem liberum erga alias res extraneas: atqui Deus beatificans, ut potè qui est obiectum beatitudinis formalis Christi Domini, & Deiparæ Domine, movet necessario, obiectum verò actus meritorij movet liberè: ergo.

47. Replicatur, & urgetur, nam libertas, & indifferentia ad actum meritorium, requirunt aliquod signum pro priori, in quo detur deliberatio: vnde si voluntas prædeterminaretur physicè, non operaretur liberè. Deinde, requirant etiam, quod premium ut potè effectus dependeat in sui positione, aut non positione, à merito ut potè causa libera illius: nunc sic: sed hoc totum nequit subsistere, si detur meritum beatitudinis formalis in primo instanti Conceptionis Christi Domini, & Deiparæ Domine: ergo.

48. Respondeo ad argumentum distinguendo maiorem prioris syllogismi; meritum debet præcedere pro priori ad præmium; prioritate temporis; nego: prioritate naturæ seu causalitatis; concedo maiorem: deinde nego minorem eiusdem syllogismi; ad cuius probationem distinguo illam propositionem cui nititur totus posterior syllogismus, scilicet, *id quod necessario movet, prius movet, quam id quod liberè movet*; id

ad ipsam libere movet; id est, certius, ac efficacius movet; concedo: aliter nego. Explico distinctionem bene verum est, quod prius movet, scilicet certius, ac efficacius, id quod movet necessario; aut falsum est aliter, scilicet prius movet, prioritate temporis, aut prioritate naturæ, inevitabiliter, semper, & pro semper: nam licet id quod necessario movet, certo ac securo modo moveat, nihilominus hic potest esse posterior posterioritate naturæ, seu causalitatis, respectu illius quod liberè movet, in ratione causalitatis moralis, qualis datur in merito libero respectu præmij: vel dicant adversarij modum quo defendant, Angelos in primo instanti reali suæ creationis habuisse meritum actum liberum respectu præmij gloriæ essentialis, seu beatitudinis formalis?

40. Rursus, dicant ipsi adversarij, cur non potuerit Deus in primo instanti Conceptionis, tam Christi Domini, quam Deiparæ Dominæ, dare illis gloriam dependentem ab aliquo actu meritorio liberè ponendo in eodem instanti real Conceptionis? Si dicant, hoc repugnare ex eo quod talis gloria esset aliunde debita, & conferenda ex debito independenter à merito. Contra est, quia idem deberent dicere de gloria corporis, ac dicunt de tali gloria animæ, cum utraque debita sit eodem iure: unde fit, quod sicut non repugnat, gloriam corporis haberi per meritum, & dependentem à merito, etiam si aliunde debita sit; & sanè conferenda, titulo condecenciæ; eo quod hic titulus non obstat ad hoc ut ipsa gloria corporis detur alio novo urgentiori, titulo iustitiæ strictæ orto ex merito superabundante Christi Domini, & Deiparæ Dominæ; utique non repugnabit, nec ostabit, circa gloriam animæ debitam illis eodem titulo condecenciæ.

50. Si autem recurrat ad rationes infinitas ab ipsis in replica, seu urgentia proposita num. 47. Contra est, nam tales rationationes omnino futiles sunt; siquidem stat optime quod in eodem instanti reali temporis concipiantur plura signa rationis, quorum unum sit signum deliberandi pro prioris; uti dicunt ipsi adversarij pro stabilendo merito congruo Angelorum respectu gloriæ in primo instanti reali suæ creationis. Deinde, stat optime quod præmium ut præmium, & ut corona sit effectus dependens à merito tanquam à sua causa,

scilicet in sui positione, aut non positione, ex illo novo urgentiore titulo iustitiæ strictæ, vi cuius non esset ponenda gloria animæ nisi poneretur meritum, licet aliunde ponenda esset solo titulo condecenciæ, ut patet à paritate gloriæ corporis. Denique, impertinenter adducitur ab adversarijs exemplum physica prædeterminationis ad actum liberum meritorium; cum aliunde ipsis certum sit, physicam prædeterminationem non componi cum actu libero meritorio, cuius libertatem, ac indifferentiam voluntatis tollit de medio.

51. Obijc. 11. cum Acutissimo Vasquez. *Principium meriti nequit cadere sub meritum*: atqui prima gratia habitualis est principium meriti Deiparæ Dominæ in primo instanti suæ Conceptionis: ergo.

Respondeo, maiorem huius argumenti esse maximè controversam inter Theologos, quorum plures primarij eam denegant, quibus sego assentior modo exponendo paulo infra ubi egero de merito maternitatis divinæ dignificato ab ipsa maternitate. Sed ne hac gravissima difficultate in præsentiarum implicer, facili negotio solvo argumentum distinguendo maiorem respectu illius meriti, cuius est principium; transeat respectu illius meriti, cuius non est principium; nego maiorem, & minorem; nam principium dignificativum illius primi meriti ad præmium gratiæ habitualis primæ in sua linea, non est ipsa gratia habitualis, sed est sola gratia maternalis, seu maternitas Dei sanctificans, formaliter Deiparam Dominam; sicut in Christo Domino est gratia unionis. Unde fit quod licet illa prima gratia habitualis non sit prima in ordine gratiæ genericè sumptæ, quia præsupponit aliam gratia priorem; attamen sit prima in sua linea, & in ordine gratiæ habitualis specificè sumptæ; quæ sanè nequit esse infinita simpliciter, ut infra ostendetur.

52. Obijc. 11. Principium omnium meritorum Christi Domini, & Deiparæ Dominæ, est visio beatifica, sive scientia beata: tum quia primum opus illorum est dilectio Dei, seu actus charitatis directus à scientia beata: tum etiam, quia aliter non operarentur cum omni conatu, & intentione possibili: ergo.

Respondeo, nego antecedens, & utramque probationem ipsius: tum quia in eodem instanti reali possunt elici plures ac-

tus

tus virtutum, immò etiam charitatis, ut optime observat P. Vega palestra 28. cert. 12. num. 17 10. ita ut ille actus dilectionis Dei, seu Charitatis supernaturalis, meritorius primæ gratiæ, & gloriæ, non dirigatur à scientia beata, sive à visione beatifica, sed à scientia infusa actuali, quæ ut talis directiva, ac illuminativa est, & non solum competit Christo Domino, sed etiam Deiparæ Dominæ, ut ex Sanctorum Patrum doctrina ostenditur tuo in loco. Tum etiam, quia operari cum summo conatu, & intentione possibili, sufficienter proveniret ab efficacitate auxilij divini, seu gratiæ actualis excitantis, & adiuvantis, simul cum summa rectitudine utriusque voluntatis, scilicet Christi Domini, & Deiparæ Dominæ, sine læsione libertatis ad meritum requiritur, & quam de medio tollit scientia beata, seu visio beatifica necessitans ad dilectionem Dei.

53. Dices 1. Scientiam infusam actualem abstractivam nequirer regulare actum voluntatis in præsentia alterius scientiæ beatæ perfectioris. Contrarium, quia licet hoc esset verum de regulatione actus voluntatis pure beatifici; falsum tamen est de regulatione actus voluntatis non beatifici formaliter, sed meritorij formaliter gloriæ, seu beatitudinis: ratio est, quia ille prior actus beatificus pure talis est necessarius, & respectu illius se habet propriori scientia beata, seu visio beatifica: aut ille posterior actus non beatificus, sed meritorius formaliter est liber, & respectu illius se habet pro posteriori naturæ scientia beata, seu visio beatifica, ut pote præmium correspondens tali actui voluntatis meritorio formaliter.

54. Dices 2. Scientiam infusam præsupponere ex natura rei aliam scientiam beatam, & lumen gloriæ, à quo provenire debet. Contra est, quia sine illo fundamento confingitur huius modi præsuppositio à Mag. Prudentio hic, ubi videtur insequentem procedere, dum arguit contra Medinam, num. 13. & num. 15.

55. Obijc. 13. Eadem res nequit esse simul inter termino, & in via ad terminum: atqui si Christus Dominus, & Deipara Dominæ in primo instanti Conceptio-

nis mereretur primam gratiam, & gloriam, essent simul inter termino, scilicet gloria, & in via ad terminum, scilicet merito: ergo.

Respondeo, hoc argumentum probare multum, ac proinde nihil; probat enim, Christum Dominum (idem quæ est de Deipara Dominæ) non fuisse simul viatorem, & comprehendentem, quod quidem falsissimum est. Distinguo igitur maiorem cum D. Thoma, quod libeto 9. art. 8. in corpore, sic; si via est successiva; concedo maiorem; si via est instantanea, sique subito; nego maiorem. Via successiva datur, quando homo v. g. ambulat à loco A ad locum B, & inde ad locum C, & sic de reliquis; quod quidem nequit simul compari, scilicet quod simul sit in via, & in termino, sine multiplicatione subiecti: aut via instantanea, quæ subito fit, optime comparitur cum termino simultaneo; rationem huius rei assignat S. Doctor ibidem sic: *Quia in his, quæ sunt subito, simul est fieri, & factum esse; sicut simul aer illuminatur, & illuminatus est; & simul res creatur, & creata est.* Unde ipsi adversarij hoc concedunt Angelis in primo instanti suæ creationis; & similiter admittunt, contritionem esse meritum, seu viam ad gratiam, ita ut simul coexistat hæc via cum termino gratiæ in eodem instanti reali, quo conteritur homo peccator; & sic de alijs exemplis supra memoratis. An autem admittenda sit spes, aut desiderium, pro illo priori naturæ ad gloriam? Pendet ex infra dicendis: & satis componi posset ex doctrina Cardinalis de Lugo disp. 22. de Incarn. sect. 2. ubi defendat, Christum Dominum habuisse actum tristitiæ pro priori tantum naturæ ad visionem beatificam. Vide paulò infra num. 75.



SUBSECTIO V.

RESPONDEATUR RE-
liquis argumentis.

56. **O**bjic. 14. in ordine. Perfectiones aliquæ sunt, quæ quidem non conceduntur de facto Deiparæ Dominæ, uti sunt potestas Ordinis Sacerdotalis, & aliæ similes: ergo nec est concedenda de facto Deiparæ Dominæ perfectio merendi in primo instanti suæ Conceptionis.

Respondeo, distinguo antecedens perfectiones aliquid manifestè repugnantes, quæ sunt potestas Ordinis Sacerdotalis, ex incapacitate sexus femine; concedo: perfectiones aliæ ex nullo capite repugnantes Deiparæ Dominæ; nego antecedens, & consequentiam ex dictis: quibus addo doctrinam communem Sactorum Patrum, & Theologorum traditam à P. Mend. za in suo viridario, lib. 2. problem. 5. num. 3. ad hoc, ut de facto concedatur Deiparæ Dominæ totum id perfectionis, quod manifestè non repugnat. Immodò fas est addere ad rem, quod novissimè flos ingeniorum huius sæculi P. Antonius Vieira, tom. 2. concionum Sacratissimi Rosarij Deiparæ Dominæ, ferm. 18. per totum latè probat, Christum Dominum communicasse Deiparæ Domine non solam dignitatem Regiam, sed etiam potestatem Pontificiam ratione sui Sacratissimi Rosarij, ita ut in tali potestate Pontificia excedat potestas clavium potestatem Divi Petri, & aliorum Pontificum Vicariorum Christi Domini: videatur ibi ad delicias.

57. **O**bjic. 15. Si Deipara Dominamervisset de facto primam gratiam habitalem, meruisset utique de facto primam gratiam actualem supernaturalem, quæ est principium antecedens necessario requisitum ad eliciendum illum primum actum meritorium supernaturalem Deiparæ Dominæ: atqui hoc manifestè repugnat; alioqui enim de facto principium meriti caderet sub merito, scilicet

sub merito, cuius est principium: ergo.

Respondeo, nego maiorem, cuius falsitas constat, tum ex proximè dictis num. 51. tum etiam ex inconvenienti assignato ab adversarijs in minore propositione, quod procedat de facto; tum deniq; ex eo, quod talis actus meritorius esset de facto præmium sui ipsius, si talis gratia actualis supernaturalis esset præmium illius actus meritorij, siquidem per illam constituitur libertas essentialis illius actus meritorij formaliter, ut bene observat P. Ripalda, tomo 2. disp. 86. sect. 2. num. 3. & num. 10.

58. **O**bjic. 16. Actus ille meritorius Deiparæ Dominæ sufficienter præmiaretur in primo instanti Conceptionis data prima habituali gratia, in qua radicantur habitus per se infusi supernaturales: ergo non esset meritum superabundans respectu illius primæ gratiæ habitualis, & reliquorum habituum supernaturalium.

Respondeo, nego antecedens: quia ille actus meritorius Deiparæ Dominæ dignificatur à dignitate infinita simpliciter, nempe à Maternitate divina, seu gratia maternali divina, quæ est infinita simpliciter, ut ex professo defensatum est supra tract. 2. disp. 2. sect. 3. per totam: proindeque non præmiaretur sufficienter illo præmio, sed maneret meritum superabundans, & ulterius præmium exigeret, quod infra assignabitur.

59. **O**bjic. 17. Iuxta axioma iurisperudentiæ in lege *neque pignus, 46. ff. de regulis iuris; id quod meum est, amplius meum esse non potest*: atqui prima gratia habitualis, prima gloria animæ, atque habitus per se infusi supernaturales, debentur Deiparæ Dominæ ratione Maternitatis divinæ, sicut etiam debentur Christo Domino ratione unionis hypostatice: ergo amplius nequeunt deberi ratione meriti superabundantis.

60. **V**igetur: nam meritum exigit præmium, quod aliàs non sit debitum, nec sit habendum à merente: atqui aliter se habet præmium illud gratiæ, & gloriæ respectu Deiparæ Dominæ, & Christi Domini: ergo. Probat maior: nam præmium debet esse tale, ut afferat merentino novum emolumentum, si ven-

viam utilitatem, ratione cuius ditior fiat.

61. Respondeo in primis per retortionem argumenti, & urgentiæ factam supra in gloria corporis aliàs debita Christo Domino iuxta illud S. Lucæ c. 24. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Cui consonat illud S. Pauli ad Hebræ. cap. 2. *Videmus IESUM propter passionem mortis gloriæ, & honore coronatum*: ubi S. Anselmus vult id intelligendum, *secundum animam, & corpus*. Rursus sit retortio in exaltatione ipsius Christi Domini, & in gloria Nominis IESU, aliàs debitis, & habitis ex merito, ut testatur ipse Apostolus ad Philip. cap. 2. vers. 8. *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine IESU omne genua flectatur, cæl. firmum, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*. Nec est aliquod effugium huius retortionis: quodcumque enim confingatur ab adversarijs, eodem tempore subsistit pro eis, pro quibus retortio facta est.

62. Deinde respondeo directè ad argumentum; axioma allegatum in maiori absolute negari à Sapientissimo P. Leonardo de Peñañel tom. de Incarn. disp. 17. sect. 2. num. 60. licet ibidem addat ex Barbosa tract. de axiomatibus iuris, illud axioma pati exceptionem, ac limitationem, scilicet, *amplius meum esse posse, id quod potest haberi alio novo titulo urgentiore, ratione cuius securior, ac firmior sit possessio illius rei, ut sit titulo strictæ iustitiæ, sive iure evictionis, & assurationis, ut loquuntur jurisconsulti, ex quo potest creditor agere de evictione adversus debitorem, & hic teneretur de evictione ad compensationem rei, si hic evincatur, aut pereat*. Vnde constat solutio ad maiorem argumenti, siquidem illa omnia debita Deiparæ Dominæ, & Christo Domino titulo solius condecencie moralis, & ut proprietates latæ; quæ Deus posset absolute denegare sine iniuria, aut iniustitia; ultra possunt haberi alio novo titulo, urgentiore, ratione cuius securior, ac firmior sit possessio, & ius strictum ad illa omnia, scilicet ex merito

superabundante, ex quo oritur ius strictæ iustitiæ, sive ius evictionis, & assurationis adversus Deum debitorem, ita ut iam Deus nequeat denegare illud præmium promissum sub pacto conditionis onerosæ sine iniustitia, & iniuria Deiparæ Dominæ, sicut & Christi Domini.

63. Hinc pergo ad urgentiam, & distinguo maiorem; si præmium sit debitum, aut habendum à merente, solo titulo moralis condecencie; nego: si præmium sit debitum, aut habendum à merente, alio titulo urgentiore strictæ iustitiæ, transeat: nam adhuc stante hoc urgentiore titulo strictæ iustitiæ, tenent plures cum P. Vasquez, subsistere rationem præmij, & meriti, ita ut omne præmium possibile corresponsdeat pluribus meritis Christi Domini, sicut eadem pena damni corresponsdet pluribus de meritis hominis peccatoris. Immo id, quod est debitum solo titulo moralis condecencie, & non est habendum alio titulo urgentiore strictæ iustitiæ, non est dicendum præmium, cum præmium sit correlativum meriti, & includat obligationem strictæ iustitiæ, ut proxime ponderatum est.


64. Denique, distinguo probationem ipsius urgentiæ sic: præmium debet esse tale, ut afferat merenti novum emolumentum, si veniam utilitatem, ratione cuius ditior fiat; physice, vel moraliter: concedo; physice necessario; nego: sufficit enim præmium afferre merenti Deiparæ Dominæ, sicut & Christo Domino, novam utilitatem moralem, ratione cuius ditior fiat moraliter, quatenus accrescit ius strictæ iustitiæ, sive ius evictionis in Deum debitorem, qui quidem manet obligatus ex iustitia ad retribuendum id quod stante solo titulo moralis condecencie posset absolute denegare, ut nuperrime dictum est. Immodò accrescit in ipsa re retribuenda ut præmio nova formalitas moralis utilitatis, scilicet ratio coronæ, quam non haberet, nisi adesset meritum, ex quo oritur ius strictæ iustitiæ sub pacto conditionis onerosæ in merente erga Deum præmiante: ratione autem huius novæ formalitatis moralis utilitatis resultantis in præmio ex vi meriti sit, quod substantia moralis illius rei retribuendæ ut præmij, & coronæ debita titulo strictæ iustitiæ, diversificetur moraliter.

saliter à substantia physica ipsius rei debita aliunde solo titulo condecens, & proprietatis latæ, quæ absolute pererat de negari à Deo sine iniustitia, & iniuria alterius.

65. Hæc doctrinâ satis præ occupata manet replica petita ex eo, quod videretur non promereri substantiam gratiæ, & gloriæ, sed solum novum titulum strictæ iustitiæ; constat enim promereri substantiam physicam gratiæ, & gloriæ ut affectam, & indutam illo novo vrgentiore titulo strictæ iustitiæ, & substantiam moralem, novamque utilitatem moralem, quæ carent illa dona supernaturalia, si darentur à Deo solo titulo condecens, & proprietatis latæ, aut ornatus gratiæ, ut patet à paritate gloriæ Corporis Christi Domini, in qua retortio facta est num. 61.

66. Nec ex hac doctrinâ hac tenus data probabilitatem aliquam desumere potest sententiâ Magistri Bañez, & aliorum Thomistarum, quam ut improbabilem valide impugnant Eximius Suarez, & Sapientissimus Arriaga tomo 8. tract. de pœnit. disp. 16. sec. 2. quatenus tenet, eandem gratiam correspondere multiplici merito hominis iusti, ita ut per nova merita non mereatur novos gradus gratiæ, sive augmentum gratiæ, & gloriæ: hæc enim sententiâ Bañez videtur contraria definitioni Concilij Tridentini sess. 6. can. 23. & ex ipsa sententiâ sequeretur, quod homines non curarent abundare in omni opere bono, & quod Deus non redderet unicuique secundum opera sua. Nec in præsentiarum curo componere ea, quæ ibi adducit Arriaga cum alijs ab ipso traditis paulo ante, nempe disp. 15. sec. 2. num.

19. maiora enim me vocant.



SVBSECTIO VI.

QV ID IN HOC puncto dicendum sit de Christo Domino?

67. **D**icendum est eodem iure, immò & potiori, Christum Dominum defacto promeruisse sibi superabundanter, modo connaturali, primam gratiam habitualem, & primam gloriam, atque habitus per se infusos supernaturales, in primo instanti reali suæ conceptionis temporalis, ratione meriti dignificati à gratia vnionis, seu à personalitate infinite Sanctæ Verbi Divini hypostaticæ vnita. Hoc assertum maiori ex parte est eorum Theologorum, quorum nomina dedi supra initio huius sectionis, num. 5. quibus addo Sapientissimum huius Peruntinæ Provinciæ Præceptorè P. Leonardum de Peñañiel tomo de Incar. disp. 17. sec. 2. num. 25. scilicet quoad non repugnantiam huius meriti, licet illud deneger datum defacto, num. 57. pro eodemque placito all-gari potest alius æque primarius huius Provinciæ Præceptor iuxta ac Provincialis meritissimus, qui suo nomine Meriem scholarum exprimit, & suum Magistrum Leonardum ultra expressisset, ni sufficere discipulo. *si sit sicut Magister eius; de quo ipse iam pridem cecinit: si fueris virtute Leo, si Nardus odore; si Leo, si Nardus, sic Leonardus eris.*

68. Constat hæc resolutio probamenti authoritatis, & rationis, quibus similis conclusio probata manet de Deipara Domina; & pleraque argumenta æque militantia adversus vtramque conclusionem, pro vtraque etiam hac tenus proposita, & dissoluta sunt. Nihil omnis tamen breviter perstringam nõ nulla alia probamenta, & argumenta in particulari.

69. Probatur primò ex Sacra Scriptura; nam David Psalm. 44. profetice alloquens Christo Domino, sic fatuz

dile-

dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea (attende causalem) unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ: id est, oleo gratiæ habitualis, ut exponit cum alijs nos- ter Loritus in hunc locum; plauditque uniuersus Theologorum senatus inde inferens, in Christo Domino relucere gratiam habitualem, ita ut ly propterea referatur ad ly dilexisti tanquam ad causam meritoria non vnionis spiritualis olei scilicet gratiæ habitualis. Consonatque illud testimonium D. Pauli ad Hebræos 2. quod ex intelligentia S. Anselmi proximo elucidatum manet ad rem præsentem num. 61.

70. Probatur secundò illustri testimonio Angelici Doctoris 3. part. quæst. 34. art. 3. vbi hæc habet: *Est autem duplex sanctificatio; una quidem adultorum, qui secundum proprium actum sanctificantur; altera puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem parentum, vel Ecclesiæ. Prima autem sanctificatio est perfectior quam secundas sicut actus est perfectior quam habitus; & quod est per se, eo, quod est per aliud. Cum ergo sanctificatio Christi fuerit perfectissima, (quia sic sanctificatus est, ut esset alio um sanctificator) consequens est, quod ipse secundum proprium motum liberi arbitrij in Deum fuerit sanctificatus; qui quidem motus liberi arbitrij est meritorius: unde consequens est, quod in primo instanti suæ conceptionis Christus meruerit. Quid clariùs pro merito Christi Domini de facto respectu gratiæ habitualis? Hæc autem dicitur prima sanctificatio in sua linea, ut supra demonstratum est.*

71. Probatur tertio ratione deducta ex doctrina ipsius Angelici Præceptoris, & cetera apud melioris notæ Theologorum; nam id, quod absolute perfectius, ac nobilius est, debet concedi de facto Christo domino, atqui absolute perfectus ac nobilius est, quod Christus Dominus de facto promeruerit sibi superabundanter, modo connaturali, primam gratiam habitualem, & primam gloriam, habitusque per se infusos supernaturales: ergo. Minor ostenditur ex eodem D. Thoma 3. part. quæst. 19. art. 3. in corpore, sic: *Quia autem omnis perfectio, & nobilitas Christo est attributæ consequens est, quod ipse per meritum habuerit illud, quod alij per meritum habent.*

& concludit sic: *unde nobilius habetur id, quod habetur per meritum, quam id, quod habetur sine merito. Quid ultra?*

72. Sed dices primò. Prima gratia habitualis, & gloria animæ, debentur Christo Domino utpotè Filio naturali Dei ante omnem actum meritoriu: ergo.

Respondeo, in primis per retortionem manifestam factam in gloria corporis, & in alijs recentis nuper num. 61. deinde distinguo antecedens; debentur solo titulo condecens, & ut proprietates latæ; concedo: aliter, nego antecedens, & consequentiam; nam ultra debentur vrgentiore titulo strictæ iustitiæ ex merito superabundante, ut satis supra ostensum est, dum idem de Deipara Domina probatum manet.

73. Dices secundò. Si ratio assignata à me ex D. Thoma subsistere, deberet vtrique concedi defacto Christo Domino meritum respectu suæ vnionis hypostaticæ. Respondeo in primis per retortionem iam factam; deinde nego suppositum, scilicet, quod detur Christus Dominus ante suam vnionem hypostaticam, cui tale meritum concedatur; immò iuxta doctrinam ipsius Divi Thomæ 3. part. quæst. 6. art. 5. prioris fuit vnium hypostaticè Verbum Divinum cum anima, & corpore, quæ hæc extrema vnirentur inter se, ac proinde reultaret Christus Dominus. De possibili autem huius meriti infra disciptabitur.

74. Dices tertio. Christus Dominus non fuit viator respectu gloriæ animæ in primo instanti reali suæ conceptionis temporalis: ergo eam nõ meruit de facto.

Respondeo in primis per retortionem factam in Angelis respectu gloriæ in primo instanti reali suæ creationis: deinde distinguo antecedens; non fuit viator pure talis; concedo: non fuit viator simul, ac comprehensor; nego antecedens, & consequentiam; tota enim repugnantia apparet in similitate viæ, & termini, satis superque enervata est supra ex doctrina Divi Thomæ, num. 55. videantur, & instaurentur ibi dicta, simul que alia tradita ex eodem Divo Thoma supra tract. 3. disp. 2. sect. 3. num. 48.

57. Dices quartò. Si Christus Dominus habuisset meritum respectu glo-

Kk

112

riæ, seu beatitudinis, habuisset utique desiderium, & spem respectu ipsius: at qui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, resolutionem huius difficultatis pendere ex varijs probabilibus opinandi modis Theologorum circa actus desiderij, & spei, iuxta quos potest quisque respondere pro libito: nam plures Theologi cum P. Henao exercit. 5. num. 83. tenent, non repugnare actus desiderij, & spei respectu boni possessi in eodem instanti reali, dummodò tales actus præcedant pro priori naturæ; unde adhuc in patria admittuntur habitus, & actus spei in Christo Domino, & primarijs Theologis cum Eximio Suarez in 3. part. quæst. 7. art. 4. idemque admittit P. Vega in Deipara Domina saltem respectu continuationis suæ beatitudinis, ut videre est palæstr. 17. cert. 2. num. 1208. Alij verò hoc totum denegant, eo quod in talibus actibus requirant prioritatem temporis respectu boni absentis physicè, vel intentionalitèr, aut formidinem, ac suspensionem de consequutione boni. Videatur pulchra doctrina Cardinalis de Lugo admittentis in Christo Domino actum tristitiæ cum prioritate tantum naturæ ad visionem beatificam, loco citato à me proximè, num. 55.

76. Dices quintò. Ex nostra conclusione sequitur, iustam ansam arripere Calvinum, ad afferendum, Christum Dominum venisse ad suam gloriam potius quam nostram promerendam: ergo. Respondeo, nego antecedens; quod requæretur in merito Christi Domini respectu gloriæ sui corporis, & exaltationis sui nominis; unde sicut ex hoc non inferatur iusta ansa ad delirium Calvini, ita nec ex nostra conclusione; siquidem semper manet inconcussa veritas catholica docens, Christum Dominum venisse ad redimendum genus humanum, & ut saluum faceret, quod perierat. Videatur contra hunc errorem Calvinianum Eminentissimus noster Bellarminus de Christo Mediatore, cap. 9. lib. 5. Alia autem argumenta in superioribus subsecutionibus dissoluta sunt.

SUBSECTIO VII.

QVID IN HOC puncto dicendum sit de puro homine?

77. **D**icendum, conclusionem supra defensatam de Christo Domino, & Deipara Domina, non posse defensari de alio quolibet puro homine; tum quia in illo datur peccatum mortale originale, quo inficitur in primo instanti reali suæ conceptionis, ac proinde non datur in ipso forma sanctificans, à qua dignificetur eius meritum, nec hoc datur de facto tunc temporis, cum non detur usus rationis, & liberi arbitrij: tum etiam, quia non est caput, ex quo deurcatur superabundantia illius meriti, nec modus connaturalis illud operandi: tum denique, quia adhuc in reliquis instantibus subsequenter vitæ non cadit de facto prima gratia habitualis sub merito condignum cuiusque puri hominis constituti infra ordinem supremum unionis hypostaticæ, ut de fide certum existimant aliqui Theologi apud P. Ripaldam, tom. 2. disp. 87. sect. 1. quidquid Bonaspes sentiat disp. 5. num. 127. proindeque tantum de Christo Deo homine, & de Deipara Domina, constitutis intra ordinem supremum unionis hypostaticæ, verificabitur ea conclusio modo supra defensata.

78. Nec tamen audiendi sunt aliqui Thomistæ citati à laudato P. Ripalda ibidem, sec. 2. num. 15. defensantes, primam gratiam habituales non cadere de facto sub meritum nostrum adhuc congruum: hoc enim assertum non solum contrariatur communi consensui Theologorum, sed etiam doctrinæ Concilij Tridentini sess. 14. cap. 4. ubi tale meritum congruum concedit homini peccatori contrito respectu primæ gratiæ habitualis iustificantis.

79. Sed quia conclusio supra stabilita procedit etiam de merito respectu

177

primæ gloriæ; consonum est hic breviter investigare, utrum prima gloria de facto cadat sub meritum nostrum condignum?

Respondeo, quod licet communior sententia Theologorum affirmet, nihilominus placet mihi sententia negans, quæ satis communis est, & noviter illustratur à Sapiētissimo P. N. G. Thyrio Gonzalez, tom. 1. disp. 7. sec. 3. licet aliter discurrat quoad modum merendi ibidem sec. 4. per totam.

80. Probatum primò hæc negativam sententiam auctoritate Concilij Tridentini (licet in favorem suæ sententiæ pro aris, & focus allegeretur ab adversarijs) sess. 6. cap. 18. ubi sic eloquitur: *Bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia filijs per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda.* Nunc sic iuxta Concilium Tridentinum proponenda est nobis vita æterna, non solum tanquam merces, & scilicet dum est gloria secunda correspondens bonis operibus, & meritis condignis nostris, sed etiam tanquam gratia filijs per Christum Iesum misericorditer promissa, scilicet dum est gloria prima absolute promerita nobis à Christo Domino, & donata titulo hereditatis: atqui eo ipso quod vita æterna sumpta pro prima gloria proponenda sit nobis iuxta Concilium tanquam gratia filijs per Christum Iesum misericorditer promissa, non cadit de facto sub meritum nostrum condignum; siquidem gloria cadens de facto sub meritum nostrum condignum nequit dici absolute gratia; ut docet ipsum Concilium Tridentinum eadem sess. 6. cap. 8. ex doctrina Apostoli ad Ephesios 2. & ad Romanos 11. ubi ait; *si enim gratia, iam non ex operibus,* (scilicet condignis, ut omnes unanimiter interpretantur, & intelligunt) *alioqui gratia iam non est gratia;* ita ut hinc probet Tridentinum, quod nihil eorum, quæ præcedunt iustificationem, promeretur simpliciter eandem gratiam iustificationis: ergo prima gloria non cadit de facto sub meritum nostrum condignum. Unde fit, quod in phrasi ipsius Concilij Tridentini usurpatur *vita æterna quasi indifferenter, & indiscriminatim,*

scilicet quasi præscindat à primæ gloria, quæ dicitur *gratia*, & cui opponitur meritum solum de congruo; & secunda gloria, quæ dicitur *merces*, & cui debet correspondere meritum de condigno, ut infra amplius elucidabatur pro mente ipsius Tridentini.

81. Probatum secundò ratione everteente fundamentum adversariorum, qui sane recurrunt ad posterioritatem naturæ, ut contritio supernaturalis hominis peccatoris meritoria de congruo primæ gratiæ sit meritoria de condigno primæ gloriæ. Nam essentia meriti ut talis est, quod sit *ex se remunerabile aliquo premio*, ut infra ex professo estendetur; ac proinde in quocumque signo priori, in quo concipitur essentia meriti, nequit concipi sine præmio, si ve relatè ad præmiū suum corréctivum; siquidem *correlativa sunt simul natura, & cognitione*: ergo in nullo signo priori potest concipi sine præmio gloriæ ea essentia meriti ipsius gloriæ. Nunc sic: atqui actus supernaturalis contritionis hominis peccatoris pro signo priori est meritum primæ gloriæ, cuius est semen prima gratia: ergo nequit concipi sine tali præmio primæ gloriæ. Ratio est, quia ille actus supernaturalis contritionis pro signo illo priori procedit ordinatus ad finem gloriæ. Unde arguo nunc: atqui pro illo signo priori non concipitur tale præmium primæ gloriæ, ut correspondens illi actui supernaturali contritionis tanquam merito condigno; siquidem pro illo signo priori est actus hominis peccatoris elicitus ex auxilio extrinseco Dei: ergo tale præmium primæ gloriæ non cadit sub meritum condignum hominis peccatoris.

82. Roboratur ad homines; nam iuxta adversarios, meritum condignum, & condignificatum à gratia habituali, habet æqualitatem arithmeticam tantum pro tanto respectu præmij gratiæ, simul ac gloriæ: atqui hoc nequit subsistere, si illud meritum sit condignum respectu solius gloriæ, & non sit simul condignum respectu primæ gratiæ, cuius est meritum tantum de congruo; siquidem iam dabitur aliquod meritum condignum, & condignificatum à gratia habituali, quod quidem non habeat equalitatem arithmeti-

meti-

mericam cum suo premio solius primæ gloriæ: ergo tale meritum non est condignum respectu primæ gloriæ; alicui potius diceretur meritum superabundans respectu solius primæ gloriæ, cum ex se habere deberet condignitatem, & æqualitatem arithmetica. tanti pro tanto respectu præmij gratiæ, simul ac gloriæ.

83. Hinc fit, non licere adversarijs uti doctum: insinuat singulariter à P. Elparza, tom. 1. lib. 3. quæst. 32. art. 28. scilicet, in casu conculutionis dari condignitatem merentis, licet non detur condignitas operis meritorij; si ve salvari id, quod est mereri de condigno primam gloriæ, condignitate merentis, licet non condignitate operis meritorij. Contra enim est, quia hæc doctrina contrariatur doctrina Concilij Tridentini, tum hic à me, tum ibi à P. Elparza ponderatæ; ut aperte innuit ipse ibidem addens, hoc dici posse præcedendo à Concilio Tridentino. Unde, stante hac solutione, non datur tunc condignitas operis meritorij respectu primæ gloriæ: ergo nec datur tunc opus meritorium condignum, seu meritum condignum respectu primæ gloriæ, quod idem est, & quod in præsentiarum defensant adversarij. Rursus ipsi desumunt condignitatem operis meritorij à dignitate operantis, seu merentis: quomodo ergo nunc componunt dari unam condignitatem sine alia? Denique, iuxta ipsos adversarios, actus super naturalis meritorius subsequens illam primam gratiam, & condignificatus ab ipsa gratiâ, promeretur ulteriorem maiorem gloriæ, ut certum est de condigno, scilicet cum sit actus meritorius de condigno gloriæ maioris illâ, quæ correspondebat primæ gratiæ gratuito datæ à Deo: ergo si uterque actus, antecedens, & subsequens, est æque condignificatus ab eadem primâ gratiâ habituali, ac proinde est æque condigne meritorius gloriæ; uterque utique promeretur æque maiorem gloriæ illâ, quæ correspondebat primæ gratiæ gratuito datæ à Deo: cum autem hanc illationem denegent adversarij, debent utique denegare condignitatem illi actui antecedenti iustificationem, nempe actui contritionis hominis peccatoris.

84. Probatum tertio per instantiam: nam si prima gratia habitualis, ut volunt adversarij, redderet meritum de condigno respectu primæ gloriæ actum contritionis supernaturalis hominis peccatoris, sequeretur, quod eodem iure ipsa gratia habitualis prima redderet meritum de condigno ipsum actum contritionis respectu maioris, & maioris præmij gratiæ, & gloriæ; siquidem ius, & munus gratiæ habitualis est reddere condignum, seu dignificare meritum actum ad novos gradus gratiæ, & gloriæ si ve ad maius, & maius præmij gratiæ, & gloriæ: atqui hoc repugnat manifeste: ergo & id, ex quo sequitur hoc manifestum inconveniens. Consequentia liquet: minor constat, siquidem inde deducitur processus in infinitum maioris, & maioris præmij gratiæ, & gloriæ correspondentis illi actui contritionis hominis peccatoris. Maior ostenditur: nam ideo iuxta adversarios prima illa gratia habitualis condignificat actum illum contritionis ad hoc ut evadat meritum de condigno respectu primæ gloriæ, quia prima illa gratia habitualis antecedit priori ad primam gloriæ: atqui æque antecedit pro priori ad novos gradus gratiæ, & gloriæ, si ve ad maius, & maius præmij gratiæ, & gloriæ: ergo.

85. Urgetur idem intentum: nam si semel ille actus contritionis hominis peccatoris condignificetur à prima illa gratia habituali ad primam gloriæ, & ex maiori gratia habituali crescat meritum condignum ad maius extensive præmij gratiæ & gloriæ, ut tenent plures adversarij; sicut nequit negari, evadere illum actum condignum maioris gloriæ ex maiori intensione ipsius actus, ita negari nequit, evadere condignum magis ac magis, si ve maioris, & maioris præmij gratiæ, & gloriæ, ex maiori, & maiori gratia habituali, à qua condignificatur ipse actus contritionis: maxime si gradus intentionis gratiæ sint homogenei, & eiusdem rationis, ac virtutis condignificativæ ad superiores gradus gratiæ, & gloriæ, ut plerique fatentur.

86. Dices primò, Concilium Tridentinum scilicet 6. cap. 16. can. 32. adversatur meæ conclusioni; ibi enim ait: *Siquis dixerit,*

dixerit, ipsum iustificatum, bonis operibus non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ consequentiam, atque etiam gloriæ augmentum, si tamen decedat in gratiâ; anathema sit. In quibus verbis aliter loquitur Concilium de merito condigno gratiæ, ac de merito condigno gloriæ; siquidem per *To vitam æternam* innuit, hominem iustificatum mereri de condigno primam gloriæ, proindeque addit, *atque etiam gloriæ augmentum*: alioqui enim Tridentinum inepte loqueretur: ergo.

Respondeo, nego antecedens; Concilium enim Tridentinum aperte adfavet meæ conclusioni, ut in eius probamento ostensum est; ubi etiam expressi ipsius Tridentini adnotavi, nomine *vita æterna* non exprimi primam gloriæ ut talem, sed tantum gloriæ quasi præsei si ve se habentem, & indifferentem ad primam gloriæ, & ad secundam gloriæ; sic enim debet loqui Concilium ad hoc ut contradicat hæreticis negantibus nostrum meritum respectu gloriæ sub nomine generico, & quasi præcisi vo *vita æterna*: deinde ut innueret se loqui de merito condigno respectu secundæ gloriæ, addidit alia verba, in quibus non innuitur id, quod intendunt adversarij ut patet ex eo, quod ibidem Concilium Tridentinum distinguit inter vitam æternam, & augmentum gloriæ eodem modo, ac distinguit inter vitam æternam, & consequentiam ipsius vitæ æternæ, quin tamen ex hac posteriore distinctione inferatur aliquid difficultatis, eo quod tantum facta fuerit ad maiorem claritatem, & ad maiorem expressionem, ut optime P. Arraga adnotavit: ergo dicendum est idem de priore distinctione. Et quidem si aliquid probaret allegatum testimonium Tridentini, probaret utique, quemlibet hominem iustificatum debere promereri de condigno bonis suis operibus primam gloriæ; siquidem loquitur absolute, & universaliter de quolibet homine iustificato: atqui hoc falsum est; siquidem constat quod si aliquis homo iustificatus in baptismo ante usum rationis non deperdat primam gratiam, sed cum ipsa perveniat ad usum rationis, & eliciat bona opera meritoria, sanè ipsi meretur de con-

digno augmentum gratiæ, & gloriæ, quin tamen unquam promeritus sit de condigno primam gloriæ in baptismo ante usum rationis: ergo si hoc non subsistit, utique corrumpit intentum adversariorum ex allegato testimonio Tridentini, quod potius adfavet meæ conclusioni.

87. Dices secundò per instantiam; Concilium Tridentinum ibidem statuit *bonis iustorum operibus quæ in Deo sunt facta, nihil deesse, quo minus vitam æternam promerentur*: ergo si contritio est bonum opus hominis iusti, seu iustificati, factum in Deo, erit meritum condignum respectu primæ gloriæ.

Respondeo, Tridentinum ibi loquitur de bonis operibus iustorum factis in Deo post primum instantis temporis iustificationis; in phrasi enim Concilij bonum opus factum in gratia, & ex gratia, qualia sunt illa opera iustorum post primum instantis iustificationis, quibus promeretur de condigno vitam æternam, seu secundam gloriæ, post meritum de congruo primæ gloriæ elicitum in illo primo instanti iustificationis, in quo homo per contritionem iustificatur, ut supra ostensum est.

88. Dices tertio, Prima gratia habitualis reddit actum contritionis gratum Deo; sicut etiam reddit gratam Deo animam hominis peccatoris contriti: ergo etiam reddit ipsum actum meritorium de condigno respectu primæ gloriæ.

Respondeo, distingo antecedens; gratitudine meritoria de congruo; concedo: gratitudine meritoria de condigno, nego antecedens, & sicut etiam ipsius, siquidem gratitudo animæ est alia gratitudo, scilicet amicalis, ad quam sufficit, in illo instanti reali animam iustificari per gratiam habitualem, per quam redditur amica, & filia adoptiva Dei, quin inde inferatur gratitudo meritoria de condigno, sed tantum de congruo, in ipso primo instante iustificationis respectu primæ gloriæ, sicut & respectu primæ gratiæ.

89. Nec placent alij mosi discurrendi, tum P. Amici hic, disp. 35. sec. 5. tum R. P. N. G. Thyrsi Gonzalez loco supra citato, ubi contendit, merita subsequenter primam gratiam habitua-

lem in hac providentia extendi ad promerendam de condigno primam gloriam, quæ solum de congruo promerita fuerat per contritionem supernaturalem hominis peccatoris: quis tamen non miretur hanc virtutem retrogradam merendi in meritis subsequenter, ut iam mereantur de condigno id ipsum, quod donatum fuit de congruo? Sane non video modum, quo in hac providentia merita illa omnino occupata in promerendo de condigno augmentum gratiæ, & gloriæ, ita ut habeant æqualitatem arithmeticam tanti pro tanto cum tali præmio augmenti gratiæ, & gloriæ, ultra procedant ad promerendum de condigno aliud ulterius præmium primæ gloriæ, proindeque extendatur condignitas æqualis, ut evadat simul æqualis ac inæqualis ac inæqualis respectu eiusdem præmii, nempe augmenti gratiæ, & gloriæ. Sed de hoc satis.

SECTIO II.

AN DIVA VIRGO MARIA meruerit, aut mereri potuerit, Maternitatem Dei?

90. **P**ræsens questio controversatur communiter à Theologis in tractatu de Incarnatione, & procedit circa Maternitatem Dei, siue sumatur absolute secundum se, siue consideretur comparative, id est, quod hæc potius quam alia mulier eligatur in Matrem Dei, semel supposito decreto divino incarnandi in Virgine Matre absolute.

91. Prima sententia tenet, Divam Virginem MARIAM promeruisse defacto Maternitatem Dei, si saltem comparative sumptam, per meritum condignum: ita P. Vega, pal. 28. cert. 7. num. 1695. P. Bernal, P. Martinus Perez, P. Ortega, & alij apud ipsos.

92. Secunda sententia propugnat,

Sanctissimam Virginem MARIAM nullo modo promeruisse Maternitatem Dei: ita M. Lorca 3. p. disp. 22. num. 9. P. Ragusa, 3. p. q. 2. art. 11. Societas Castillo, & alij videndi apud M. Saavedra, vestig. 3. disp. 11. sect. 3.

93. Tertia sententia docet, Divam Virginem MARIAM defacto meruisse Maternitatem Dei tantum de congruo, potuisse tamen illam mereri de congruo: ita Lixinius Suarez tomo 1. in 3. p. disp. 10. sect. 7. & 8. concl. 2. P. Arriaga, Hurtadus uterque; Illust. Araujo, quest. 2. art. 9. dub. 2. num. 50. & alij apud ipsos quibus novissime accedit M. Lubiez ubi supra.

94. Quarta sententia defensat, Divam Virginem Mariam in promeruisse defacto Maternitatem Dei per meritum de congruo, ut nec divinitus potuerit illam mereri de condigno: ita Acutissimus Vasquez, disp. 24. num. 4. P. Rhodestomo 2. disp. vnic. de Deipara, quest. 2. sect. 4 §. 2. & alij apud ipsum. Sed ut mentem meam aperiam, fas est duplicem conclusionem stabilire.

SVBSECTIO I.

CONCLUSIO PRIMA proponitur, & propugnatur.

95. **C**onclusio prima sit. Si adhuc divinitus principium meriti non potest cadere sub meritum, Diva Virgo MARIA, non solum de facto, verum etiam de possibili, nequit mereri condigne Maternitatem Dei adhuc comparativam. Ratio est, quia nisi Maternitas Dei sit principium condignitativum meriti, per quod ipsa Maternitas Dei ad huc comparativa tribuitur in præmium, nequit intelligi quod Diva Virgo MARIA possit mereri condigne Maternitatem Divinam in finitam simpliciter adhuc comparativam: siquidem talis Maternitas in finita simpliciter, ut supra demonstratum est, nequit

nequit æquari per meritum condignificatum à sola alia forma finita simpliciter qualis est gratia habitualis adhuc intensissima; immò etiam si hæc forma esset aliquo modo infinita, semper tamen esset ordinis inferioris respectu ordinis superioris unionis hypostaticæ, in quo est talis Maternitas divina; proindeque supremum infimi nequit attingere infimum supremi: ergo.

96. Ratio vterior ad homines est: nam ideo iuxta adversarios Diva Virgo MARIA potest mereri condigne Maternitatem divinam comparativam, quia hæc non excedit meritum condignificatum à sola gratia habituali intensissima, licet illud excedat Maternitas divina absolute: atqui si Maternitas divina absolute excedit tale meritum, utique illud excedit Maternitas divina comparativa: ergo. Minor constat, tum ex eo, quod Maternitas Dei adhuc comparativa infinite excedat, etiam in ratione formæ anteficantis, gratiam habitualem quantumcumque intensam in sua linea, ut in superioribus sectionibus probatum iminet: tum ex eo quod Maternitas Dei adhuc comparativa in ratione præmii requirat tantum valorem in opere condigne meritorio ipsius, quantum requirit Maternitas Dei absolute, siue absolute considerata; alioqui sequeretur maximum inconveniens, scilicet quod qui liber homo mereretur de facto suam primam gratiam sanctificatam per meritum condignum, quatenus hæc potest dici, non absolute, sed comparativa, eo quod pariter præsupponatur absolutum decretum Dei de elevanda natura humana ad ordinem gratiæ, & de conferenda prima gratia sanctificante hominibus: ergo sicut hoc non obstante denegatur ab adversariis meritum condignum respectu illius, & requiritur tantus valor in opere meritorio respectu illius condigne, quantum requiritur respectu ipsius absolute, utique idem fatendum erit respectu Maternitatis divinæ; ac proinde si hæc absolute excedit, utique comparative excedet meritum condignificatum à gratia inferioris ordinis, adhuc præsupposito decreto Dei incarnando absolute.

97. Roboratur: nam in ratione

præmii tantam utilitatem affert Divæ Virgini MARIÆ Maternitas Dei comparative considerata; quam afferret ipsa Maternitas Dei absolute considerata: ergo tantum valorem requirit in suo merito condigno Maternitas Dei comparative considerata; quantum requirit ipsa Maternitas Dei absolute considerata. Antecedens constat, siquidem æque est Mater Dei utroque modo considerata Maternitate Dei. Consequentia legitima est, cum meritum, & præmium sint correlativa inter se, ita ut præmium cedat in utilitatem merentis, sicut meritum cedit in obsequium præmiantis.

SVBSECTIO II.

SOLVTIO OBJECTIONUM.

98. **O**bjec. 1. Visio beatifica in ratione præmii non excedit meritum nostrum condignificatum à gratia habituali saltem intensa: ergo idem erit de Maternitate Dei saltem comparativa.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam, cuius falsitas patet, tum ex proximiis meis probamentis; tum ex eo, quod sic Maternitas divina possit æquari à quolibet nostro merito condignificato à gratia habituali saltem intensa; tum etiam ex eo, quod Maternitas divina excedat dignitatem gratiæ habitualis, & visionis beatificæ, ut suo in loco ostensum est ex illius infinitudine simpliciter; tum denique ex eo quod Maternitas divina in ratione præmii adhuc comparative sumpta afferat incomparabilem utilitatem dignitatis infinite simpliciter ordinis superioris unionis hypostaticæ, & adorabilitatis hyperdulias, aliarumque innumerabilium, quarum plures supra excellentiæ recentitate sunt, ita ut proinde Sancti Patres attribuunt infinitum excessum dignitati Matris Dei respectu iustorum servorum Dei.

99. Objec.

99. **Objic. 2.** Licet meritum alicuius equitatis non æquet præmium adventus absoluti Hispaniarum Regis in hanc civitatem. nihilominus potest æquare adventum illius comparativum, scilicet, quod si Rex decrevisset absolute venire, eligeret in palatium domum eius equitatis potius quam aliam domum: ergo pariter in casu quæstionis discurrendum erit, ut bene Eximius Suarez ponderat.

Respondeo, transeat antecedens & nego consequentiam, ac paritatem, quia stat optimè quod in ea republica existiment homines prudentes, meritum equitatis æquare adventum comparativum Regis, sive electionem huius domus præ alia, & non adventum absolutum Regis, eo quod non requiritur tantus valor ad unum, ac ad alium: est cum requiratur tantus valor ad promerendum condignè Maternitatem Dei comparativam, ac requiritur ad promerendum condignè Maternitatem Dei absolutam, & utroque modo considerata afferat ipsam utilitatem, infinitamque dignitatem Matris Dei, ut proximè probatum est; nulla inde tenet ratio paritatis.

100. **Objic. 3.** Stat optimè quod aliquod præmium non possit mereri de condigno quoad substantiam, & possit mereri, quoad circumstantiam: ergo idè erit de Maternitate Dei.

Respondeo, transeat antecedens de pura circumstantia, qualis non est prælectio comparativa in Matrem Dei, ut potè quæ constituit substantiam moralem præmij, & requirit tantum valorem in merito condigno, quantum requirit ipsa Maternitas Dei absoluta, ut potè quæ est æque infinita simpliciter, & æqualem utilitatem, ac dignitatem affert merenti.

101. **Objic. 4.** Multa peccata venialia in infinitum numericè iterata possunt æquare, & efficere unum peccatum mortale: ergo pariter multa merita Divæ Virginis MARIE dignificata à sola gratia habituali possent æquare, & efficere unum meritum condignum respectu Maternitatis divinæ saltem comparativæ.

Respondeo, antecedens ita falsum esse, ut oppositum assertum censeatur certum de fide, ut adnotat laudatus P. Rhodes eo tom. 2. disp. 1. de peccat. quæst.

3. sect. 4. §. 2. proindeque definit Concilium Tridentinum sess. 6. can. 23. in homine iusto compati gratiam, & amicitiam Dei, cum peccatis venialibus: imò Diana 3. part. tract. 6. mis. el. resol. 24. tenet, non esse peccatum mortale velle committere infinita peccata venialia. Hoc autem procedit de peccatis venialibus, in quibus (ratione materiæ graviter damnificativæ proximi) non est transitus: unde aliter discucitur de furtilibus: in modo à paritate arguit ad retractiones leves Cardinalis de Lugo tomo 1. de iustit. & iure, disp. 16. sect. 3. num. 46. ubi ait, de hoc nihil apud Auctores invenio; postea potuit tamen inveniri apud Jacobum Ragum de regular. cent. 1. dub. 19. num. 6. Unde consequentia argumenti nulla est.

SVBSECTIO III.

CONCLUSIO SECUNDA, in qua principium meriti posse cadere sub merito singulariter elicidatur.

102. **C**onclusio secunda sit: Diva Virgo MARIA potuit divinitus promereri de condigno Maternitatem Dei per meritum condignificatum ab ipsa Maternitate Dei: proindeque principium meriti potest divinitus cadere sub merito. Dixi divinitus, quia licet stando rationi, nullum appareat inconveniens in admitendo hoc defecto; est stando authoritati, male audiretur apud Theologos, quorum communior sententia tenet, principium meriti non posse adhuc divinitus cadere sub merito: licet satis communis sit opposita opinio, quæ varijs modis defensatur, sive per volitiones, & ordines intentionis ac executionis, cum Eximio Suarez tomo 1. in 3. p. disp. 10. sect.

4. sive per meritum in se, aut conditiononata, cum P. Coninc. disp. 8. de Merito, dub. 7. sive per duas actiones physicas totales, & adæquatas respectu eiusdem termini, cum P. Ortega cōtrov. 7. de Incarn. disp. 2. q. 2. sect. 1. de quibus, & alijs modis facillimo negotio impugnat, in præsentiarum non curio, ut alium modum faciliorem proponam.

103. Probatum igitur conclusio, & proponitur singularis modus sic: minime repugnat, quod saltem divinitus, & in alia providentiæ possibili, Deus habeat duplex decretum ab æterno pro diversis signis iam exponendis, ita ut unum decretum sit gratuitum ac liberale, per quod Deus determinet dare, seu tribuere gratis Maternitatem Dei Divæ Virginis MARIE, antequam prævideat vllum meritum illius; & aliud decretum sit remuneratorium, ac antidorale, per quod Deus determinet dare, seu retribuere onerosè Maternitatem Dei Divæ Virginis MARIE in præmium, postquam quæ vidit meritum illius condignum, ac condignificatum ab ipsa Maternitate Dei: à qui hoc modo optimè componitur, & rectè subsistit tota mea conclusio: ergo Maior, in qua sola sistit difficultas, debet admitti à pluribus Theologis primarijs, qui quidem simili modo discurrunt ad componendam prædestinationem divinam antè, vel post prævisa merita: imò etiam plures alij Theologi, ac Philosophi unamiter tenentes, minime repugnate, quod idem actus, seu effectus, imperetur, & executioni mandetur per duplex decretum; sive per duplicem volitionem, quarum quælibet habeat suum finem, seu motivum finale adæquatum, v. g. deattributione ex motivo salutis, & simul ex motivo recreationis. Pariter enim discurrendum est circa duplex decretum divinum, quorum unum sit gratuitum ex motivo adæquato bonitatis divinæ, & aliud remuneratorium ex motivo adæquato meriti condignificati à Maternitate Dei; pro diversis signis.

104. Declaratur, & illustratur clarissimo testimonio D. Bernardi homil. 4. super Missus est; ad illa verba Divæ Virginis MARIE; *Eccè ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*; ubi addit:

Deus autem vult, à se requiri etiam, quod pollicetur; & ideo sorte multa, quæ dare disposuit; prius pollicetur; ut ex promissione devotio excitetur; sicque quod gratis daturus erat, (attende hæc verba) devota oratio promereatur: sic pius Dominus, qui omnes homines vult salvos fieri, merita nostra extorquet à nobis; & dum nos prævenit tribuendo; quod retribuatur, gratis agit, ne gratis retribuatur. En ubi Sanctus Doctor tradit totam meæ conclusionis doctrinam, & clare innuit duplex illud decretum divinum; unum gratuitum, seu gratis pollicitatorium ex motivo adæquato bonitatis divinæ; & aliud remuneratorium, seu non gratuitum, ex motivo adæquato meriti condigni; ut patet, dum ait; sicque, quod gratis daturus erat, devota oratio promereatur; & dum nos prævenit tribuendo, quod retribuatur, gratis agit, ne gratis retribuatur. Quid clarius pro te nostra?

105. Rursus elucidatur ex probabili, ac plausibili sententia subtilis scori, & Eximij Suarez; aliorumque Doctorum, qui tenent, in hac providentiæ possibilibus fuisse extra causas Incarnationem Verbi divini per duplex decretum Dei, quorum quodlibet habet suum motivum adæquatum pro Incarnatione; nam unum decretum Incarnationem propter solam excellentiam ipsius, proindeque ad huc Adamo non peccante Christus Dominus veniret; aliud vero decretum Incarnationem propter peccatum Adami prævisum ut absolute futurum per modum causæ meritorie; iuxta illud Ecclesiæ. *O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem*; pariter igitur discurrere licebit nobis de duplici illo decreto Dei circa Maternitatem divinam; saltem in alia providentiæ possibili.

106. Roboratur conclusio probatio: nam te diligenter examinata non est assignabilis vlla repugnantia in eo, quod in primo signo detur in Deo prius illud decretum gratuitum ac liberale ex motivo bonitatis divinæ, ita ut postquam in secundo signo considerat Deus meritum Divæ Virginis MARIE condignificatum à Maternitate Dei, (scilicet in alio decreto efficaci dandi auxilium efficacè ad

tale meritum, quod quidem vi illius habet sufficientem existentiam ad movendum) detur aliud decretum remuneratorium, ac antidorale, in tertio signo, ex motivo meriti condigni; quod posterius decretum movetur ex tali merito ad hoc ut retribuatur titulo oneroso tanquam primum, & corona Maternitas Dei, quæ pro primo signo gratis tribueretur tanquam donum titulo liberalitatis ex vi prioris decreti gratuiti. Nulla enim in hoc modo discurrendi occurreret repugnantia, quæ non militet adversus alios similes modos discurrendi adversariorum in prædestinatione ad gloriam, & in reliquis exemplis proxime memoratis: ergo.

107. Firmatur, & confirmatur tota doctrina; tum ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 18. ubi docet, proponendam esse nobis gloriam donandam à Deo duplici titulo, nempe ut hæreditatem filijs, & ut mercedem operarijs; tali enim duplici titulo debet correspondere in Deo duplex decretum circa eandem gloriam, unum gratuitum, & aliud remuneratorium, ut de se clarescit: tum etiam ex eo, quod pariter debeat discursi circa gloriam corporis donatam Christo Domino duplici titulo unionis hypostaticæ, & titulo meriti condignificati ab ipsa gratia unionis; immò hoc ipsum à me probatum est tota sectione antevergente circa primam gratiam habituales, & reliquos habitus supernaturales, tam respectu Christi Domini ratione unionis hypostaticæ, quæ respectu Deiparæ Domine ratione Maternitatis divinæ; unde dicta ibi confirmant dicta hic tenore consequentiæ.

108. Dices primò. Ex dictis inferri, Maternitatem Dei. & aliud quodvis principium meriti, de facto cadere sub meritum; cuius principium morale est.

Respondeo, ipsa in conclusione adnotatum esse à me, nullum apparere inconveniens huius illationis, stando rationi, secus tamen stando auctoritati, quæ in hoc puncto debet attendi, sicut & in alijs Theologicis tanti ponderis: alioqui esset admittenda eadem illatio in Christo Domino pro merito condigno suæ unionis hypostaticæ. Præsertim cum ad actum secundum meriti, & præ-

mij denegandum sufficiat defectus obligationis ex parte merentis, & acceptationis ex parte Dei præmiantis, de quibus nil certum constat de facto.

109. Dices secundò. Maternitas Dei fuit decreta efficaciter à Deo, antequam Diva Virgo MARIA haberet vllum medium respectu illius: ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; de facto in hac providentia; transeat: de possibili in alia providentia; subdistinguo; ex vi primi decreti gratuiti; concedo; ex vi secundi decreti remuneratorii; nego. Solutio constat ex datis probamentis, & amplius constat ex argumentis iam solvendis.

SVBSECTIO IV.

ARGUMENTORVM dissolutio.

110. **O**bjic. 1. Hinc sequeretur, dari mutuam causalitatem quoad primum esse ex vi eiusdem actionis inter Maternitatem Dei, seu gratiam maternalem condignificantem, & causantem moraliter meritum illud Divæ Virginis Mariæ, & inter ipsum meritum ut potè causans moraliter tantalem Maternitatem Dei, quam promeretur ut præmium: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo; distinguo maiorem; dari mutuam causalitatem physicam; nego maiorem; dari mutuam causalitatem moralem; concedo maiorem. Deinde nego, hanc posteriorem causalitatem moralem esse tunc ex vi eiusdem actionis, siquidem esset ex vi duplicis actionis, seu duplicis causalitatis moralis; hoc autem non repugnat, licet repugnet mutua causalitas physica ex vi eiusdem actionis physice quoad primum esse, ut in libro 2. Physic, ostensum est. Nec enim mutua causalitas moralis in casu quæstionis repugnat, cum sit ex vi duplicis decreti divini & duplicis actionis, seu causalitatis moralis, ita ut Maternitas Dei ex vi primi decreti gratuiti præ-

præexistat, & causet moraliter meritum condignum, & hoc meritum ex vi secundi decreti remuneratorii moveat, & causet moraliter ad retributionem ipsius Maternitatis Dei ut præmij, & coronæ; ut rem consideranti patebit.

111. Replicabis 1. Maternitas Dei esset prior, & posterior respectu sui meriti condigni ex vi eiusdem omnipotentia divinæ: ergo. Respondeo, distinguo antecedens; esset prior, & posterior ex vi eiusdem omnipotentia divinæ applicatæ per unicum decretum divinum; nego: esset prior ex vi illius ut applicatæ per unum decretum divinum gratuitum, & posterior ex vi illius ut applicatæ per aliud decretum remuneratorium; concedo antecedens; deinde nego consequentiam, quia in hoc nulla est repugnantia, ut constat exemplis supra recensitis.

112. Replicabis secundò. Hoc non esset mereri primum esse, seu primam existentiam Maternitatis Dei; siquidem non esset mereri primum decretum applicans omnipotentiam divinam ad productionem Maternitatis Dei: ergo. Respondeo, nego antecedens, nam Maternitas Dei in primo instanti incipit esse, & existere extra causas ex vi omnipotentia divinæ applicatæ à duplici decreto divino; ac proinde eo ipso quod mereatur perni secundum decretum divinum remuneratorium, meretur primum esse, seu prima existentia Maternitatis Dei, siquidem hoc secundum decretum æque applicat omnipotentiam divinam ad productionem primam illius extra causas in eodam instanti reali, licet pro signo posteriori rationis, ut videtur est in exemplo prædestinationis ad gloriam, & alijs similibus.

113. Replicabis tertio. Maternitas Dei debet intelligi extra omnes suas causas, ad hoc, ut possit intelligi operans moraliter: ergo debet intelligi etiam extra meritum condignum sui, quod est aliqua causa ipsius ut coronæ. Respondeo, distinguo antecedens, debet intelligi extra omnes suas causas, à quibus dependet, præcisè ut intelligatur operans moraliter; concedo: à quibus ita non dependet; nego antecedens, & consequentiam. Ratio est, quia Maternitas Dei ut operans

moraliter illud meritum condignum dependet à priori decreto divino gratuito, & non dependet à causalitate ipsius meriti condigni, quæ quidem posterior est, immò ipsa Maternitas Dei non est effectus moralis meriti condigni ut liberale donum tributum ex vi prioris decreti gratuiti, sed tantum onerosum præmium retributum ex vi posterioris decreti remuneratorii, ut supra dictum est.

114. Replicabis quarto. Ex mutua causalitate morali admittitur, inferretur mutua causalitas physica inter Divinas Personas: ergo. Respondeo, nego antecedens, in quo datur manifesta repugnantia adversus Trinitatem Personarum Divinarum, quæ Fide sancta est.

115. Replicabis quinto. Sequeretur eundem numero effectum produci posse à duplici causa totali adhuc physica: atqui hoc repugnat: ergo. Respondeo, antecedens admitti à plerisque Philosophis loquendo de possibili, immò etiam à nonnullis admitti loquendo de facto; proinde que in illo nulla est repugnantia: at in rigore non inferretur necessario hoc admittendum in duplici causa totali physica ex eo, quod admittatur in duplici causa morali totali, quam amplectuntur adversarij in exemplis supra propositis.

116. Objic. 2. Repugnat, quod eadem res se ipsam reproducat quoad primum suum esse: atqui hæc repugnantia sequeretur ex merito condignificato à Maternitate Dei: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; loquendo de reproductione physica, & ex vi eiusdem actionis physice; transeat; loquendo de reproductione morali, & ex vi duplicis actionis, seu causalitatis moralis; nego maiorem. Ratio est, quia in hoc nulla est repugnantia, sicut nec in eo quod Petrus iustus promeretur hodie suam conservationem crastinam: immò nec in eo, quod Christus Dominus se ipsum reproducat in Eucharistia; ut plausibilis Theologia defenfat. Maxime, cum ad reactionem moralem sufficiat distincti moralis, quæ sanè datur inter Maternitatem Dei ut donum tributum ex vi primi decreti gratuiti, & ipsam Maternitatem Dei ut præmium retributum ex vi secundi decreti remunerat.

est; ratio enim præmij, & coronæ, quæ correspondet ut correlativa merito condigno, est formalitas diversificans moraliter rem, ut supra probatum manet. sect. 1.

117. Nec repugnat, quod eadem res reproducta moraliter sit prior, & posterior se ipsa, secundum diversas considerationes, diversa signa, & diversa decreta, & ex vi diversarum causalitatum moralium; sicut nec repugnat, quod consideretur eadem res, ut donum tributum ex vi primi decreti, & ut præmium retributum ex vi secundi decreti remuneratorij, ut supra probatum, & exemplificatum est: hoc enim est quasi duplex esse morale eiusdem rei.

118. Objic. 3. Repugnat, quod sit præmium respectu meriti condigni illud, quod est principium intrinsecum constitutivum ipsius meriti condigni; sic enim præmium non afferret ullam utilitatem merenti, qua ditior fieret: atqui ita se haberet res in casu questionis: ergo nequit subsistere.

Respondeo, distinguo maiorem; si se habeat eodem omnino modo dum est præmium, ac se habeat dum est principium morale intrinsecum constitutivum meriti condigni; transeat: si se habeat diverso modo morali, & ex vi diversæ causalitatis moralis; nego maiorem. Solutio constat ex proximè dictis, simulque ex alijs stabilitis ea sect. 1. antevertentes sufficit enim distinctio moralis, & diversus modus, quo se habet Maternitas Dei ut donum ex vi primi decreti, dum condignificat meritum, & ut præmium retributum ex vi secundi decreti remuneratorij, dum correspondet ut effectus moralis condignitatis meritivæ; ad hoc ut nulla sit repugnantia intenta ab adversarijs in maiori argumenti. Ad cuius implicitam probationem constat ex dictis ibidem, sufficere, præmium afferre merenti novam utilitatem moralem, quæ fiat ditior moraliter, qualis est formalitas præmij, & ratio coronæ sub quâ retribueretur Maternitas Dei novo titulo oneroso strictæ iustitiæ ex merito condigno; ita ut hoc posito, non posset negari à Deo sine iniustitia Maternitas Divina, quæ pro priori ad tale meritum poterat absolute denegari sine iniustitia, si

ut attento solo titulo strictæ iustitiæ, ut ibi ex professo ostensum est; de quo insuper consuli potest Sap. P. Didacus de Avendaño in suo Sacro Epitalamio, part. 2. tit. sect. 7. à num. 532. usque ad num. 538.

119. Objic. 4. Maternitas Dei requirit se habere pro priori tanquam principium sui meriti condigni, & simul pro posteriori tanquam finis in executione respectu ipsius meriti condigni ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; in eodem signo, & ex vi eiusdem actioni, seu causalitati moralis; transeat; in duplici signo, & ex vi duplicis actionis, seu causalitatis moralis; nego antecedens, & consequentiam: nulla enim est repugnantia in eo, quod Maternitas Dei in uno signo priori consideretur ut donum tributum per unum decretum gratuitum, & sic sit principium condignificativum sui meriti in alio autem signo consideretur posteriori ut præmium retributum per aliud decretum remuneratorium, & sic sit finis respectu sui meriti; ut alibi discuntur Theologi communiter in allegato exemplo prædestinationis ad gloriam.

120. Objic. 5. Meritum, & præmia sunt correlativa inter se: atqui talia non essent, si Maternitas Dei esset præmium, & simul constitutivum morale meriti condignificati ab ipsa; ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem, nam licet adæquatè ea correlatio non esset secundum dici sufficeret esse talem secundum esse inadæquatè, quatenus eorum illud meritum distinguitur realiter inadæquatè à sola Maternitate Dei, quæ retribuitur; ut præmium correspondens tali merito condigno: sicut alibi discutitur de correlatione cognitionis ut sic respectu sui obiecti cognoscibilis, à quo distinguitur realiter inadæquatè.


121. Objic. 6. Duplex decretum divinum à me propositum æquivalens huic duplici decreto divino; *volo conferre gratis Maternitatem Dei; nolo conferre gratis Maternitatem Dei*: atqui hoc duplex decretum posterioris repugnat dari simul in Deo: ergo & illud duplex decretum æquivalens huic.

Res-

Respondeo, nego maiorem; ram duplex aliud decretum à me propositum ita se habet; *volo conferre Maternitatem Dei gratis ex motivo meæ bonitatis divinæ; volo conferre Maternitatem Dei ut præmium ex motivo meriti condigni*: quod quidem in duplici signo habitum non includit ullam repugnantiam; sicut nec includunt exempla omnino similia allegata in probamentis meæ conclusionis, quæ ab adversarijs admittuntur, & defenduntur alibi. Immo obiectum diversum moraliter est respectu huius virtutis que decreti, siquidem datur diversitas, & distinctio moralis inter Maternitatem Dei ut donum gratuitum, & ipsam ut præmium antidorale debitum titulo strictæ iustitiæ, ut sape ponderatum est.

122. Objic. 7. Maternitas Dei de facto tributa fuit Divæ Virgini MARIÆ ex meritis Christi Domini eligentis iam in Matrem suam; ergo.

Respondeo, concedo antecedens ut potè certum apud Theologos ex Magistro sententiarum in 3. dist. 4. & D. Thoma, 3. p. quest. 2. art. 1. ad 3. ex quo nil inferitur adversum meam conclusionem; sicut nec inferitur ab adversarijs contra definitionem Concilij Tridentini. sess. 6. cap. 18. ubi docet, gloriam nobis esse proponendam, & tanquam gratiam filijs misericorditer promissam ex meritis Christi Domini, & simul tanquam mercedem, seu præmium correspondens operarijs ex meritis proprijs: nam secundum eam considerationem, in qua non attenduntur merita propria, dicitur conferri aliquid gratis, & per decretum gratuitum; secundum aliam considerationem, in qua attenduntur merita propria hominis merentis in particulari, ut de se clarescit, & exemplis patet supra allegatis. Sed de hoc iterum infra.



SUBSECTIO V.

COROLLARIA EX dictis notanda.

123. Constat primò ex dictis posse probabiliter defendi, stando rationi, Divam Virginem MARIAM de facto promeruisse condignè Maternitatem Dei; siquidem in hoc nulla est repugnantia rationis; & cedit in maiorem gloriam Deiparæ Domine. Nec enim obstat, quod in primo instanti reali suæ conceptionis habuerit de facto meritum superabundans respectu suæ primæ gratiæ habitualis, & gloriæ, ut proximè sect. 1. defensatum est: siquidem constat optimè, iuxta doctrinam satis probabilem Theologorum, inter quos annumeratur P. Vega supra laudatus, quod tunc simul habuerit plures actus virtutum, immò etiam plures actus charitatis terminatos ad plures perfectiones Dei, quibus actibus dignificatis à Maternitate divina hæc, & alia præmia possunt correspondere, attenda dignitate meritiva in actu primo.

124. Constat secundò eodem modo discutendum esse circa meritum Christi Domini respectu suæ unionis hypostaticæ, si ve gratiæ unionis, licet sit principium dignificativum sui meriti; siquidem eodem, aut potiori iure militat pro hoc merito probamenta meæ conclusionis; & subsistit argumentorum dissolutio. Si milique modo posset discutri circa meritum puri hominis respectu suæ primæ gratiæ sanctificantis, scilicet divinitus, in alia providentia, de qua in Concilij non fuit mentio, nec est in contrarium convincens ratio.

125. Constat tertio, posse satis probabiliter ex dictis defendi in qualibet materia, principium meriti posse divinitus cadere sub meritum; immò hoc non repugnare de facto, stando rationi, & causalitati morali, modo explicato. Unde oppositum assertum non est demonstratio palmaris, licet illi dederint manus,

Nq

&

& palmas validissimi Duces, primatijq; Doctores. Et quidem, ipsos adnotalie velle, alibi sæpe admiffisse, principium meriti posse cadere sub meritum congruum, cuius est principium; v.g. dum defenfant; antiquos Sanctos Patres potuisse promeri de congruo. Incarnationem Divinam, prout hic, & nunc peracta est, five circumstantias illius, cum tamen ex ipsa Incarnatione Divina ortu haberit omnis gratia collata illis ad merendum ipsam Incarnationem Divinam, prout hic, & nunc peracta fuit: causalitas enim moralis propria meriti congrui non excluditur à ratione causalitatis moralis simpliciter, & omnimodò, licet non attingat rationem causalitatis moralis propriam meriti congrui; siquidem utrumque meritum constituit species meritivas, in quas dividitur meritum ut sic.

126. Constat quartò; omnia argumenta facta contra meam conclusionem, immò etiam alia plura, militare adversus alios modos defendendi, principium meriti posse cadere sub meritum. Immò etiam maiori ex parte retorquenda fore contra adversarios; tum in exemplo proxime allegato, tum in alio simili circa gratiam collatam antiquis Sanctis Patribus ex meritis Christi Domini ad hoc, ut illi promeruerint saltem de congruo esse progenitores ipsius Christi Domini; siquidem in hoc exemplo admittenda est ab ipsis multa causalitas, quam mihi supra objecerunt; & sic de alijs.

127. Constat quintò; resolutionem præsentis quæstionis non habere ullam dependentiam ab alia, in qua posset investigari, an Maternitas Dei posset amitti à Diva Virgine MARIA per peccatum, non quidem expulsum, sed impeditivum illius, nè præligeretur à Deo defacto? Circa quod stando meis principijs supra stabilitis, facili negotio responderi posset, semel supposito decreto divino gratuito, five prædestinatione divina gratuita Divæ Virginis MARIAE in Matrem Dei, non posse habere proximam potentiam peccandi, cum inde evadat absolutè, & simpliciter impeditiva Maternitatem Divinam per peccatum adhuc impeditivum, si illud de-

cretum sit efficax, & infrustrabile, & ratione illius teneatur Deus titulo fidelitatis tribuere Divæ Virgini MARIAE Maternitatem Dei, quæ quidem inducit necessario impeccabilitatem absolutam ut suo in loco defenlatum est. Consultatur P. Rhodes tom. 2. disp. 3. de Incarn. quaest. 3. sect. 1. § 2. ubi pariformitèr discurreit in Christo Domino circa possibilitatem, aut impossibilitatem amittendi unionem hypostaticam per peccatum impeditivum illius, salva potentia remota peccandi, & assignata disparitate pro amissibilitate visionis beatæ à Beato, cuius perfectionem sanctificativam infinitè excedit Maternitas Dei inamissibilis, ut alibi sæpe dictum est.

SECTIO III.

*AN DIVA VIRGO
MARIA meruerit, aut
mereri potuerit Incarna-
tionem Verbi Divini
quoad substantiam,
vel quoad circum-
stantias?*

128. Theologi communiter hanc quæstionem institunt in tractatu de Incarnatione. Indiscriminatim tamen, & sub eodem titulo, eam exagitant de Diva Virgine MARIA, & de antiquis Sanctis Patribus, immò etiam eodem modo communiter discurreunt de merito Deiparæ Domine, ac de merito aliorum Sanctorum Patrum; immeritò namque, ut iam ostendam.

129. Plerique Theologi tenent, Deiparam Dominam, & antiquos Sanctos Patres, non promeruisse de facto, nec potuisse promereri de possibili, Incarnationem Verbi Divini quoad substantiam per meritum condignum, ut videre est

est apud P. Bernal. disp. 17. sect. 2. num. 38. Alij dissident circa meritum congruum talis præmij, quod admittunt de facto plures Thomistæ, & Jesuitæ cum Eximio Suarez, & Illustrissimo Godoi, fol. 497. reuocantibus alijs cum Acutissimo Vasquez disp. 22. cap. 4. quibus accedit M. Lumbier, num. 714. Denique dissidium est etiam circa meritum illud saltem congruum quoad circumstantias incarnationis, scilicet profapiam, tempus, & locum, de quibus consulendus, & videndus est pro plena citatione Sap. P. Leonardus de Peñafiel, tom. de Incar. disp. 7. sect. 4. & 5.

130. Sed antequam iudicium feram, & mentem meam aperiam, fas est præmittere, satis constare ex supra stabilitis à me; cum Maternitatem Dei esse formam relativam infinitam simpliciter, & constitutam essentialitèr per suum terminum, nempe Christum Deum hominem, qui quidem essentialitèr includit unionem hypostaticam, seu Incarnationem Verbi Divini: tum ipsam Maternitatem Divinam dignificare merita supernaturalia Divæ Virginis Matris, & hanc collocare in supremo ordine unionis hypostaticæ, ita ut inter ipsam, & reliquos Sanctos, sit infinitum discrimen, ut prædicat Sancti Patres Ecclesiæ, inter quos Sanctus Iohannes Damascenus proclamat sic orat. 1. de dormitione Virgin. *Matris Dei, & servorum Dei, infinitum est discrimen*: tum, aliud esse decretum gratuitum Dei ex motivo suæ infinitæ bonitatis, & aliud esse decretum remuneratorium ex motivo meriti condigni, ut scilicet ne antevertente ostensum est circa Maternitatem Dei; quod usque æquo pedecurrit circa Incarnationem Verbi Divini inclusam essentialitèr in tali Maternitate Dei: tum denique, dupliciter considerari eundem finem, five eundem terminum decretorum Dei, scilicet via intentionis, & via executionis; sicut communiter discurretur circa prædestinationem divinam ad gloriam ante merita absolutè prævisa via intentionis, & retributam propter merita via executionis, ut supra dictum est. His necesse prælibatis sit

SUBSECTIO I.

*RESOLVITUR QUÆ-
stio duplici conclu-
sione.*

131. Dicendum est primò: perperam proceditur communiter, dum æquo, unoque modo loquitur de merito antiquorum Sanctorum Patrum, ac de merito Deiparæ Domine, peccati præmij incarnationis Verbi Divini quoad substantiam, & circumstantias ipsius. Hoc assertum ipso in fine quæstionis insinuatum est à me, & constat ex proxime notamento facto numero præcedente. Unde arguo ad homines vigentissimè: nam vel ad veterij loquuntur de merito Divæ Virginis Matris dignificato à sola gratia habituali propria ipsius? Vel loquuntur de merito Divæ Virginis Matris dignificato, & valorificato à gratia maternali, seu dignitate Maternitatis Dei? Si primum? Ergo perperam, & in consequentèr procedunt; siquidem ipsi tenent, gratiam habitualement propriam Divæ Virginis Matris comparatam cum gratia habituali collata omnibus Sanctis Angelis, & hominibus, excedere hanc ferè infinito excessu: ac proinde ipse excessus communicatus merito Divæ Virginis Matris cõvincit, non esse æquandum tali merito aliud meritum inferius antiquorum Sanctorum Patrum, nec de utroque merito esse loquendum eodem modo, & sine distinctione. Si secundum? inferitur potiori iure ipsum inconueniens; siquidem gratia maternalis, five dignitas Maternitatis Divinæ dignificas, & valorifans tale meritum Divæ Virginis Matris excedit infinitè valorem, & dignitatem aliorum meritorum, quæ ciliuntur ab antiquis Sanctis Patribus oratis sola gratia habituali finita simpliciter: ut constat ex doctrina Sanctorum Patrum Ecclesiæ proxime allegatum, 130. ut ex pro-

felis defensata in superioribus.

132. Dicendum secundò: Diva Virgo Mater MARIA divinitus potuit mereri condigne Incarnationem Verbi Divini quoad substantiam, & circumstantias via executionis, per meritum condignificatum à Maternitate Dei. Huic asserto assensunt graves Theologi apud P. Suarez, disp. 10. sect. 7. §. *sed quæret*; & ex parte adfavet P. Vega pal. 28. cert. 11. num. 1709. ubi ait, horum gravium Doctorum sententiam non esse dignam aliquâ censurâ; quod ultra constabit ex modo probandi, & discurrendi iuxta mea principia proximè insinuata, & satis supra stabilita. Insuper P. Leonardus ibidem, sect. 3. num. 57. citat alios Authores pro omnino simili asserto procedente de facto.

133. Probatur hæc conclusio sic: nulla est repugnantia in eo, quod divinitus possit condigne mereri Incarnationem Verbi Divini à Diva Virgine Matre MARIA, tum quoad substantiam, quâ quoad circumstantias (per meritum condignificatum à Maternitate Dei) vi à executionis, quæ quidem supponit viam intentionis, & decretum absolutum gratuitum de incarnando Verbo Divino in tali Virgine Matre: ergo Diva Virgo MARIA divinitus potuit mereri condigne Incarnationem Verbi Divini quoad substantiam, & circumstantias vi à executionis, per meritum condignificatum à Maternitate Dei. Antecedens constat, tum solutione argumentorum, tum etiam eo, quod illud meritum possit premiari solo illo præmio Incarnationis Verbi Divini quoad substantiam, & circumstantias via executionis; ita ut tale præmium sit condignum, & æquale tali merito, siquidem Maternitas Dei dignificans, valoris illiusque tale meritum includit in se constitutivè essentialiter ipsum Verbum Divinum incarnatum, sive Christum Deum hominem, ut proximè adnotatum est num. 130. tum denique eo, quod ita discurrendo, fere sit eadem ratio de hoc, ac de merito condigno ipsius Maternitatis Dei, quam posse divinitus mereri à Diva Virgine MARIA per meritum dignificatum ab ipsa Maternitate Dei, proximè defensavi supra sectione antecedente.

134. Hinc fortassis placeret alicui defensare, adhuc de facto Divam Virginem Matrem MARIA M meritum condigne Incarnationem Verbi Divini quoad substantiam, & circumstantias via executionis, immò etiam via intentionis ex vi secundi decreti remuneratorii meritum condignificatum à Maternitate Dei: tum quia in re hac fuit sententia gravium Theologorum, quos citat P. Suarez, & quos ab omni censura liberat, P. Vega, ut nuper dicebam num. 132. tum etiam quia hoc cedit in maiorem gloriam Matris Dei, immò & maximam ipsius Dei incarnati, inclusive essentialiter in Maternitate Divina: tum denique quia stando rationi, non repugnat principium meriti cadere de facto sub meritum ut ea sectione immediatè antevertere dictum est. Ego tamen non audeo hoc assertum defensare, pro reverentia debitâ principijs theologice communiter receptis; & pro verò honore Matris Dei quæ mirimè indiget fictitio honore, ut alibicum Divo Bernardo conclamabam.

135. Dices: quid ergo dicendum est; accidisse de facto in hac providentia circa meritum Deiparæ Dominæ respectu Incarnationis Verbi Divini quoad substantiam, & circumstantias ipsius?

Respondet, quod si loquatur de tali merito in actu secundo, & quo ad efficaciam; æquè dubia est resolutio, quia cum in hoc sensu dependeat ab eo, quod de facto accidit circa oblationem ex parte Deiparæ Dominæ merentis; & circa acceptationem ex parte Dei præmiantis, ita ut nobis circa utramque nil certum constet quoad factum re ipsa; ut supra ponderavi; utique fatendum est, in hoc sensu divinatoriè tantum posse tradi resolutionem, saltim circa condignitatem illius meriti valoris illi à Maternitate Dei. Ast si loquatur de ipso in actu primo, & quoad sufficientiam; facili negotio resolvitur potest ex hæcenus dictis, talem, ac tantam esse, ut si de facto principium meriti cadat sub meritum, (iuxta dicta proximè sectione antecedente) sufficientem condignitatem habeat illud meritum respectu incarnationis quoad substantiam, & circumstantias, vi executionis, scilicet eo modo, quo de facto

per

peracta est; siquidem ex parte illius meriti datur in forma materiali divina valoris illi, secundum adæquatam constitutionem ipsius, totum id, quod datur ex parte Incarnationis vi executionis, & eo modo, quo de facto peracta est.

136. Si vero hoc durum videatur alicui, concedat saltem, esse debitam Incarnationem quoad substantiam, & circumstantias tali merito tanquam terminum actionis maternalis vi executionis; immò si tale meritum comparetur cum solis circumstantijs Incarnationis, quarum una est acceleratio, dicendum est meritum superabundans respectu talis accelerationis, ut debito modo theologisserit de dignitate infinita simpliciter Maternitatis Divinæ, & debitis excessus concedatur ipsius merito comparato cum minori merito antiquorum Sanctorum Patrum, ut supra ponderatum est.

SUBSECTIO II.

RESPONDETUR objectionibus.

137. **O**bjicis primò. Meritum supernaturale Divæ Virginis MARIE nequit esse æquale respectu Incarnationis Verbi Divini adhuc vi executionis: ergo nequit esse condignum respectu ipsius.

Respondet; distinguo antecedens; si consideretur ut valoris illi à dignitate infinita simpliciter Maternitatis Divinæ constitutæ essentialiter per filium Deum hominem; nego antecedens: si aliter consideretur; concedo antecedens. Cum autem mea conclusio procedat in illa consideratione, in ipsa neganda est consequentia; quæ nulla est ex dictis.

138. Objicis secundò. Mystereum Incarnationis Verbi Divini, sive Christus Dominus existens ut merens est principium respectu omnis meriti supernaturalis: ergo adhuc divinitus nequit

esse effectus respectu alicuius meriti supernaturalis dignificati à Maternitate Dei.

139. Respondeo; in primis argumentum non recte procedere ex antecedente in hac providentia ad consequentiam in alia providentia; licet enim in hac providentia absolute esset verum antecedens, nihilominus non repugnet, quod in alia providentia Deus absolute decrevisse dare gratiam, & existere merita supernaturalia omnino liberaliter, & non intuitu meritorum Christi Domini; aut quod Deus primo intenderet merita supernaturalia independentem à merito Christi Domini, illorum tamen executionem vellet propier meritum Christi Domini; ac proinde Christus Dominus ut merens esset principium omnis meriti supernaturalis quantum ad executionem, secus tamen quantum ad intentionem, sive viam intentionis.

140. Hinc informa ex hæcenus dictis, distinguo antecedens; est principium viam intentionis; & ex vi decreti primi gratuiti incarnandi ex motivo bonitatis divinæ; concedo antecedens; est principium viam executionis, & ex vi decreti secundi remuneratorii possibilis ex motivo meriti condignificati à Maternitate Divina; nego antecedens, & consequentiam. Unde optime observat P. Rhodes hic; Deiparam Dominam non esse causam, nec principium existentie Christi Domini in primo signo, sed tantum existentie Christi Domini in secundo signo, ita ut in primo prævideatur Christus existens, & merens ex vi primi decreti, & primæ actionis provenientes à solo Deo, aut in secundo signo prævideatur existens, & merens ex vi secundi decreti, & secundæ actionis provenientes à Deo simul ac à Deipara Dominam.

141. Licet autem esset prædestinatum viam intentionis mysterium Incarnationis ex vi primi decreti gratuiti independentem à merito condigno Deiparæ Dominæ, statoprime existere viam executionis dependentem à tali merito ex vi secundi decreti remuneratorii saltem possibilis; siquidem ipsi adversarij fatentur; mysterium Incarnationis fuisse absolute; & efficaciter prædestinatum viam

Oo

intentionem.

intentionis independenter à consensu Divæ Virginis MARIE, ita vt via executionis factam fuerit dependenter ab illo, scilicet per consensum ipsius Divæ Virginis MARIE, vt videre est apud laudatum P. Leonardum ibidem num. 79. immò argui potest ad homines contra plures adversarios admittentes meritum condignum possibile respectu Maternitatis Divinæ, illud que negantes respectu Incarnationis Divinæ viâ executionis: siquidem metaphisice impossibile est dari Maternitatem Divinam, quin detur Incarnatio Divina; ita vt illa constituatur essentialiter per hanc, vt potequæ est constitutum in adaquatum illius, vt suo in loco ostensum est.

142. *Objic. tertio per instantiam.* Principium meriti debet semper dari ad hoc vt sit meritum: ergo nequit dari propter meritum. *Urgetur:* Christus Dominus vt merens, patiens, & moriens continet in se mysterium Incarnationis vt executioni mandatum: atqui Christus Dominus vt merens, patiens, & moriens est prior merito Deiparæ Dominæ: ergo Christus Dominus vt executioni mandatus est prior tali merito, & principium ipsius; ac proinde adhuc in ordine, & via executionis nequit esse effectus meritis posterior tali merito Deiparæ Dominæ.

143. *Respondeo;* argumentum propositum fieri sæpe à D. Augustino de prædestinatione Sanctorum scribente, vt probet, nos non fuisse electos ad gloriam propter merita nostra futura, iuxta illud Apostoli, *elegit nos in ipso, vt essemus sancti:* proindeque rectorquetur contra adversarios in exemplo prædestinationis ad gloriam, & in merito adhuc congruo antiquorum Sanctorum Patrum respectu Incarnationis. Vnde in forma distinguo antecedens argumenti sic; principium meriti debet semper dari ad hoc vt sit meritum, viâ intentionis concedo antecedens; viâ executionis; nego antecedens, & consequentiam in eodem sensu ex dictis: solutio autem hæc potius confirmatur, quam infirmatur à D. Augustino, siquidem intelligendus est taliter, vt nos via intentionis electi simus sine nostris meritis ad gloriam; licet nobis, viâ executionis, detur gloria propter merita

nostra, vt plausibilior Theologia tenet.

144. *Ad urgentiam distinguo maiorem;* continet in se mysterium Incarnationis vt executioni mandatum, & vi primi decreti gratuiti, siue primæ volitionis liberalis, quam Deus habuit respectu ipsius mysterij Incarnationis; concedo maiorem: ex vi secundi decreti remuneratorii saltim impossibilis; nego maiorem: nam idem terminus se habent vt executio respectu vnius, potest esse intentio respectu alterius, vt constat in sub ordinatis, & in mediis, ac sine, qualis est Christus Dominus respectu illius meriti. Vnde sub eisdem terminis distinguenda est minor, & ex ipsa recte explicata nil inferitur aduersum meam conclusionem.

145. *Objic. quarto. id, quod est causa causa; est causa causati à causa:* Ergo si meritum Deiparæ Dominæ esset causa Incarnationis, esset vtique causa sui ipsius; siquidem incarnatio est etiam causa talis meriti Deiparæ Dominæ.

Respondeo; antecedens negari absolute à P. Leonardo loco citato num. 89. sed ne quis existimet absolute non posse negari axioma illud commutè receptum; distinguo antecedens sic; in causis, & causalitatibus, purè physicis; transeat in causis, & causalitatibus, purè moralibus; nego. Solutio patet exemplo proximè insinuatò medijs, & finis; nam finis est causa medijs, & medijs sunt causa finis; & tamen nec finis est causa sui ipsius, nec medijs sunt causa sui ipsorum; hæc autem sunt causæ, & causalitates purè morales, quales etiam sunt causæ meritorias, vnde consequentia nulla est.

146. *Objic. 5. Si mea conclusio subsisteret de merito condigno Deiparæ Dominæ respectu incarnationis saltim possibili, sequeretur simile meritum possibile admittendum in Sancto Iosepho, Sancto Joachimo, & Sancta Anna, aliisque progenitoribus, Deiparæ Dominæ, & Christi Domini: atqui hoc repugnat ergo & illud.*

147. *Respondeo,* nego sequelam maiorem, nam in illis Sanctis non est dignitas infinita simpliciter, qualis est dignitas Maternitatis Dei valoris illius meritum

Dei

Deiparæ Dominæ, ipsam constituens, seu collocans intrinsecè realiter in ordine supremo vnionis hypostaticæ, cuius est causa propria immediata physica Deiparæ Dominæ, sicut & Christi Domini sui filij: hoc autem non invenitur in Sancto Iosepho, vt potè qui est solum pater legalis respectu Christi Domini, & solum legaliter, ac putative potest dici à P. Suarez, & alijs, collocatus in ordine vnionis hypostaticæ, in quam nullum influxum physicum realem habuit, vt de fide constat: nec reperitur in S. Ioa-chimo, & S. Anna, cum sint causæ physicae propriæ respectu solius personæ Divæ Virginis MARIE, quam non constituit essentialiter ea dignitas Maternitatis Divinæ; vt suo in loco ostensum est; & sint causæ physice improprie, vt pote mediaræ, ac remota respectu Christi Domini: nec demum relucet in reliquis progenitoribus, vt pote causis physicis remotioribus. Alioquin omnibus illis essent concedendæ gratiæ, ac prerogativæ, quæ soli Deiparæ Dominæ conceduntur ratione Maternitatis Dei, qualis est immunitas à peccato originali & personali adhuc veniali, vt alibi ponderatum est.

148. *Alia argumenta omitto,* quia ea satis proposita, ac soluta manent sectione immediate antecedente sæpe citata; quæ cum hac habet maximam coniunctionem; & ne facti diuini pariat repetitio, abstinco ab illis repetendis. Vide dicta num. 12.

149. *Rogabis ad calcem,* quid dicendum sit de merito antiquorum Sanctorum Patrum respectu Incarnationis quoad substantiam, & circumstantias; saltim de facto?

150. *Respondeo;* hoc punctum non esse mei instituti, & satis vulgare esse intra tractatu de Incarnatione, pro quo satis est conuulere laudatum P. Leonardum loco citato. Noto tamen 1. testimonia Sacræ Scripturæ allegata ad probandum meritum de congruo in antiquis sanctis patribus respectu Incarnationis non esse ad rem, siquidem solum continent eorum desiderium, aut petitionem respectu Incarnationis, & ad vultus Domini; vt patet ex illo Isaiæ 64. *utinam dirumperes calos; & descende-*

res; & illo Davidis Psalm. 84. *ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis;* & alijs similibus. Noto 2. meritum supernaturale antiquorum Sanctorum Patrum de facto ita esse totum occupatum in promerendo augmento gratiæ, & gloriæ tanquam præmio sibi debito, & proportionata æqualitate mathematica; vt, etiam si habeat proportionem respectu Incarnationis in ratione entis supernaturalis, illam proportionem non arguat in ratione præmij; proindeque potius dicenda erit dispositio qualis qualis pro tanto mysterio executioni mandando. Noto 3. adhuc in antiquis Sanctis Patribus loquendum esse cum aliqua distinctione circa maiorem, aut maiorem congruitatem meritivam; si ea admittatur; siquidem congruitas meritorum debet correspondere maiori; aut minori dignitati personæ merentis, & magis, aut minus Sanctæ; proindeque aliquis excessus comparativus in sua linea meritivæ de congruo concedendus esset S. Iosepho; S. Ioa-mo; S. Annæ, respectivè ad alios antiquos Sanctos Patres, & ad executionem mysterij Incarnationis.

SECTIO IV.

*QUÆ NAM ALIA
specialia dona pro meruerit,
aut mereri potuerit
sibi ipsi; Deipara
Dominæ?*

151. **N**on est animus recensere, nec questionem instituere de omnibus specialibus donis, ac charismatibus promeritis sibi ipsi à Deiparæ Dominæ; prius enim cum Poeta numerarem arenas; & aristas, quam innumeras eius prerogativas prælibarem. De illis ergo tantum agendum est; de quibus aliqua specialis difficultas occurrit: proindeque non est sermo de gloria sui corporis sibi promerita

ita

rita sua Passione, ad instar sui Filij divini, de quo supra; nec de adorationis hyperdulæ singulari dignitate, de qua infra suo in loco, & sic de alijs, in quibus specialis difficultas non est, si hætenus stabilita principia præ oculis habeantur

SVBSECTIO I.

DE MERITO SVÆ EXISTENTIÆ.

152. **D**ubitari potest; utrum Deipara Domina poterit mereri de condigno suam existentiam? De hoc dubio nil apud Authores invenio, potest tamen facili negotio resolvi affirmativè ex proximè stabilitis sect. 2. ubi egi de merito condigno Maternitatis Divinæ; ibi enim explicui duplex decretum Dei, & duplicem viam, scilicet intentionis, & executionis, quibus firmatur pariter hoc assertum. Rursusque ibidem subsect. 4. à num. 116. explicui, non repugnare reproductionem morale rei a se ipsa. Denique huic asserto minime dissentientur Theologi omnes, qui pariter discurrunt in Christo Domino, & circa primam unionem hypostaticam ipsius: licet notatum velim in aliquibus Neotericis re verà non procedere in hoc puncto quæstionis, siquidem eam instituunt de merito Christi Domini prior ad primam unionem hypostaticam cum tamen negandum sit suppositum, nempe dari Christum Dominum priori ad primam unionem hypostaticam, quando quidem per hanc constituitur formalissimè Christus Dominus ut talis, sive Deus homo inesse talis.

153. Invenio nihilominus singulare aliud dubium circa existentiam Deiparæ Dominae apud P. Vegam palæst. 28. cert. 9. num. 1703. & P. Salazar tom. 2. in Cantica, pag. 141. §. in hac interpretatione; iterumque tom. de Conceptu à cap. 20. Vtrum scilicet antiqui Sancti Patres meruerint, aut mereri potuerint existentiam Deiparæ Dominae quoad substantiam, & circumstantias? Huic dubio

quisque responderet iuxta suâ principia, & resolutionem traditam circa Mysterij Incarnationis existentiam quoad substantiam, & circumstantias: proindeque pariformitèr discurrendum est hic iuxta proximè dicta, & adnotata à me proximè num. 150. maximè si gratia colata antiquis Sanctis Patribus ad tale meritum fuerit etiam ex meritis ipsius Deiparæ Dominae, de quo agam sectione sequente.

SVBSECTIO II.

DE MERITO INCORRUPTIONIS SUI CORPORIS.

154. **B**revitèr insinuatam invenio apud Patrem Ripaldam tom. 2. disp. 79. num. 102. & Patrem Vegam part. 2. palæst. 28. cert. 12. num. 1711. affirmativum assertum, scilicet Deiparam Dominam promeruisse incorruptionem sui corporis cadaverici. Assentior, quia licet huiusmodi incorruptio fuerit aliud debita titulo condècentiæ Deiparæ Dominae ratione Maternitatis Divinæ, fas est quod ipsam habuerit per meritum, & titulo iustitiæ, cum hoc sit quid nobilius, ac gloriosius, ut supra cum D. Thoma ostensum est initio huius tractatus 4. sect. 1. & aliud non repugnet auctoritati, nec rationi, immò potius ipsis congruè, & consonum sit.

155. Addo tamen, quod si consideretur unum meritum Deiparæ Dominae occupatum in promerendo eam incorruptionem sui corporis cadaverici, non solum erit meritum condignum, sed etiã superabundans respectu talis premij, cum meritum illud sit infinitæ stimabilitatis à dignificatione Maternitatis Divinæ; secus verò præmium illud incorruptionis sui corporis cadaverici. Re-colantur dicta eâ sect. 1. tum pro roborando hoc asserto; tum pro solvendis argumentis adversis, quorum non nihil in subse-
ne sequente.

SVB-

SVBSECTIO III.

DE MERITO AN- TICIPATÆ RESURREC- TIONIS SUI COR- PORIS.

156. **N**on nihil invenio de hoc dubio apud PP. Ripaldam, & Vegam, locis aupperrimè citatis. Supponitur autem ut certum, Deiparam Dominam de facto resurrexisse, & celos ascendisse, facta re vnione animæ, & corporis gloriosi. Licet in hoc puncto discedant à communi consensu Sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ P. Costerus, & alij nonnulli citati ab ipso P. Vega ea part. 2. palæst. 35. cert. 5. qui tenent eam resurrectionem corporis Mariani non fuisse factam in sepulchro, sed in Cælo, in quod confingunt fuisse evectum ab Angelis corpus cadavericum, ibi que confectam resurrectionem: quis tamen non videat, hoc esse confictum pro libito? Proindeque ipse Vega stat pro communi traditione Ecclesiæ, prope finem numeri 1888. Et quidem cum in sepulchro, seu monumento facta fuerit Resurrectio Christi Domini, & aliorum Sanctorum, de quibus est sermo apud S. Mathæum cap. 27. v. 52. immò etiã faciendâ sit regularitèr in communi hominum Anastasi resurrectio iustorum, ac reproborum in sepulchris, non est vlla ratio pro illo figmento; quidquid sit de apparentibus congruentijs.

157. Assentior igitur merito superabundanti Deiparæ Dominae respectu suæ anticipatæ resurrectionis; & probò hoc assertum eodem modo, ac simile aliud immediatum; instaurando scilicet ea, quæ proximè dixi num. 154. & 155. siquidem eadem ratio militat pro utroque immò etiam fere eadem argumenta adversantur utrique, ut iam expendo:

158. Dices primò, Nulla extat auc-

toritas ad favens utrique præcedenti asserto theologico; ergo neutrum iustificatum est.

Respondeo, nego antecedens, nam utrique asserto æque adfavet communis auctoritas Sanctorum Patrum, & Theologorum docentium vno ore, accorde, concedendum esse de facto Deiparæ Dominae omne id, quod nobis lius, & perfectius est, dummodò manifestè non repugnet rationi, nec auctoritati, quibus sanè non repugnat utrumque meum assertum, ut patet ex eo, quod nulla ratio vrgens, nec auctoritas expressa assignetur ab adversariis: immò potius positivè mihi adfavet auctoritas duorum Authorum, qui de hoc puncto egerunt, nempe PP. Ripalda, & Vega, quos illustrat Illustrissimus Salazar locis supra citatis: acceditque testimonium sacrae pagine psalm. 131. vbi dicitur: *Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificatio-
nistua*: quæ verba ab aliquibus interpretibus accipiuntur de incorruptione, & anticipatâ resurrectione; tam Christi Domini, quam Deiparæ Dominae intellectæ sub typo arcæ, iuxta illud Ecclesiæ, *ventris sub arca clausus est*; cuius symboli extitit arca fædæti ex ligno Setim incorruptibili, ut adnotant sacrae pagine Corinthei eam exponentes pro te nostra.

159. Dices secundo, Novus, & specialis favor Dei fuit concedere de facto illa dona Deiparæ Dominae: ergo ea non competunt ex merito condigno Deiparæ Dominae, nec conveniunt ex condignitate, sed solum ex congruitate.

Respondeo, nego antecedens, quia licet ea dona aliudè possent à Deo tribui titulo congruitatis, & condècentiæ debito dignitati Maternitatis Dei, ni quo intercessisset aliquis favor; de facto tamen retributa sunt titulo iustitiæ ex merito condigno, cum hoc sit quid nobilius, & non repugnans, ut constat ex dictis circa meritum condignum aliorum donorum supernaturalium eâ sec. 1. Immò ex eo, quod intercederet novus favor Dei; non convincitur, deficere eodignitatem ad illa dona; sicut in plausibili sententia P. Ripaldæ, & aliorum Theologorum intercedit novus favor Dei ad remissionem peccati, & remittentia-

Pp

tio-

tionem gloriæ, adhuc posita gratia habituali in homine, & nihilominus datur simul condignitas in ipsa gratia ad illa dona, ut ipsi defensant.


160. Dices tertio. Deipara Domina noverat, esse decretum efficax divinum circa non anticipatam resurrectionem mortuorum ante communem Anastasim, & diem iudicij: rursus sciebat corruptionem corporum esse pœnam peccati originalis, quod ipsa minime contraxerat: ergo nequibat mereri, nec petere à Deo suam anticipatam resurrectionem tertia die post suum transitum felicissimum, ne operaretur contra decretum efficax Dei sibi notum; nec incorruptionem sui corporis contra notitiam suæ immunitatis ab originali peccato.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam, vel potius suppositum ipsius; nam licet hoc totum novisset, noverat etiam illud decretum divinum non esse ita generale, ac indispensabile divinitus, ut impedisset anticipatam resurrectionem Christi Domini, quocum etiam anticipate plura alia corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis in Ierusalem. Rursus, sciebat quidem, corruptionem corporis esse pœnam peccati originalis simulque mortem corporis, iuxta illud, *morte morieris*; ast cum hoc non obstarit in Christo Domino, ut mortem corporis acceptaret, & corruptionem corporis respiceret, voluit utique cum suo Filio Divino conformari in utroque, non obstante immunitate à peccato originali: proindeque potest de vtriusque facto corpore decantari illud Davidis Psalm. 15. *non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

161. Alia argumenta possent instaurari hic ex dictis ea sect. 1. sed cum ibi soluta maneant, sat est, ea recolere. Sed tamen pro hæcenus dictis, & infra dicendis, instauro notamentum supra factum num 123. & addo, quod licet totum meritum Deiparæ Domine supponeretur occupatum de facto in promerendo augmento gratiæ, & gloriæ, secundum eam dignificationem, quam habet à gratia habituali; ast secundum aliam dignificationem, quam ipsum meritum

Marianum accipit à dignitate infinita simpliciter Maternitatis Dei, potest extendi ad promerendum plura alia sibi, & immo etiam omne præmium possibile, non quidem possibile absolute in se, sed possibile respectivo ad tale meritum dignificatum à Maternitate Divina infinita simpliciter, quæ tamen non constituit essentialiter personam Divæ Virginis MARIÆ, ut supra ostensum est.

162. Qui autem plura voluerit videre de puncto leviter tacto à me initio huius subsecutionis, num. 156. præter P. Vegam ibi citatum, deat Eximium Suarez tomo 2. in 3. p. disp. 21. sect. 2. & Episcopum de la Cerda, Academia 29. num. 69. addat tamen, assumptionem gloriosam Deiparæ Domine ab Ecclesia, & ab Angelis etiam compellari ascensionem activam vi dotis gloriosæ agilitatis iuxta illud; *quæ est ista, quæ ascendit de deserto, de litijs affluens, in nixa super dilectum suum?* Cui consonat aliud; *quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatis?* Quæ omnia, & alia similia ex Sacra pagina accipiuntur ab Ecclesia pro solemnitate Marianæ assumptionis; licet honoris causa depingatur, & decantetur assumpta ab Angelis in cœlum. Circa meritum autem Marianum respectu illius dotis, & aliarum corporis gloriosæ, non est dubium, si semel admiratur promerita gloria corporis Mariani: licet Cardinalis de Lugo tomo de Incarn. disp. 27. sect. 2. sentiat, in alijs puris hominibus Beatis eas dotes gloriosas non esse præmium, sed donum liberalitatis Dei.



SEC-

SECTIO V.

QVÆNAM DONA
promeruerit Deipara Do-
mina Angelis, & ho-
minibus?

163. PRæ oculis habito notameto proxime facto num. 161. fas est procedere ad inquirendum de merito dignificato à Maternitate Divina, an extendatur, & quo modo, ad promerenda Angelis, & hominibus dona ad huc supernaturalia; & quæ nam illa sint? Hac in re singulariter laudandus est bene meritus de Deipara Domina P. Christophorus de Vega, qui eam fuse, ac erudite pertractat part 2. palæst. 29. per totam, vbi cert. 3. defensat, Deiparam Dominam promeruisse de congruo Angelis, & hominibus totum id, quod ipsis promeruit Christus Dominus de condigno: & pro hoc placito allegat communem consensum Sanctorum Patrum, & Doctorum, inter quos expressè annumerantur infra allegandi, & PP. Ripalda tomo 2. disp. 96. Salazar tomo de Concept. cap. 15.

SUBSECTIO I.

SENTENTIA PROPRIA STATUITUR.

164. PLacet conclusio tenens: Deiparam Dominam promeruisse de condigno Angelis, & hominibus per meritum dignificatum à Maternitate Divina executionem, & actualem elargitionem omnium eorum donorum, quæ ipsis promeruit Christus Dominus de condigno. Hanc existimo esse mentem Sanctorum Patrum, & Doc-

torum, qui in hoc puncto allegantur, ut iam contabit.

165. Probatur primò autoritate univèrsa, & univèrsum Sanctorum Patrum, quorum plures allegat laudatus P. Vega ibidem, cert. 4. vbi ex eorum conformi consensu constat, quod sicut Christus Dominus est caput Angelorum, & hominum, quibus ut talè promeretur de condigno omnia dona; ita etiam Deipara Domina est collum illius capitis ad actualem executionem, elargitionemque omnium donorum de facto: sufficiat pro omnibus alijs Sæctis Patribus audire S. Bernardum loquentem sic serm. de Assumpt. *Ad restorationem humani generis sufficere poterat solus Iesus, sicut omnis sufficientia ex ipso est; sed bonum non erat nobis, hominem esse solum; congruè magis servat, ut adesset nostræ reparationi sexus uterque, quorum corruptioni neuter desisset.* Clariùs que ad rem, serm. de Nativ. B. Virg. sic: *Totis medullis cordium, totis precordiorum affectibus, & votis omnibus, MARIAM hanc veneremur; quia hæc est voluntas Domini, qui totum nos habere voluit per MARIAM.* Vnde ad illa verba *feminea circumdabit virum;* Jerem. 31. rectè adaptatur comparatio circuli; nam sicut nil diffunditur ex centro ad peripheriam, quin transeat per circulum immediatum centro, ita pariliter nil boni diffunditur, ac derivatur ex Deo homine ad Angelos, & homines, creaturas utique rationales, quin transeat per circulum immediatum Deiparæ Domine MARIÆ, quæ Regina Angelorum, hominumque est; & mediatrix, corredeptrixque à Sanctis Patribus indigitatur.

166. Probatur secundò, & roboratur: nam, iuxta communem consensum Sanctorum Patrum, & Doctorum, ut supra ostensum est tract. 3. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. & tract. 4. disp. 1. sect. 1. nu. 9. Deiparæ Domine concedendum est de facto totum id excellentiæ, ac dignitatis, quod manifestè non reptignat rationi, nec autoritati; proindeque Doctorum lumen S. Augustinus serm. de Assumpt. ait: *Vbi Scriptura Divina nil de Virgine Matre Dei commemorat; inquirendum est, quid conveniat rationi, fiatque ipsa ratio autoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas:* atqui Deiparam Dominam promeruisse

quissè de congetio Angelis, & hominibus, per meritum dignitatum à Maternitate Divina executionem, & actualem elargitionem omnium donorum, quæ ipsi promeruit Christus Dominus de condigno, est liquid excellentiæ, ac dignitatis, & manifestè non repugnat rationi, nec authoritati, sed potius consonum, consentaneum que est vtrique: ergo hoc concedendum est de facto Deiparæ Dominæ. Minor constat, quia sic nõ fit vlla iniuria meritis Christi Domini capitis Angelorum, & hominum; sed potius crescit eius gloria, iuxta illud Proverb. 17. *Gloria filiorum Patres eorum;* & accrescit etiam in rationalibus creaturis maior obligatio erga Deiparam Dominam, quæ est mater omnium eorum, qui sunt membra spiritalia sui capitis mystici Christi Domini, ut suo in loco demonstratum est.

197. Dices: maiorem gloriam Deiparæ Dominæ fore, promeruisse adhuc intercessionem omnium eorum donorum de condigno, siquidem ad omnia illa potest extendi condignitas meriti Mariæ ex dignitate Maternitatis Divinæ infinita simpliciter. Respondeo, me non denegare huiusmodi condignitatem illius meriti in actu primo; sed cum præsens quæstio procedat circa factum in hac providentia, & in actu secundo, sat est ad executionem, & actualem elargitionem eorum bonorum extendere tale meritum condignum, aut etiam superabundans, ad quam illud extendere constat doctrinam, & mentem Sanctorum Patrum, qui loquuntur circa factum rei, & acceptionem Dei, ut videre est in illis Divi Bernardi verbis: *quia hæc est voluntas Domini, qui totum nos habere voluit per MARIAM.* Maximè cum sic consulatur dignitati meritorum Christi Domini capitis Angelorum, & hominum; nõ omnimoda æqualitas in vtriusque meritis admittatur.

168. Si autem roges, quænam sint illa dona in particulari? Respondeo, supervacaneum esse longam eorum seriem retexere, cum cuilibet facillimè occurrant, eamque videre quisque valeat apud laudatum P. Vegam ibi, & apud Sanctos Patres passim, inter quos Sanctus

Cyrillus Alexandrinus homilia cõtra Nestorium eloquitur sic: *sit etiam tibi sancta Dei Mater laus ipse te Trinitas sanctificatur per te Crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum; per te exultat Cælum; latantur Angeli, & Arcangeli, fugantur demones, & homo ipse ad cælum revocatur; per te omnis creatura idolorum errore detenta conversa est ad agnitionem veritatis, & infideles homines ad sanctum Baptisma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclesiæ; te adiutrice gentes veniunt ad penitentiam; quid plura? Per te Unigenitus Dei Filius, vera illa lux, effulsit sedentibus in tenebris, & umbra mortis; per te Propheta prenuntiarunt; per te Apostoli salutem gentibus prædicarunt. Quisnam poterit tuam laudem præconia explicare, MARIA Mater, & Virgo? Gradum igitur facio ad ea, quæ maiorem in nobis affectum erga Deiparam Dominam accendent.*

SVBSECTIO II.

*SENSVS AD REM
aperitur circa propositionem hanc: Impossibile est, Deiparæ
Dominæ cultorem damnari.*

169. Celebrem litem, iucundam que quæstionem apud laudatum P. Vegam ibidem, à nu. 173. invenio, circa sententiam, in quo vera sit præfixa propositio, quæ communiter circumfertur, & quæ animos humanos excitat singulariter ad cultum, devotionemque Deiparæ Dominæ; licet autem talem propositionem esse absolutè veram defenserit ipse Vega ibi; existimo cum P. Mendoza lib. 2. de floribus sacris, problem. 9. num. 53. sententiam verum prædictæ propositionis esse: impossibile censei debet, ferventem verum prædictæ propositionis

nis esse: impossibile censei debet, ferventem, ac verum cultorem Deiparæ Dominæ damnari de facto, quatenus ipsa promerita est illi executionem, & actualem elargitionem auxiliorum efficacium, & gratiæ finalis, ut salveretur.

170. In hoc sensu loqui videntur Sancti Patres, quorum nonnulla testimonia transcribo: accipe Sanctum Bernardum serm. super *Misus est*, ubi Deiparam Dominam alloquitur sic: *sicut à te despectus, & aversus necesse est, quod pereat; sic ad te reversus, & à te spectus, impossibile est, quod pereat.* Accedit audiendus S. Anselmus apud ipsam Mendozam sic: *qui ad MARIAM accesserit, impossibile est, ut pereat.* Consonat S. Augustinus apud laudatum Vegam sic: *Pande sinus roseos Virgo perpetua; fides tua mundo aut aperit cælum, aut claudit:* ubi notare libet *lysinus roseos*, quali per rosas Mariæ Rolarij cælum nobis pandatur. Omitto alias auctoritates, nonnullasque revelationes relativas ab eodem P. Vega ibidem; consulatur ipse pro pleniori noticia.

171. Dices, propositiohem prædictam repugnare, tam quoad modum loquendi, quam quoad rem significatam; siquidem ea impossibilitas damnationis redderet hominem indamnabilem, & inferret necessitatem salvationis cum læsione libertatis humanæ: ergo.

Respondeo, nego antecedens, quoad utramque partem in sensu à me explicato, tum quia eo modo loquendi videntur Sancti Patres proximè allegati, immò etiam Sacra Scriptura pariter loquitur, dum Luc. 17. ait: *impossibile est, ut non veniant scandala, & Mat. 10. asserit, impossibile est, divitè intrare in regnū cælorum;* licet hoc æquè pendeat ab actibus liberis humanis: tum etiam quia sicut in his sacre pagine testimonijs impossibilitas quoad rem significatam conciliatur cum libertate humana, & non reddit divitem insalvabilem, si in sensu debite accipiat, ita patiter in præsentis casu discutere licet, & in eodem sensu loqui. Cum enim totum hoc reducatur in collationem, aut denegationem auxiliorum efficacium pro perseverantia finali, & talia auxilia non lædant libertatem humanam, possintque impetrari à Deiparâ Dominâ ad hoc, ut quis recipiat, per se-

veretque finaliter, ac salvetur in salubriter, illa saluberrate, optime componitur tota veritas illius propositionis in hoc sensu.

SVBSECTIO III.

SENSVS EXPONITUR, in quo possit verificari, Deiparam Dominam eripere ab inferno suum cultorem, adhuc si damnatus supponetur.

172. Hac dere eruditè agit laudatus P. Mendoza eodem lib. 2. de floribus sacris, problemate 5. per totum: ubi recensitis tribus locis communiter assignatis; quibus aliqui Theologi impetradunt quartum locum infernum proponiendo hominem decedentem cum peccato originali simul ac alio veniali personali; ut videre est apud P. Mendo in statera opositionum disert. 4. q. 2. duce Cardinali Bellarmino, tomo 1. lib. 2. de purgato. transitum facit ad punctum præsens, in quo loquitur de solo inferno damnatorum, supponitque huius peenam esse æternam de lege ordinariâ Dei, iuxta quam verificatur illud, *in inferno nulla est redemptio:* ac demum expendit triplicem sensum, in quo possit verificari de lege extraordinariâ Dei, & impetratione Deiparæ Dominæ, aliquem hominem damnatum eripi ab inferno.

173. Certum est hoc sæpe contigisse per præservationem; tum quando homo vivens per collationem auxiliorum efficacium recipit, & in meliorem frugem se recipit, ut supra ostensum est; tum quando homo mortuus, resurgens, & penitentiam agens, salvatur, de quo plura exempla inveniuntur in specul. d. 3. cap. 26. Dubium tamen difficile est

in presenti post lapsum hominis in infernum damnatorum.

174. Circa hoc igitur punctum perdifficile extra dubitationis aleam ut omnino certum debet supponi, quod si semel lata sit à Deo sententia finalis alicui damnato, nequit utique ea revocari; potest autem contingere, quod aliquis nondum finaliter damnatus collocetur in inferno damnatorum, & de hoc homine, qui supponitur ita aequaliter damnatus, inquirimus, an possit precibus, ac patrocinio Deiparæ Dominæ eripi ab inferno damnatorum? In hoc sensu affirmativum assertum teneo cum Eminentissimo Bellarmino, & Eximio Suarez, quos citat, & sequitur laudatus P. Mendoza sub finem illius problematis 5.

175. Ratio est, quia iuxta firmum iudicium Sanctorum Patrum, & Doctorum, concedendum est Deiparæ Dominæ totum id excellentiæ, quod concessum est alicui alteri Sancto, aut servo Dei, eiusque precibus assecutum est; ut expressè docet S. Bernardus Epist. 174. per hæc verba: *quod vel paucis mortalium confatur fuisse collatum, non est fas suspicari, tãta Virgini Matri Dei fuisse negatum*: atqui constat, de facto fuisse concessum, & collatum alicui Alteri Sancto, aut servo Dei, eiusque precibus assecutum, quod homo non dum finaliter damnatus, sed aequaliter damnatus, & collocatus in inferno damnatorum, redeat ad hanc vitam, & eripatur ab ipso inferno damnatorum, ut recipiat, & in meliorem frugem se recipiat: ergo hoc non est denegandum, sed concedendum Deiparæ Dominæ, eiusque precibus, ac patrocinio. Minor constat ex varijs historijs Ecclesiasticis, quas ibidem allegat ipse Mendoza, inter quas extat solemnior illa Imperatoris Traiani erepti ex inferno damnatorum precibus S. Gregorij Magni, hanc enim admittunt plures Auctores cum Angelico Doctore in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 2. a q. 5.


176. Huic doctrinæ consonat Sap. Idiota allegatus à Silveira in cap. 1. S. Lucæ, ubi ait: *Dedit tibi, Virgo Mater MARIÆ tota Trinitas nomen, ut in nomine tuo omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum*. Deinde illustratur

illustri testimonio S. Petri Damiani scilicet 1. de Nativit. B. V. sic alloquentis: *data est tibi omnis potestas; & nihil tibi impossibile est, desperatos in spem salutis relevare: accedis ad illud aureum reconciliationis humana altare, non solum rogans, sed etiam imperans, domina, non ancilla*. Denique consulatur de hoc P. Antonius de Victa tomo 1, concionum Sacratissimi Rosarij, ferm. 6. §. 5. folio 181. & sequentibus, ubi ea quæ asolet subtilitate, & ingenij acumine, rem elucidat.

DISPUTATIO II.

DE MERITO IN COMMUNI NON NULLA NECESSARIA PRO MERITIS DIGNIFICATIS À MATERNITATE DEI.

1. Meritum dicitur ex eo, quod sit medium ad finem præmij consequendum: ad finem autem notitiæ sufficientis pro cognoscendo merito Deiparæ Dominæ in particulari, necessum est attingere aliquam saltem circa essentialiam meriti in communi, & proprietates meriti supernaturalis apud Deum. Et quidem fateor, integrum tractatum de Merito omnibus numeris absolutum, ac elaboratum à me, in præsentiarum ommittere, ne ad alia non omnino necessaria pro meo instituto divertere videar: breviter igitur, & levi calamo, omnino necessaria attingam.



SEC.

SECTIO I.

DEFINITIO MERITI IN COMMUNI EXPENDITUR.

2. Cum meritum Deiparæ Dominæ debeat contineri sub definitione essentiali communi omni merito, quaeritur, quænam sit vera definitio Meriti ut sic? Nec animus est terere tempus in referendis ac refellendis pluribus definitionibus traditis à Doctoribus, cum sufficiat propriam definitionem à me defensatam proponere.


SUBSECTIO I.

PROPONITUR DEFINITIO MERITI UT SIC.

3. Extra chorum scholasticum sonat seu dissonat, Cardinalis nosces Sforzia 1. 2. disp. 1. art. 1. num 1. ubi contendit, definitionem non semper debere esse clariorem definito; hoc enim est contrarium firmæ regulæ definitio-num, immò eorum essentiali, cum definitio debeat explicare essentialiam definiti. Deinde extra rem procedit P. Rhodes quæst. 1. de Merito, sec. 2. ubi ait, *meritum optime definitur, opus propter quod debetur homini à Deo alicuius præmij retributio*: quis enim non videat huiusmodi definitionem non comprehendere omne meritum? v. g. meritum hominis apud alium hominem, & meritum Angeli apud Deum, quod debet admittere, & expressè admittit ipse Rhodes in tractatu de Angelis, disp. 2. quæst. 1. sect. 1. §. 1. & sect. 3. per totam. Denique ipsam inconveniens in adæquationis incurrit plures alij Theo-

logi, cum in definitione meriti ut sic, & in communi respectu omnis meriti adhuc naturalis, & humani erga homines, addunt esse *opus honestum*; cum certum sit in humanis, ac politicis meritis dari sæpe rationem operis in honesti, ut patet in facinoribus militum bellum iniustum gerentium ex præscripto sui Regis; rursus, in homicidijs iniustis sicariorum ex præcepto Principis; ac demum in obsequijs inhonestis meretricum erga suos impudicos amatores; & sic de alijs, quæ merentur ex iustitia retributionem, saltem si pactum intercesserit, ut omnibus pervium est.

4. Hinc pergo, & definitionem meriti ut sic comprehendentem omne meritum, iuxta intentum huius quæstionis, conficio sic: *Meritum est opus liberum creatum, ex se remunerabile aliquo præmio à persona, cui exhibetur*. Rectitudo huius definitionis constat ex eo, quod sit clarior definito, & conveniat omni, soli, & semper definito, scilicet omni merito ut tali, in qua ratione communi comprehenditur etiam meritum Deiparæ Dominæ, cui convenit. Non autem convenit operi increato, seu divino, quod quidem non est opus liberum. Nec requiritur meritum defæcte remunerari aliquo præmio, sed tantum esse ex se remunerabile aliquo præmio, cum sæpe inhumanis contingat merita non remunerari defæcto: meritum tamen ut tale est correlativum præmij ut talis, respectu cuius est causa moralis, proindeque debet definiti in ordine ad præmium, quo est remunerabile, sive ex condignitate, si species sit meriti condignij sive ex congruitate, si species sit meriti congrui; cum in hac etiam species dividatur communiter meritum ut sic, ut infra constabit.



SVE.

SUBSECTIO II.

RESPONDETUR OB-
IECTIONIBUS.

5. **O**bjic. 1. Meritum ut sic debet definiti, vel per rationem operis laudabilis, cum P. Vasquez; vel per rationem obsequij cedentis in honorem, aut commodum illius, cui fit cum P. Suarez; ergo irrete definitum est a me.

Respondeo, nego antecedens nam opera divina, seu actus divini habent rationem operis laudabilis, quin habeant rationem meriti, ut patet: obsequium autem est æque ignotum, aut ignotius, quam meritum, ac proinde non est aptum pro explicatione clara meriti. Si autem recurras ad alias particulas additas à P. Ripalda tom. 1. de Ente supernat. disp. 15. sect. 1. nè fidus illis, quia in hoc puncto communiter inuritur hic Author nota inconsequenter, si conferantur dicta ibi cum alijs ab ipso traditis alibi, nempe to. 2. disp. 71. sect. 2. & disp. 87. sect. 2.

6. **O**bjic. 2. Meritum, & demeritum dicuntur in ordine ad retributionum, quæ fit secundum iustitiam; retributio autem secundum iustitiam fit alicui ex eo, quod agit in profectum, vel nocumentum alterius; ut expresse docet D. Thomas 1. 2. quæst. 21. atque stante hac doctrina D. Thomæ, nequit subsistere definitio meriti data a me; ergo.

Respondeo, admitto maiorem; & nego minorem; nam allegata verba Divi Thomæ ad favent definitioni meriti à me traditæ, siquidem meritum incommuni dicitur à S. Doctore esse in ordine ad retributionem; cum autem alia verba superaddit, proceat ad species meriti; & demeriti; demeritum autem est etiam ex se remunerabile aliquo supplicio, proinde quæ dicitur in ordine ad retributionem pænæ.

7. **O**bjic. 3. Meritum debet esse opus honestum; ergo ita deberet definiti meritum ut sic.

Respondeo, distinguo antecedens meritum, quod est tale apud Deum; concedo: meritum, quod est tale apud homines; necessario debet esse opus honestum, nego antecedens, & consequentiam, quia meritum ut sic debet definiti prout præcendens ab illis; & alijs speciebus meriti in particulari. Solutio autem plena huius argumenti constat ex proxime notamento factum num. 3.

8. **O**bjic. 4. Si Deus decerneret liberè, ac efficaciter, non remunerare vllum actum Petri aliquo præmio, & simul Deus revelaret tale decretum ipsi Petro; in hoc eventu possibili, actus supernaturalis fidei, quo Petrus assentietur illi revelationi divine, esset actus meritorius: atqui hic actus meritorius non esset remunerabilis, seu præmiabilis, alioquo præmio, siquidem repugnat illi præmium eo ipso, quod nequeat esse falsus ut potè actus supernaturalis fidei divine; ergo de hoc actu meritorio non verficaretur definitio meriti; ut sic tradita à me.

9. En argumentum Achileium, nõ Aquilinum, versatile, non volatile, sed potius nasi cerei, & oris Janici ad intuedum omnia, & impugnandum nihil: est namque inanè, ac inanime terriculamentum, vanumque sophisma, ut proclamatur P. Antonius Perez, tract. 1. de voluntate cap. 1. num. 39. qui eius author censetur, dum esset adhuc auditor scholaris Theologiæ; ait tamen tali argumento plures fuisse conturbatos. Adductum verò erat à PP. Herize, & Ruiz disp. 1. de voluntate, sect. 1. num. 30. posteaque propositum varijs solutionibus à P. Ripalda, tom. 2. disp. 71. sect. 1. quarum nonnullas improbat P. Oviatus contra. 1. de merito, punct. 1. ubi simul exprimit varias quæstiones, & conclusiones, contra quas simile argumentum efformatur, v. g. ad probandum dari creaturam aliquam essentialiter indestructibilem à Deo; deinde dari peccatum essentialiter irremissibile à Deo; & sic de alijs, quarum plurimis rebus Theologicis, & Philosophicis, in quibus similis assensus fidei similisque revelatio possunt conungi prohibito.

10. Sed quidquid sit de illis, certum est


est in præsentiarum retorqueri argumentum contra reliquas definitiones meriti ut sic excogitatas à Theologis; quin valeat responso eorum, qui dicunt, actum supernaturalem fidei non esse meritorium proprie: quando quidem non effugiunt difficultatem in pia affectione voluntatis immediatè libera, ac meritoria, sed tamen impræmiabili in casu argumenti ratione connexionis cum illo assensu fidei connexo cum carentia præmij, ut consideranti patebit: quia propter ommissa hæc, & alijs vulgaribus solutionibus argumenti.

11. Respondeo in forma negando suppositum maioris, scilicet; quod sit possibilis talis actus supernaturalis fidei assentiens illi revelationi; ut constringitur in argumento, cuius proinde tota machina corrui: Ratio est, quia talis actus est impossibilis ut potè implicans manifestam contradictionem; siquidem esset, & simul non esset meritorius ac remunerabilis aliquo præmio: esset, ut constat ex eo quod supponatur decretum liberum Dei circa non præmiationem illius actus; cum tamen Deus non habeat decretum liberum circa rem, quæ aliter non potest fieri aut non fieri, v. g. circa improductionem aut productionem chymæ, & sic de alijs: non esset, ut constat ex eo quod supponatur supernaturalis actus fidei connexus essentialiter cum carentia præmij qui nequit esse falsus, sed certus. Unde in supposito argumenti construitur simul ac destruitur essentia actus meritorij, siue actus remunerabilis aliquo præmio; non aliter ac contrigeret tali actui in esse supernaturalis, si Deus decerneret revelaret que Petro, se non daturum illi principium vllum supernaturale ad elicendum actum supernaturalem; & sic de alijs figmentis similibus.

12. Sicut igitur, licet sit possibile absolute decretum Dei de non concurrando ad vllam cognitionem Petri creatam, nequit hoc decretum ita revelari à Deo, & credi à Petro per assensum supernaturalem fidei; qui est aliqua cognitio creata, quia inde sequeretur, Deum concurrere, simulque non concurrere ad cognitionem illam creatam, quæ nequit esse falsa, ut potè actus fidei divine, non

obstante absoluta possibilitate; & cognoscibilitate illius decreti respectu Dei; ita pariter in casu argumenti discurrere fas est, non obstantè etiam absoluta possibilitate, & cognoscibilitate alterius decreti respectu Dei de non præmiando villo actu Petri, cui fieret revelatio de hoc.

13. Aliter denique posset solvi argumentum stando definitioni meriti traditæ à me, in qua consulto addidi *ex se remunerabile aliquo præmio*; ita ut essentia meriti nõ consistat in eo quod de facto in actu secundo remuneretur; sed in eo, quod ex se sit remunerabile, siue capax secundum se, & in actu primo, remuneratio- nis, ac præmij, licet de facto non remuneretur, nec præmiatur ex alio, capite id est, ex decreto extrinseco Dei, uti cõtingeret in casu argumenti sic communiter definitur Ens materiale impenetrabile cum alio Ente quanto, licet in actu secundo de facto penetraretur ex decreto extrinseco Dei; & è contra Ens spirituale definitur ex se penetrabile cum Ente quanto, licet de facto in actu secundo non penetraretur ex decreto extrinseco Dei: unde orrum habuit illud solemne axioma, *verba in definitione non sonant actum, sed aptitudinem*. Et quidem nullus cordatus negabit; aliter, debere discurrere de decreto Dei circa non præmiandum illum actum supernaturalem honestum fidei, ac de decreto Dei circa non præmiandum alium actum in honestum; aliterque de improportione, & impræmiabilitate actus inhonesti ab intrinseco ex se, ac de impræmiabilitate actus supernaturalis fidei divine honesti ab intrinseco ex se, qui sane sublato impedimento extrinseco decreti, debet præmiari, aut saltem esset simpliciter remunerabilis aliquo præmio, ut rem perpendenti patebit.




SECTIO II.

DIVISIO MERITI
explicatur.

14. **I**ure merito Optatus Miletitanus lib. 7. ad versus Parmenorem asseruit, *quid quid necessitas peccat, non potest accusari, quia voluntas habet penam, & necessitas veniam*: proindeque non est accusanda, sed excusanda necessitas huius brevis explanationis circa divisionem meriti, tum propter supra dicta de merito condigno, superabundante, & congruo; tum propter recentem questionem de nomine proponendam sectione 3. immediate sequente.

15. Relictis igitur alijs divisionibus meriti, de quibus in tractatu de Merito actum est, breviter insinuo communem explanationem meriti condigni, superabundantis, & congrui, ex doctrina Concilij Tridentini, & D. Thomæ, dist. 27. art. 3. iuxta quam communiter Theologi asserunt, meritum condignum esse illud, quod in valore morali est æquale præmio; meritum vero superabundans esse illud in valore morali est superæquale, seu superius præmio; meritum denique congruum esse illud, quod in valore morali non est æquale, sed inferius præmio. Docent insuper communiter hoc triplex præmio correlativum meriti, in quod dividitur meritum ut sic, esse meritum proprie; quid quid sit de convenientia univoca, analogæ, aut æquivocæ, in qua est controversia de nomine, & potest discurre à paritate demeriti, seu peccati originalis, personalis, mortalis, & venialis, de qua supra non nihil.



SECTIO III.

AN POSSIT DICITUR
CONDIGNUM MERITUM, QUOD
IN RE EST SUPERABUNDANS?

16. **C**asiodorus diserte de more ait; *in novitate rerum causa indaganda est*: in novitate ergo prefixæ questionis causa est, quod Recentiores aliqui in varios modos loquendi divisi sunt, alij que affirmant, & alij negant, meritum superabundans Christi Domini (idemque est de merito Deiparæ Dominæ, de quo ego supra) dicendum esse meritum condignum, sive de condigno. Ratio dubitandi oritur ex proximè data explanatione communi utriusque meriti; nam cum meritum condignum sit æquale præmio, & meritum superabundans sit superæquale præmio, videtur statim meritum superabundans Christi Domini, & Deiparæ Dominæ, non esse dicendum meritum condignum, sive de condigno respectu præmij superati ab illo.

17. Nihilominus tamen placet affirmare, meritum illud superabundans dicendum etiam esse meritum condignum, sive de condigno, respectu præmij superati ab illo. Ratio est, quia in hac & alijs questionibus pure de nomine, cum in re omnes conformes simus quoad rem significatam, debemus loqui iuxta communem modum loquendi, ut à limine Philosophiæ didiscimus ex Philosophorū Principe, & Alpha Aristotele, lib. 1. Topic. cap. 17. ubi docuit, *loquendum cum multis, sentiendum cum paucis*: atque hætenus ad hæc usque tempora ita loquuti fuerunt multi, immò & plerique Doctores: ergo ita, & non aliter loquendum nobis est cum multis, plerisque Doctores.

18. Ratio ulterior pro solvenda ratione dubitandi est; quia ad hoc, ut meritum dicatur condignum, & æquale

præ-

SECTIO IV.

DE PROPRIETATIBUS,
SIVE PRÆDICATIS
PROPRIJS MERITI CONDIGNI,
AUT SUPERABUNDANTIS APUD
DEUM.

22. **N**on est sermo de meritis condignis, aut superabundantibus naturalibus; qualia reperiuntur etiam in Deipara Domina ad promerendum nobis dona naturalia, iuxta id, quod innuit Ecclesia, dum applicat Deiparæ Dominæ illud Sapient. 8. *per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; per me Principes imperant, &c.* Sed de meritis supernaturalibus, qualia in ipsa re-lucentia fuerunt ad præmia supernaturalia recensita in superioribus. Nec de his comparative; sed absolute consideratis in ratione meriti indebiti puræ naturæ, ut infra constabit.

SVBSECTIO I.

DE LIBERTATE
MERITI.

23. **V**Num ex prædicatis proprijs meriti condigni, aut superabundantis; immò & commune omni merito, est libertas, proindeque in definitione traditi meriti ut sic appositum est *ly opus liberum*. Licet autem sint diversa species libertatis, quas in libris de Anima explicui, sufficit ad meritum libertas indifferentiæ, quam definitam esse ab Innocentio X. existimant communiter Theologi contra Jansenium,

&

& quæ intra lineam honesti datur in Christo Domino, & in Deipara Domina. Consultatur N. P. G. Thyrsus Gonzalez, contra Rosende, tom. 1. disp. 17. sect. 18. §. 17.

SVBSECTIO II.

DE SUPERNATURALITATE MERITI. Vbi definitio Entis supernaturalis traditur.

24. Theologia secunior, & communior docet, meritum condignum respectu præmij supernaturalis simpliciter debere esse actum intrinsicè entitativè supernaturalem, sive actum factum sicut oportet (vt loquuntur Sacra Concilia, & Sancti Patres Ecclesiæ) & ex inspiratione Spiritus Sancti, cui attribuitur gratia actualis supernaturalis, quæ non est minus necessaria ad eliciendos actus supernaturales fidei, spei, & charitatis, ac alios actus virtutum æque supernaturales, & superantes omnes vires puræ naturæ.

25. Sed cum conceptus rei supernaturales, & supernaturalis, sive res significata per hoc nomen supernaturalitatis simpliciter talis sit nimis difficilis, & pro præsentis puncto intelligendo sit eius notitia necessaria, fas est, breviter insinuarè rectam eius definitionem, omnifis in numeris alijs communiter relatis, ac refutatis à nostris Doctoribus, vt videre est apud Sap. P. Leonardum de Peñafiel, tom. 1. tract. 6. disp. 4. per tot.

26. Placet specialiter definire Entem supernaturalem simpliciter tale sic: *Entitas ita specialiter absolute indebita omni puræ naturæ creatæ, & creabili, vt hæc indigeat elevatione respectu illius ex defectu proportionis ordinis superioris se habentis formaliter*. Hæc definitio Entis supernaturalis simpliciter talis recta apparet; tum quia intentum Sanctorum Patrum, & Sacrorum Conciliorum in adstruendo tali Entis su-

pernaturali fuit significare omnia dona simpliciter supernaturalia gratiæ, & gloriæ ita esse indebita omni puræ naturæ, vt hæc indigeat elevatione ad hoc, vt proportionetur ordini superiori formaliter, in quo sunt illa dona supernaturalia simpliciter, vt consideranti eorum testimonia aduersus hæreticos passim occurrentia, patebit: tum etiam, quia tradita definitio Entis supernaturalis simpliciter conuenit omni, soli, & semper definito, clariorque est ipso: tum denique, quia in hac definitione admittenda nullum est absurdum, quod in alijs definitionibus manifestum est, vt constabit attentæ explicatione huius, & data solutione argumentis aduersis.

27. Pro explicatione igitur datæ definitionis, & argumentorum solutione obseruandum est, primò, quod ly *Entitas* est ratio generica vniuersalis, & reliquæ particulæ sunt differentia ipsius definitionis. Secundò, quod nomine *naturæ creatæ, & creabilis* intelligitur *substantia creatæ, & creabilis* in usurpatione theologica, & in sensu communiter recepto à Theologis cum Eximio Suarez, & nostrate P. Leonardo de Peñafiel loco supra citato, scilicet sumptæ naturæ pro substantia, quæ non sit à se, nec increta. Tertia, quod ly *specialiter absolute indebita* satis clarescit ex particulis subsequen- tibus in ipsa definitione, siquidem specialitas illa consistit, & fundatur in speciali indigentia elevationis proprii, & peculiari naturæ theologice sumptæ respectu Entis supernaturalis simpliciter talis; ea namque indigentia elevationis non est *ex defectu virtutis, nec ex defectu perfectionis*, qualis est indigentia elevationis propria causæ instrumentalis, vt talis, iuxta stabilita cum communiori Philo- sophia lib. 2. Physicorū; sed est alia specialis indigentia *ex defectu proportionis ordinis superioris formaliter*, quatenus pura natura theologice sumptæ indiget elevatione ad huc vt proportionetur cum ordine superiori formaliter, in quod est Entem supernaturalem simpliciter tale, sive quo ad substantiam, & entitatem intrinsicam tale, v. g. intellectus creatus naturalis indiget elevatione luminis gloriæ ad hoc vt proportionetur cum ordine superiori formaliter, in quo est virtus bea-

beatifica simpliciter supernaturalis; & sic de alijs similibus.

28. Hinc oritur manifestum discrimen respectu Entis supernaturalis tantum secundum quid, & quo ad modum talis; hoc enim non est *specialiter absolute indebitum omni puræ naturæ creatæ, & creabili*; si quidem taliter est indebitum secundum quid, & quo ad modum tantum, vt limiteur ad tales circumstantias, ad talem gradum, ad talem naturam; proindeque non sit *indebitum absolute omni puræ naturæ creatæ, & creabili*, v. g. calor vt centum, qui sane debitus esset aliqui igni possibili; & sic de alijs similibus Entibus, in quibus ea limitatio perspicua erit, ad huc si in hominibus cæcis cæcitas consideretur.

29. Hinc etiam patet, quod Entitas cuiuslibet Angeli sit omnino naturalis simpliciter, eo quod non sit indebita omni puræ naturæ creatæ, & creabili, modo explicato in datæ definitione Entis supernaturalis: proindeque si vnus Angelus crearet alium Angelum, non esset tunc vnus Angelus *indigens elevatione ex defectu proportionis ordinis superioris se habentis formaliter*: sed tantum esset indigens elevatione ex defectu virtutis, si esset æqualis alteri in perfectione; aut ex defectu perfectionis simul ac virtutis; si esset inæqualis alteri, inferiorve in perfectione; vnde dicendus esset causa instrumentalis ratione talis indigentia elevationis: ibi tamen non daretur alia specialis indigentia elevationis *ex defectu proportionis ordinis superioris se habentis formaliter*, siquidem vterque Angelus esset in eodem ordine Entis naturalis, sive naturalitatis simpliciter, vt de se clarescit. Hoc autem verum est, adhuc si Angelus inferioris hierarchie eleuaretur ad creandum Angelum superioris hierarchie; hæc enim superioritas est perfectionis, aut etiam ordinis se habentis materialiter, cum sit in eodem ordine Entis naturalis; ac proinde Angelus inferior non esset indigens elevatione *ex defectu proportionis ordinis superioris se habentis formaliter*, qualem defectum habet natura ad Entem supernaturalem simpliciter proportionabilis; sed esset ex defectu virtutis, qualem habet causa instrumentalis improporionata ad effec-

tum sibi indebitum naturaliter.

30. Si autem vnus Angelus, aut alia Entitas naturalis eleuaretur ad producendam gratiam habituales, similemve aliam rem supernaturalem simpliciter: in tali casu concurreret simul duplex indigentia elevationis, diuersa tamen omnino vnà ab alià; siquidem tunc daretur indigentia elevationis ex defectu virtutis, ratione cuius causa illa naturalis esset causa instrumentalis; simulque concurreret indigentia elevationis ex defectu ordinis superioris se habentis formaliter, ratione cuius ea causa naturalis deberet proportionari ab aliquo principio supernaturali, vt sit, cum potentia naturalis eleuatur ad producendum actum supernaturalem, vt supra dictum est. Nec tamen concurreret duplex hæc indigentia, sed sola indigentia ex defectu virtutis, aut perfectionis, si contra eleuaretur gratia habituales, aut aliud accidens supernaturale, ad producendum Angelum, aliamve substantiam naturalem simpliciter.

31. Dices primò, Entem supernaturalem simpliciter tale non est indebitum Deo: Rursus, Deus non est Entem supernaturalem simpliciter tale: ergo.

Respondeo, concedo antecedens quoad priorem partem; & nego suppositum falsum ipsius, scilicet quod Deus sit substantia creatæ, aut creabilis, cui indebitum dictum est a me Entem supernaturalem simpliciter tale, vt constat ex datæ definitione. Deinde transeat antecedens quoad posteriorem partem, plures enim Theologi admittunt, Deum dici Entem supernaturalem simpliciter tale, alij vero negant; quæstio enim hæc in hoc puncto est tora de voce, vt bene adnotat P. Ripalda consulendus tomo 1. de Ente supernaturali, lib. 1. disp. 2. sect. 1. num. 2.

32. Dices secundò, Vnio hypotattica est supernaturalis simpliciter: atqui illi non conuenit datæ definitio, siquidem illa est aliqua natura, & sibi est debita, alioqui esset supra se ipsam; ergo ea definitio incorrecta est.

Respondeo, admitto maiorem, & nego minorem; cuius implicita probatio falsissima est, & contra suppositum quæstionis, siquidem hæc supponit naturam theologice sumptam, quæ sit

causa alicuius motus excludens totum ordinem subsistentiae, ut recte expendit laudatus P. Peñafiel, non semel, sed saepe supracitatus, & videndus ibi sect. 7. num. 191. cum autem unio hypostatica non sit excludens, sed potius pertinens ad ordinem subsistentiae, cuius est unio, non est utiq; natura theologice sumpta, de qua procedit data definitio, & cui indebitum dicitur Ens supernaturale simpliciter tale. Huic solutioni adfavet Concilium Vvormassense sub Adriano secundo in professione fidei, ut videre est apud laudatum saepe Peñafiel ibidem.

33. Dices tertio. Ubicatio definitiva corporis Christi Domini in Eucharistia est supernaturalis simpliciter, atqui non est ita specialiter indebita omni purae naturae; siquidem Angelo, & animae rationali convenit ubicatio definitiva; ergo.

Respondeo, transeat maior, quam negant PP. Herice, & Franciscus de Lugo: deinde nego minorem, cuius probatio non venit ad rem, cum sermo sit de ubicatio definitiva materiali corporis Christi Domini, & probatio procedat de ubicatio definitiva spiritali Angeli, & Animae rationalis, quibus ut pote spiritalibus indebita est ubicatio materialis sacramentalis supernaturale is.

34. Dices quarto. Ideo data definitio, & eius definitum, conveniunt visioni beatificae; quia haec ad sui existentiam praesupponit, & praerequitur existentiam alterius rei indebitae specialiter omni naturae creatae, & creabili, videlicet lumen gloriae: atqui hinc convincitur etiam convenire alijs entitatibus naturalibus, quales sunt actus, quibus daemones recordantur gratiae supernaturalis amissae per peccatum, & species relictae ab actibus supernaturalibus praeritis: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem claritatis gratia; quia praesupponit, & praerequitur existentiam alterius rei, scilicet luminis gloriae; tanquam principium intrinsecum elevans intellectum ad sui productionem; concedo aliter, & absolute; nego maiorem. Unde patet disparitas ad minorem, siquidem illae entitates naturales non praesuppo-

nunt, nec praerequirunt existentiam rei supernaturalis tanquam principium intrinsecum elevans intellectum ad recordationem, nec ad speciem rei supernaturalis, sed tanquam terminum praesuppositum ad illas: alioqui actus peccaminosus odij, & haeresis, respectu termini supernaturalis, quale est *Mysterium Inarnationis*, esset supernaturalis simpliciter. Demum vera causalis est, quia illa est primaria metaphysica essentia visionis beatificae in esse supernaturalis simpliciter; licet praesupponat essentiam actus vitalis, sicut haec praesupponit essentiam accidentis in visione beatifica creata, loquendo formaliter.

35. Dices quinto. Ens supernaturale simpliciter tale debitum est potentiae obedientiae; siquidem haec dicit connexionem essentialem cum illo: atqui potentia obedientialis est natura; siquidem identificatur realiter cum natura: ergo.

Respondeo, omittis varijs solutionibus excogitatis ab alijs pro solvenda hac gravissima difficultate militantis adversus eorum definitiones; & replicas ac instantijs, quibus valide impugnantur a P. Ripalda ubi supra; distinguo maiorem sic; Ens supernaturale simpliciter tale debitum est potentiae obedientiae, specialiter, & absolute; nego secundum elevationem principij supernaturalis simpliciter; concedo maiorem: deinde distinguo minorem; potentia obedientialis est natura, pura natura; nego est natura non pura, sed elevata a principio supernaturale simpliciter; concedo minorem: denique nego consequentiam: nam potentia obedientialis est potentia identificata realiter cum natura, sed non est pura natura, nec ut pura natura dicit eam connexionem essentialem cum Ente supernaturale simpliciter tali, sed ut elevata, aut elevabilis a principio supernaturale simpliciter tali; ac proinde inconcussa manet definitio a me tradita, scilicet quod Ens supernaturale simpliciter tale est: *Entitas ita specialiter absolute indebita omni purae naturae creatae, & creabili, ut haec indigeat elevatione respectu illius ex defectu proportionis ordinis superioris se habentis formaliter.*

36. Dices 6. Defectus ordinis superioris

rioris se habentis formaliter est defectus perfectioni: ergo non discriminatur a defectu perfectionis proprio causae instrumentalis ut talis.

Respondeo, distinguo antecedens; est defectus perfectionis, utcumque, aut ex quocumque capite proveniens; nego: est defectus perfectionis talis, specialis; & ex solo capite carentiae ordinis superioris se habentis formaliter; concedo antecedens; unde nulla est consequentia; siquidem clare discriminatur hic posterior defectus specialis ab illo priori defectu proprio causae instrumentalis, ut supra dictum est.

37. Dices septimo. Possibilis est aliqua substantia creata, seu pura natura, cui sit debita connaturaliter virtus producendi visionem beatam, aut patrandi aliqua miracula supernaturalia: ergo.

Respondeo, nego antecedens cum communi consensu Theologorum apud Eximium Suarez lib. 1. de attrib. negat. cap. 9. & cum Angelico Doctore 1. part. quaest. 12. art. 3. alioqui daretur substantia creata supernaturalis, qualis deberet esse illa substantia, cui esset connaturaliter debita ea virtus supernaturalis; impossibilitas autem talis substantiae creatae supernaturalis notissima est adhuc apud nonnullos citatos pro antecedente a P. Ripalda tom. 1. disp. 23. sect. 6.

38. Dices octavo. Hinc reddi ridiculam aliam gravissimam quaestionem, in qua investigatur, an sit possibilis substantia supernaturalis? Respondeo, aliud esse reddi ridiculam eam quaestionem, quod falsum est; & aliud esse reddi difficilem resolutionem impossibilitatis substantiae supernaturalis creatae, quod verum est: & quidem hoc posterius tantum sequitur manifeste ex mea doctrina, & definitione tradita Entis supernaturalis, quae non conveniret illi substantiae impossibili, & chymicae, utpote quae esset supernaturali, siquidem esset debita sibi ipsi, ut de se clarescit.

39. Haec breviter dicta sint circa veram definitionem Entis supernaturalis simpliciter talis, desiderio scilicet indagandae veritatis; nec enim vellem alicui Catholico Theologo adaptare id, quod de Lesonio aiebat Tacitus Annal.

15. scilicet: *Ne aliena sententia indigere videretur, in alia adversa, & detentiora transibat.* Sed iam ad alia necessaria transire facio.

40. Nefas enim esset, sine ulla necessitate ultra in praesentiarum moram facere in exponendis alijs praedicatis proprijs, ac proprijs meriti apud Deum, qualis est honestas formalis, seu bonitas moralis actus meritorij apud Deum, cum haec adeo certa censetur ex Sacra Pagina, & ex definitione Concilij Tridentini; sess. 6. cap. 16. ut Eximius Doctor asserat; nullum Theologum ab hoc vero asserto deficere; & Scotista Ponticus; disp. 36. de Merito; quaest. 1. concl. 3. vindicet suos; & statuatur, quod licet in principijs Scotis meritum dependeat ab extrinseca acceptione Dei; nihilominus tamen adeo requiritur honestas actus ad rationem meriti apud Deum, ut nec divinitus possit dari tale meritum sine honestate actus, seu operis in se ipso.

SECTIO V.

DE DIFFERENTIA Meriti à laudabilitate

impetratione, satisfactione; & satisfactione.

41. Differentia meriti à laudabilitate est manifesta, si considerentur actus divini liberi; siquidem si habent laudabilitatem, sunt quae laudabiles a creaturis; quin tamen habeant rationem meriti, nec sint meritorij ut omnibus est pervium: licet alibi saepe laudabilitas comiterur rationem meriti, ut patet in nostris operibus honestis meritorijs apud Deum.

42. Differentia Meriti ab impetratione strictè sumpta constat aperte, ex eo, quod impetrare strictè sumptum, sit idem, ac obtinere precibus; quod quidem proprie, ac strictè convenit soli orationi: ast

est impetratio late sumpta convenit omni aetui merito apud Deum, proinde que dicitur impetratio communiter a Sanctis Patribus, & Theologis.


43. Differentia Meriti a satisfactione constat ex eo, quod licet sepe actus meritorius apud Deum simul sit satisfactorius apud ipsum Deum; nihilominus tamen ratio meriti respicit retributionem alicuius boni a virtute divina collativa ralis boni, ratio vero satisfactionis respicit remissionem alicuius mali a virtute divina condonativa talis mali.

44. Differentia Meriti a satisfactione extra dubitationis aleam est; & manifesta fit ex discrimine, quod versatur inter satisfactionem, & satisfationem: siquidem satisfactio exercetur active a satisfaciente; satisfactio vero exercetur passive a satisfaciente; infaligatur enim a Iudice, & patitur a reo pro culpa, ut ex terminis clarescit.

DISPUTATIO III.

DE SATISFACTIONE Meriti dignificati a Maternitate Dei.

1. Restat pro complemento huius Tractatus gravissima difficultas circa satisfactionem Meriti dignificati a Maternitate Dei, in qua plures difficultates continentur, quae hac in Disputatione discutiendae sunt.



SECTIO I.

AN SEMEL SUPPOSITA condigna satisfactio pro peccatis in Merito dignificato a Maternitate Dei, adhuc esset metaphisice necessaria Incarnatio Verbi Divini?

2. Hanc questionem instituerunt quia praevia debet esse ad alias infra instituendas; tum etiam quia paucis ab hinc diebus in hac Regia Regum urbe publice defesata est a quodam Recentiore Scotista conclusio haec: *Sanctissima Virgo MARIA, ita fuit ab instanti sua Coceptionis singulariter privilegiata a singularibus que donis decorata, ut ex hypothesis, quod Christus Dominus non extitisset, potuerit illa in hoc ordine providentia, pro humani generis liberatione, condignam retribuere satisfactionem.* In qua conclusio statim dissonat suppositio, seu hypothesis, non Incarnationis Verbi Divini, sive non existentiae Christi Domini, independentem a qua intenditur affirmare, Sanctissimam Virginem MARIAM potuisse in hac providentia condignam exhibere satisfactionem pro peccatis, sive pro liberatione generis humani. Statimque ad rem mihi occurrit id, quod ex D. Bernardo de sumptum adducit P. Ioannes de Cardenas in aureo opere de gemino sidere Mariani diadematis, disp. 2. cap. 27. num. 461. sic: *Honor Regiae iudicium diligit: Virgo Regia falso non eget honore, veris cumulat a honorum titulis; & in suis dignitatum.*

3. Et quidem nisi fiat recursus ad hoc Scotista ad ea principia, quibus eius Doctor Subtilis Scotus intendit probare possibilem condignam satisfactionem pro

pro peccato ex hibitam a qualibet pura creatura humana, seu a quolibet puro homine, in 4. dist. 15. quaest. 1. art. 2. non video modum, quo suam conclusionem probare possit singulariter de Sanctissima Virgine MARIA, independentem que a dignificatione orta a sola dignitate Divina Maternitatis Dei; hoc autem exitus comprobavit, proindeque in hoc nil de singularitate famosum decertatur, ut iam constabit.

SUBSECTIO I.

NON NULLA NECES- saria praemittuntur.

4. Praemitto primo quod in tota hac disputatione non est discutienda difficultas in communi de possibilitate, aut impossibilitate condignae satisfactionis pro peccatis provenientis a puro homine, de quo agunt ex professo Theologi in Tractatu de Incarnatione, alijs affirmantibus, & alij negantibus, ut videre est apud P. Leonardum de Peña fel tomo de Incarnat. disp. 5. per rotam: sed tantum in particulari de satisfactione condigna, aut superabundante pro peccatis per meritum dignificatum a singulari dignitate Maternitatis Dei; quae licet non constituat essentialiter personam Sanctissimae Virginis MARIAE, eam tamen collocat in ordine immediato supremo unionis hypostaticae, quam ipsam physicè produxit ita ut hoc non conveniat ulli alteri purae creaturae.

5. Praemitto primo, quod irrete proceditur, dum eodem modo affirmatur, aut negatur communiter satisfactio condigna pro peccatis de Deipara Domina ac de alia qualibet pura creatura humana sine vlla differentia, cum tamen maxima sit; ut ex dictis, & dicendis constabit.

6. Praemitto tertio, quod Maternitas Dei est forma sanctificans formaliter

ut quod longe perfectiori modo; ac est gratia habitualis: immò est infinita simpliciter ut pote constituta inadæquate per filium divinum, ut suis in locis ostentum est ex professo: proindeque Maternitas Dei, & Mater Dei ut talis, dicunt dignitatem infinitae firmitatis simpliciter, ut ex Sanctis Patribus, & primarijs Doctoribus, ostendunt PP. Ioannes de Cardenas vbi supra; Ripalda, tomo 2. lib. 4. disp. 79. sect. 7. & 15. num. 118. Rhodes tom. 2. q. 2. sect. 3. §. 1. Vega saepe laudatus, & alij cum ipsis.

7. Praemitto quarto, quod inter Deiparam Dominam ut talem ratione Maternitatis Divinae, & inter eius filium Deum hominem, datur identitas saltem moralis, licet absolute identitas appelletur a Sanctis Patribus, quorum testimonia congerit laudatus P. Ripalda loco proxime citato, praesertim ea sect. 7. sufficiat ex illis delumere unicum S. Petri Damiani, serm. de Nativit. vbi ait: *quarto modo inest Deus MARIAE Matri, identitate, quia idem est cum illa.* Quid clarius?

8. Praemitto quinto, quod ea identitas, & singularis coniunctio cum Deo (ut supra dicebam cum D. Thoma) rara est, ut ratione ipsius, & dignitatis maternalis divinae Deipara Domina sit in ordine infinito, & divino supremo, ut tenet citatus P. Rhodes ibidem; & docet Eximius Doctor tomo 2. in 3. p. disp. 1. sect. 2. cum pluribus Sanctis Patribus, & Doctoribus allegatis a P. Ioanne de Cardenas vbi supra, disp. 1.

SUBSECTIO II.


RESOLVTIO AFFIRMATIVA propugnatur.

9. Dicendum igitur est, quod semel supposita condigna satisfactio pro peccatis in Merito dignificato a Maternitate Dei, adhuc esset metaphisice necessaria Incarnatio Verbi Divini. Haec conclusio recte intellecta

debet ab omnibus defendari. Ratio est: quia methaphysicè impossibile est, dari meritum dignificatum à Maternitate Dei relucente in Deipara Domina MARIA sine Incarnatione Verbi Divini in ipsa Deipara Domina MARIA, ut per se patet; siquidem hæc Maternitas Dei dicit essentialitèr hanc Incarnationem Verbi Divini, & identificatur saltim moralitèr cum ipsa, ut ex doctrina Sanctorum Patrum proximè præmissum est num. 7. ergo semel supposita condigna satisfactio pro peccatis in Merito dignificato à Maternitate Dei, adhuc esset metaphysicè necessaria Incarnatio Verbi Divini.

10. Sed ut conclusio ultra clarescat, & inconcussa permaneat pro solutione earum difficultatum, quæ ex illa itrectè intellecta possunt occurrere; præ oculis habendum, & observandum est; tum in eà esse sermonem de hac determinata Maternitate Dei, quæ sine dubio dicit Incarnationem Verbi Divini; tum in ea loqui de ipsa Maternitate divina in eodem sensu, in quo loquitur de Incarnatione Divina; scilicet de utraque existente, aut exitura infallibilitèr ex vi eiusdem decreti efficacis Dei circa Incarnationem Verbi Divini in hac Virgine Matre MARIA; licet ex vi alterius decreti divini possibilis in alia providentia posset salvari condigna satisfactio pro peccatis exhibita ab alia persona divina assumente naturam Angelicam, aut etiam naturam humanam creatam à solo Deo, proindeque sine Maternitate Dei daretur tunc ea satisfactio, secus tamen sine incarnatione, ut ex terminis patet.

11. Nec aliud quid occurrit adversum in particulari, nisi fiat recursum ad argumenta in communi militantia pro satisfactioe condigna exhibita à quolibet puro homine saltim ornato gratia habituali infinita secundum intentionem; ea tamen non veniunt ad rem, ut constat ex dictis, & ultra constabit ex dicendis.



SECTIO II.

AN SEMEL SUPPOSITA CONDIGNA SATISFACTIOE PRO PECCATIS IN MERITO DIGNIFICATO à MATERNITATE DEI, ESSET NECESSARIA SIMPLICITÈR AD ILLAM ÆQUALITAS PERSONÆ SATISFACIENTIS RESPECTU PERSONÆ OFFENSÆ?

12. Licet ex supra stabilitis, ac præmissis proximè satisfactioe Maternitatem Dei esse infinitam simpliciter, moralitèr que dignificare personam Deiparæ Dominae, eiusque merita, ita ut ratione illius insit tali personæ identitas saltim moralis cum Deo, ut ex doctrina Sanctorum Patrum nuperi me ponderabam num. 7. nihilominus tamen cum certum sit, eam personam esse creatam, seu puram creaturam, necessarium est pro infra stabilendis discutere hic, sit ne necessaria simpliciter æqualitas saltim moralis inter personam condignè satisfaciendam, & inter personam offensam? Sive ansit de conceptu condignæ satisfactioe æqualitas personæ satisfaciendæ respectu personæ offensæ, nempe Dei?

13. Et quidem ea identitas sive physica, sive moralis Deiparæ Dominae ut talis cum Deo, non profuit, sed potius officit, si ad condignam satisfactioem pro peccatis est necessaria simpliciter æqualitas inter personam satisfaciendam condignè, & inter personam offensam, nempe Deum: siquidem identitas ut talis excludit æqualitatem ut talem, eo quod æqualitas ut talis exigat distinctionem inter terminos æquales, proindeque

que nisi dicatur æquale respectu sui ipsius sicut nec dicitur sibi ipsi, propter eandem rationem exactæ distinctionis; si placeat alicui discurre cum illis, qui hinc intendunt probare, inter attributa divina identificata non dari æqualitatem, immò nec esse dicenda æqualia, nec inæqualia inter se, eodem iure.

SUBSECTIO I.

RESOLVTIO NEGATIVA PROPOSITA, & PROBATUR.

14. Dicendum; de conceptu condignæ satisfactioe ut talis non esse æqualitatem personæ satisfaciendæ respectu personæ offensæ; ac proinde semel supposita condigna satisfactioe pro peccatis in Merito dignificato à Maternitate Dei, non esset necessaria simpliciter ad illam æqualitatem personæ satisfaciendæ respectu personæ offensæ, nempe Dei. Hæc conclusio est contra plures Theologos, qui ex defectu æqualitatis inferunt, nequire vllum hominem purum offerre condignam satisfactioem pro peccato læthali Deo offenso: singularitèr que est contra P. Ioannem de Cardenas in opusculo de gemino sidere Mar. diad. disp. 2. cap. 26. num. 460. ubi allegat Eximium Suarez, tomo 1. in 3. p. disp. 4. sect. 7. intenditque probare in operibus Deiparæ Dominae dari infinitum valorem meritorium secus tamen infinitum valorem satisfactorium; ex eo quod valor satisfactorius desumatur à proportionè, seu æqualitate inter personam satisfaciendam, & personam offensam secus vero valor meritorius: unde concludit laudatus P. Cardenas, quod licet tantum; immò & amplius; placeat Deo opus Deiparæ Dominae, quantum displicuit læthale; hoc solum est in ordine admerendum, secus tamen in ordine ad satisfaciendum. Sed quia hoc totum quilibet facillimè improbabit ex princi-

pijs generalibus, transeo ad probandum in ea in conclusionem, ex qua convincitur falsitas huius discursu, in puncto præsentis questionis.

15. Probatur meà conclusio sic: si de conceptu condignæ satisfactioe ut talis esset æqualitas personæ satisfaciendæ respectu personæ offensæ, ac proinde ea æqualitas esset necessaria simpliciter in casu questionis respectu Dei offensi, sequeretur, quod posita tali æqualitate personæ satisfaciendæ, & personæ offensæ, nempe Dei, poneretur utriusque satisfactio condigna ut talis; seu satisfactio præcise condigna, & æqualis pro peccatis; ut desè clarescit: atqui hoc est falsum: ergo. Probatur minor; nam posita æqualitate personæ satisfaciendæ, & personæ offensæ, nempe Christi Domini satisfaciendæ, & Dei offensi; non ponitur satisfactio condigna ut talis (loquor in rigore metaphysicè) seu satisfactio præcise condigna, & æqualis pro peccatis, sed potius ponitur satisfactio super condigna, & super æqualis; sive superabundans pro peccatis, ut farentur vno ore omnes adversarij: ergo.

16. Roboratur ad homines: nam ipsi adversarij farentur, purum hominem iustum exhibere Deo satisfactioem condignam ut talem pro peccato veniali, licet hoc sit propria, & stricta offensa Dei: ergo, de conceptu satisfactioe condignæ ut talis non est æqualitas personæ satisfaciendæ respectu personæ offensæ; siquidem non datur ea æqualitas inter purum hominem satisfaciendam, & Deum offensum, ut desè patet; ac proinde ea æqualitas non erit necessaria simpliciter in casu questionis respectu Dei offensi.

17. Elucidatur pulchra paritate conclusio: nam sicut datur vna cognitio inferior, ac inæqualis perfectioni obiecti; rursus alia cognitio æqualis; demum, alia cognitio superior, ac super æqualis; quarum prima est infra comprehensiva, secunda est comprehensiva; tertia est super comprehensiva: ita pariter poterit dari triplex satisfactio pro peccatis; quarum prima sit infra condigna, secunda condigna, tertia super condigna, seu superabundans, qualis est satisfactio Christi Domini; ut proximè ponderatum est.

18. Hinc

18. Hinc deducitur, ex hoc capite defectus æqualitatis personalis, minime repugnare in Merito dignificato à Maternitate Dei relucere rationem satisfactionis condignæ, vt talis & præcisè æqualis; pro peccatis, quandoquidem non desumitur satisfactio condigna vt talis ab æqualitate personarum, nec est hæc necessaria simpliciter ad illam, vt satis probatum est: ac proinde salva manet veritas meæ conclusionis, si ab argumentis adversis liberetur.

SUBSECTIO II.

RESPONDETVR ARGUMENTIS.

P. Ignatius de las Rocas.

19. **O**bjic. primo cum quodam Sapientissimo huius Peruntinæ Provinciae Præceptore, cuius opera prælo digna iam publica lux ex ambit, & qui vt improbet exemplum comprehensionis acceptum ab alio Sapientissimo meo in Theologia Magistro, simulque impugnet illationem à me proxime deductam, arguit sic. Licet ad comprehensionem vt talem non requiratur, quod mea cognitio comprehensiva Angeli attingat perfectionem Dei super comprehendentis ipsum Angelum; nihilominus tamen requiritur, quod attingat perfectionem ipsius Angeli comprehensæ; ergo pariter licet ad satisfactionem condignam vt talem pro peccatis non requiratur æqualitas personæ satisfaciens cum persona divina offensa; nihilominus tamen requiretur æqualitas personæ satisfaciens, v. g. Deiparæ Domine cum persona superabundanter satisfaciens, scilicet Christo Domino: nunc sic; atqui Deipara Domina, & eius divina Maternitas, distant infinita inferioritate à Christo Domino: ergo.

20. Respondeo, hoc argumentum attingere gravem difficultatem circa essentiam comprehensionis vt talis, de qua ego alibi ex professo. Sed nunc informa-

admitto antecedens, & nego consequentiam, in qua obiter noto, non impugnari sed potius supponi intentum principale meæ conclusionis, videlicet, quod ad satisfactionem condignam vt talem pro peccatis non requiritur æqualitas personæ satisfaciens cum persona divina offensa: deinde venia tanti Magistri arguentis, in hi videtur, ex illo antecedente à paritate potius esse inferendam necessariam eam æqualitatem, quam supponit, præalia æqualitate, quam infert; immò hanc irreçtè inferri in consequentia ex illo antecedente argumenti, ostendo sic: nam per vos in antecedente ad cognitionem comprehensivam vt talem respectu Angeli non requiritur, quod illa cognitio sit æqualis, seu attingens perfectionem Dei super comprehendentis, & quasi superabundanter cognoscentis ipsum Angelum; ergo pariter ad satisfactionem condignam vt talem pro peccatis non requiritur, quod illa satisfactio sit æqualis, seu attingens perfectionem Christi Domini supersatisfaciens, & superabundanter satisfaciens pro illis. Vnde si per vos non requiritur illa alia æqualitas personæ satisfaciens condignæ pro peccatis cum persona divina offensa, poterit vtique ex hoc capite salvari condigna satisfactio pro peccatis in Deipara Domina, dummodò in ipsa non admittatur inde satisfactio super condigna, seu superabundans pro peccatis, quæ tamen admittitur in Christo Domino. Denique Deipara Domina vt talis, & Maternitas divina vt talis, non distant eam infinita inferioritate à Christo Domino; tamen quia constituitur essentialiter hæc per illum terminum; scilicet in esse relativo formaliter per suum filium Deum hominem, vt supra ex professo ostensum est trac. 2. disp. 2. sect. 3. per totam; tamen etiam identificatur cum ipso termino divino identitate saltem morali, vt ex de eterna Sanctorum Patrum demonstratum est alibi sæpe, & præmissum proximum. 7.

21. Objic. secundo cum eodem Sap. Præceptore: iuxta probabilem sententiam admittentem dari in æqualitatem inter perfectiones divinas, cognitio Dei in se ipso, & cognitio Dei in alio, sunt in æquales inter se, & nihil

ominus. vtraque hæc cognitio divina est comprehensiva Dei, eo quod excessus perfectionis inter vtramque cognitionem non sit infinitus sed finitus: atqui excessus inter satisfactionem Christi Domini, & satisfactionem Deiparæ Domine est infinitus, cum hæc posterior satisfactio sit puræ creaturæ; ergo hæc non erit condigna, & æqualis satisfactio.

Respondeo, quod licet gratis admittatur allegata sententia, eo quod non repugnet excessus comparativus perfectionis inter terminos infinitos simpliciter, vt videre est inter volitionem divinam à se, & volitionem theandricam ab alio; & licet admittatur etiam excessus ille comparativus inter eas duas cognitiones Dei nequit admitti in ipsis cognitionibus vltus excessus absolutus, aut comparativus, respectu sui termini obiectivi nempe Dei comprehensæ ab illis, alioqui enim via cognitio perfectior ex illis esset comprehensio Dei; & alia cognitio imperfectior ex illis non esset comprehensio Dei; siquidem non attingeret; seu non adæquaret perfectionem Dei, quam attingeret, & adæquaret altera cognitio perfectior comprehensiva Dei; vt clare constat. Deinde licet admittatur absolute maior, simulque admittatur absolute minor argumentis distinctio tamen consequens sic: non erit condigna, & æqualis satisfactio, respectu peccati mortalis, pro quo exhiberetur à Deipara Domina; nego consequentiam: peccatum autem est terminus quocum debet fieri comparatio satisfactionis condignæ pro peccato, vt de se clarescit, & respectu ipsius peccati est super condigna; super æqualis, & superabundans valor satisfactorius meriti theandrici Christi Domini; qualis autem sit valor satisfactorius meriti Deiparæ Domine quoad superabundantiam respectu peccati; & ex quo capite deducatur, infra constabit.

22. Objic. tertio. Iuxta solemne axioma theologicum, *Actiones sunt suppositorum*: ergo si non datur æqualitas suppositi, seu personæ satisfaciens, nequit esse condigna, & æqualis actio satisfactoria pro peccatis.

23. Respondeo, illud axioma communiter attribui Aristoteli, in ipso tamen non reperitur, vt testantur eruditi Recentissimi P. Vasquez; eo modo quo communiter etiam attribuitur S. Hieronymo illud aliud solemne axioma, *ex inordinata prolacione verborum oritur heresis*, quod tamen in S. Doctore non invenitur, vt ipsi Recentes contestantur. Licet autem illud axioma allegatum ab adversarijs reperiat in Concilio Florentino apud P. Rhodes, tomò 1. disp. 6. quæst. 2. sect. 8. illudque ibi assumptum fuerit à Ioanne Theologo sect. 10. Concilium tamen tantum approbavit eius conclusionem, secus vero eius rationem, vt adnotat ipse P. Vasquez, eo modo quo Synodus 7. generalis tantum approbavit conclusionem alterius Theologi circa Angelos depingendos, secus tamen eius rationem falsam petitam ab eo quod Angeli essent corporei, quod falso Græci intenderant. Proindeque cum allegatum axioma tantum habeat auctoritatem communem Theologorum, à quibus vt verum recipitur, tantum erit verum in eò sensu, in quo communiter recipitur à Theologis, scilicet in sensu denominativo, vt videre est in Christo Domino cuius actiones in sensu reali physico non sunt physice à substantia Divina Verbi in particulari; siquidem *operationes ad extra sunt communes toti Trinitati*; vt ipsi theologi proclamant.

24. Vnde informè admisso antecedente in sensu proxime exposito, distinguo consequens sic; si non datur æqualitas suppositi, seu personæ satisfaciens, respectu peccati, seu offensa pro qua exhibetur satisfactio condigna; concedo respectu personæ offensa, cui exhibetur satisfactio condigna; nego consequentiam. Solutio constat ex nuper dictis ad præcedens argumentum nùm. 21. sufficit enim, quod valor satisfactorius dignificetur à Maternitate Divina, & quod hæc dignificet personam Deiparæ Domine, sicut dignitas Regia personam Regis, adhuc vt datur æqualitas ad minus respectu peccati lethalis, & offensa gravis Dei, pro qua exhiberetur satisfactio à Deipara Domina, in cuius proinde merito admittitur valor infinitus simpliciter ad omne præmissum possibile

laudato P. Cardenas, ibidem, cap. 21.
25. Omitto autem pro nunc assumere paritatem à satisfactione condigna in humanis: sive pro mea conclusione reboranda, cum illa detur in plebeio solvente centum nummos Regi; sive contra meam conclusionem, si aliter discurratur; de hoc enim puncto infra sermo redibit.

SECTIO III.

AN SEMEL SUPPOSITO, quod nulla alia pura creatura potuerit satisfacere de condigno pro aliquo peccato lethali, Diva Virgo MARIA ut Mater Dei condignè saltem satisfacere potuerit pro illo?

26. **C**elebris increbuit hæc quæstio inter nostrates Recentiores pro affirmativo placito militantes, & pro ipso allegantes M. Prudentium, & Sanctos Patres infra laudandos; nec enim eadem est ratio de satisfactione finita simpliciter alterius cuius libet puri hominis adhuc ornati gratia habituali infinita secundum quid, videlicet secundum intentionem gradualem; ac de satisfactione infinita simpliciter Deiparæ Dominæ, seu Divæ Virginis MARIE ut Matris Dei, ut potè dignificata à Maternitate Divina, à qua singularis hæc persona humana collocatur immediatè in supremo ordine infinito unionis hypostaticæ; unde non semel, sed sæpe allegatus est à me S. Ioannes Damascenus predicans, infinitum esse discrimen, seu excessum in re Dei Matris, & inter Servos Dei, scilicet alios homines iustos ornatos quamtaliter gratia habituali,

quam sanè infinitè excedit gratia maternalis divina, ut supra ex professo demonstratum est.

SVBSECTIO I.

AFFIRMATIVUM placitum eligitur, & probatur.

27. **P**lacet iam satis accepta sententia affirmativa, & conclusio tenens, Divam Virginem **MARIAM** ut Matrem Dei potuisse saltem condignè satisfacere pro peccato mortali, adhuc supposito, quod nulla alia pura creatura potuerit satisfacere de condigno pro illo. Pone autem, tale peccatum mortale fuisse homicidium Petri, sive hoc fuerit finitum, sive infinitum; hoc enim salvatur veritas conclusionis sufficienter, ut pro nunc præscindam à Christicidio, aliisque peccatis mortalibus, de quibus infra disceptatio erit in communi.

28. Probatur primò communi consensu Sanctorum Patrum, & Sacrorum Conciliorum docentium illud quasi primum principium Theologicum, scilicet concedendum esse Divæ Virgini **MARIÆ** ut Matri Dei, quidquid nobilitatis & excellentius est, licet alteri puræ creaturæ non concedatur, ut supra probatum manet, tum tract. 3. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 3. & 4. tum tract. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 9. Sed quia hoc pendet etiam à non repugnantia rationis, & ad rem Doctorum lux S. Augustinus prædicat sermone de Assumptione, quod *ubi scriptura Divina nihil de Virgine Matris Dei commemorat; inquirendum est, qui conveniat rationi, fiatque ipsa ratio auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas.*

29. Probatur secundò ratione virginitatis, ut potè evertente principale fundamentum adversum communiter decantatum, ad homines licet deò nequiret **Divæ Virgo MARIA** ut Mater Dei; sive

Deipara Domina, in casu quæstionis satisfactura saltem condignè pro aliquo peccato mortali, quia cum non sit persona divina, sed creata, ac proinde inferior, ac infinitè distans à persona divina offensa, nequit utique exhibere Deo offenso condignam, & æqualem satisfactionem pro peccato mortali; ut potè quæ requirit æqualitatem personæ satisfaciens condignè respectu personæ divinæ offensa per peccatum mortale: atqui licet Diva Virgo **MARIA** ut Mater Dei non esset persona satisfaciens æqualis, sed inferior respectu personæ divinæ offensa per peccatum mortale, posset exhibere saltem condignam, & æqualem satisfactionem pro peccato mortali; adhuc in casu quæstionis; ergo adhuc in casu quæstionis, scilicet supponente non satisfactionem de condigno alterius puræ creaturæ, Diva Virgo **MARIA** ut Mater Dei posset saltem condignè satisfacere pro peccato aliquo mortali.

30. Maior syllogismi est princeps fundamentum adversariorum. Minor autem constat ex probamentis à me sectione immediate præcedente à num. 14. ubi ex professo ostensum est, non esse de conceptu condignæ satisfactionis æqualitatem personæ satisfaciens respectu personæ offensa; sed illam satisfactionem subsistere adstante inferioritate, ac in æqualitate personæ satisfaciens respectu Dei offensa, adhuc in principijs adversariorum, contra quos instat auro dicta ibi à num. 15. & deducta num. 18. consequentia autem liquida est.

31. Probatur tertio ratione ulteriore pro pro mea conclusione; nam licet nulla alia pura creatura possit offerre Deo æqualem compensationem pro aliquo peccato mortali, seu offensa gravi ipsius Dei, eo quod nequeat offerre opus; in quo æque complaceat Deus, ac ac displicuit in tali peccato, saltem si infinitum fuerit; nihil ominus tamen Diva Virgo **MARIA** ut Mater Dei posset offerre Deo æqualem compensationem pro tali peccato adhuc si infinitum fuerit, seu tale supponatur; eo quod posset offerre opus, in quo æque saltem complaceat Deus, ac displicuit in tali peccato; scilicet opus dignificatum à Maternitate Dei infinita simpliciter; v. g. opus

consentiendi in morte subeunda à suo filio Deo homine pro redemptione generis humani; siquidem Sancti Patris prudentiores alij non minus extollunt dignitatem, & dignificationem Maternitatis Divinæ infinitæ simpliciter, quam ponderant ipsi gravitatem peccati mortalis à Deo offenso infinito simpliciter, ut ex ipsorum testimonijs adductis in superioribus disputationibus patet; ergo licet nulla alia pura creatura possit sit &c.

SVBSECTIO II.

SATISFIT OBJECTIONIBUS.

32. **O**bjicis primò. Dignitas Maternitatis Dei infinitæ simpliciter non constituit personam Divæ Virginis **MARIÆ**, ut supra demonstratum est; ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; non constituit physice essentialiter; concedo antecedens; non constituit moraliter, id est, non dignificat; ac infinita in estimatione morali; nego antecedens, & consequentiam; quia inde creascit, ac infinitatur etiam moraliter valore satisfactorius meriti Divæ Virginis **MARIÆ** ut Matris Dei; sive Deiparæ Dominæ; quæ ut talis dicit constituit formam intrinsecam Maternitatis Divinæ infinitæ simpliciter; non obstantè inferioritate; ac distantia infinita illius personæ secundum se, & nude sumptæ; ut proxime ponderatum est, & ultra declaratum num. 20.

33. Objicis secundò per instantiam. Relatio Maternitatis Dei non distinguitur realiter à persona Divæ Virginis **MARIÆ**; quæ secundum se est fundamentum illius; ergo.


Respondeo, distinguo antecedens; non distinguitur realiter ad æquitate; concedo antecedens; non distinguitur realiter in adæquate; nego antecedens, & simul consequentiam; nam superaddit terminum tanquam in adæquate

tum constitutum intrinsicum ipsius, nempe filium Deum hominum, modo infinito eo num. 20. præcedentis sectionis, & defenso ex professo supra trac. 2. disp. 2. sec. 3. per totam.

34. Obijc. tertio. Si Verbum Divinum assumpsisset naturam irrationali leonis; Maternitas Dei leonis conveniret leonæ Matri ipsius, posset satisfacere condigne pro peccato mortali: ergo pariter in casu questionis theologizandum erit.

Respondeo, & simul rogo ab adversarijs, si in casu illo posset natura leonis assumpta à Verbo Divino satisfacere condigne pro peccato mortali? Nec ne? Quidquid enim ipsi responsum velint dare huic rogationi, solutio erit eorum objectioni: & quidem si recurrant ad incapacitatem naturæ irrationalis assumptæ à Verbo filio, idem recursus manifestus est ad incapacitatem naturæ irrationalis Matris Dei leonis; unde patet disparitas ad negandam consequentiam in casu præsentis questionis.

35. Denique possunt hic obijci, & instaurari tria argumenta proxime proposita in antevergente sect. 2. subsect. 2. à num. 19. sed cum ibidem constet eorum sufficiens solutio, supervacua foret repetitio. Alia in super argumenta in sequentibus sectionibus referentur, & resollentur. Et quidem, si quis velit, prædictâ satisfactionem fore ex toto rigore iustitiæ facili negotio hoc adstruet ex supra stabilitis, maxime si Maternitas Dei promerita sit condigne, & titulus iustitiæ; ex vi secundi decreti remuneratorij; ita ut primum decretum gratuitum se habeat præ suppositivo; poteritque discurrere à paritate satisfactionis Christi Domini ex toto rigore iustitiæ, licet hic non urgeat gravis difficultas petita à necessaria aternitate personarum, quæ ibi magni momenti est.



SECTIO IV.

AN PRÆDICTA SATISFACTIO DEIPARÆ DOMINÆ FORET SUPERABUNDANS PRO PECCATO MORTALI ADHUC INFINITO?

36. PRO plena noticia eorum, quæ hæctenus dicta sunt de valore satisfactorio meriti dignificati à Maternitate Dei infinite simpliciter, fas est præfixam questionem investigare, ex cuius resolutione hucusque stabilita ultriâ constabunt.

SVBSECTIO I.

AFFIRMANS CONCLUSIO stabilitur.

37. PLacēt affirmativa conclusio tenens; valorem satisfactorium meriti dignificati à Maternitate Dei infinite simpliciter fore superabundantem pro peccato mortali adhuc infinito. Hæc conclusio satis insinuata est in superioribus; & probatur eodem modo ac præcedens immediate num. 28. quæ proinde probatis in præseti instauranda est pro sufficiente auctoritate huius.

38. Probatur in super; nam ideo iuxta adversario; satisfactorius valor meriti Christi Domini est superabundans pro peccato mortali adhuc infinito, quia magis placet Deo quam displicuit peccatum mortale adhuc infinitum: atqui etiam valor satisfactorius meriti dignificati à Maternitate Dei infinite simpliciter magis placet Deo, quam displicuit peccatum mortale adhuc infinitum. ergo

ergo valor satisfactorius meriti dignificati à Maternitate Dei infinite simpliciter foret superabundans pro peccato mortali adhuc infinito. Maior constat apud plerisque Theologos; vel assignet aliam rationem; quamcuque enim animam comprehendant probationes minoris; ad quas pergo.

39. Probo minorem; tum quia iuxta plerisque adversarios ideo valor satisfactorius meriti Christi Domini magis placet Deo, quam displicuit peccatum mortale adhuc infinitum; quia tale adhuc infinitum, quia valor ille dicit unionem moralem cum personalitate Verbi Divini fundatam in unione physica reali substantiali cum ipso, & identitate suppositi divini, qua tamen caret peccatum mortale adhuc infinitum: atqui etiam valor satisfactorius meriti dignificati à Maternitate Dei dicit unionem moralem cum Maternitate Dei constituta essentialiter per personalitatem ipsam Verbi Divini fundatam in unione physica reali substantiali cum ipso, & in identitate cum supposito divino, quæ tamen caret peccatum mortale adhuc infinitum: ergo. Minor constat, nam eam unionem physicam realem substantialem cum toto supposito Deo homine defensant in Deipara Domina gestante in utero materno Christum Deum hominem Theologi gravissimi cum Illustrissimo Verritigotti, & M. Saavedra, vestig. 1. disp. 24. sect. 1. à num. 1090. illam autem identitatem cum supposito divino; & cum ipso Deo adstruunt in Deipara Domina plures Sancti Patres; quorum memini supra in hoc ipso tract. disp. 1. sect. 1. num. 7. Vide infra; sect. 12. num. 127.

40. Tum etiam, quia ratione huius identitatis, singularisque conjunctionis cum Deo; quæ gaudet Deipara Domina; & quæ caret peccatum mortale adhuc infinitum; collocatur Deipara Domina tam in ordine immediato supremo unionis hypostaticæ ab ipsa productæ, quam in ordine infinito, & supremo divino; ut ex Sanctis Patribus defensant P. Rhodes, & Eximius Suarez citati à me ibidem num. 8.

41. Tum in super, quia præter hæc identitatem, & singularem conjunctionem cum Deo homine, consideratur ipse per modum formæ intrinsicæ dignificantis suæ

Matræ, ac proinde valorizatis satisfactorio ne ipsius eo quod Deipara Domina infinitur à suo Filio Deo homine quati in finita imago illius, ut docet D. Th. in Opusculo char. ubi ait: *Hanc fecit Dominus infinitam imaginem bonitatis suæ*: at peccatum mortale infinitum aliter infinitur à Deo se habente per modum termini extrinseci obiectivi, quatenus peccatum mortale est gravis offensa facta contra Deum.

42. Tum denique; quia dignitas Maternitatis Dei tanta est, ut S. Bernardinus Senensis in serm. 61. de B. V. attribuat illi quamdam æqualitatem cum Deo; per hæc verba: *quod femina conciperet, & pareret Deum, est; & fuit, miraculum miraculorum; & oportuit enim feminam elevari ad quamdam æqualitatem divinam*: cum autem hac excellentia careat peccatum mortale adhuc infinitum in sua gravitate; vadeat utique superabundans valor satisfactorius meriti dignificati à Maternitate Dei, in quo proinde magis placere, quæ displicere in tali peccato, prædicabitur de Deo. Vide infra sect. 11. num. 111.

SVBSECTIO II. OBJECTIONVM VIS ENERVATUR.

43. Obijc. 1. Valor satisfactorius meriti theandrici Christi Domini est superabundans pro peccato mortali adhuc infinito simpliciter: ergo valor satisfactorius meriti non theandrici dignificati à Maternitate Dei non erit superabundans pro tali peccato; alioqui utrumque meritum erit æquale.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam; sufficit enim pro differentia utriusque meriti, & satisfactionis maior superabundantia relucens in merito; & satisfactione theandricæ Christi Domini; quæ etiam extenditur ad omne peccatum possibile; & talis est non solum quoad sufficientiam; sed etiam quoad efficaciam; pro toto peccatorum infinito cumulo; iuxta infra statuenda. Nec resle arguitur æqualitas utriusque meriti; & utriusque satisfactionis ex eo, quod sit superabundans sicut non arguitur æqualitas volitionis creatæ Christi Domini, & volitionis intrinsecæ



creata Dei: ex eo, quod utraque sit infinita simpliciter: ratio enim utrobique est eadem, scilicet quia in sua linea superabundantia, & infinitudinis simpliciter se habent aliter, & aliter, ut supra adnotatum est.

44. Hinc præoccupatur difficilis instantia petita ex eo, quod si satisfactio superabundans Christi Domini est maior satisfactio superabundante Deiparæ Domine, hæc posterior non erit infinita simpliciter, cum in sua linea admitat aliam maiorem, contra rationem Entis infiniti simpliciter. Præoccupatur, inquam, quia exemplo proximè recensito constat aperte falsitas huius discursus si quidem in linea volitionis maior est, ac perfectior, & superior volitio increata Dei, volitione creata Christi Domini; & nihilominus hæc posterior est infinita simpliciter, ut tenent ipsi adversarij: immò nec est posterior volitio tam grata Deo, ac est illa prior volitio increata Dei, in qua magis complacet sibi Deus, ut potè in volitione à se, identificata que realiter cum ipso Deo; ergo ex hoc capite nil inferitur adversans meam conclusionem. Sed pro pleniori solutione, consulat precor dicta à me supra tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsect. 2. num. 25. ubi hoc punctum satis elucidavi, & explicitè alio exemplo demeritorum, seu peccatorum, supposita in illis infinitudine simpliciter.

45. Denique, licet satisfactio Deiparæ Domine excedatur à satisfactio Christi Domini, (nam propter quod unum quodque tale, & illud magis) cum tamen non excedatur à peccato mortali adhuc infinito, sed potius excedat tale peccatum, ordinemque infinitum ipsius, ut aperte constat ex probamentis meæ conclusionis, erit utique satisfactio superabundans pro illo, attenda dignitate utriusque.

46. Objic. 2. Licet libertas voluntatis humanæ in actu primo dicat constitutive omnipotentiam divinam infinitam simpliciter, minime inferitur inde infinitudo simpliciter, nec superabundantia actus nostri liberi respectu peccati mortalis: ergo pariter in casu quæstionis.


Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam, ac paritatem, ratio enim disparitatis est clara, siquidem in illa constitutio est pure physica, &

quasi per aggregationem, ut est cœxistentia physica simultanea Dei, & Petri, quæ infinitetur moraliter: aut in casu quæstionis dignitas Maternitatis Dei, & dignificatio operis Deiparæ Domine infinitantur moraliter ab unione physica constitutione morali, & identitate cum Deo, quas satis explicui supra à num. 39. inter probandum meam conclusionem.

47. Objic. 3. Si valor satisfactorius meriti dignificati à Maternitate Dei esset superabundans pro peccato mortali adhuc infinito simpliciter, etiam valor satisfactorius meriti dignificati à gratia habituali, saltem infinita in intentione, esset superabundans pro tali peccato: atqui hoc est absurdum: ergo & illud.

Respondeo, hoc argumentum esse contra suppositum totius huius disputationis, ut ipso in limine adnotavi supra sect. 1. subsect. 1. num. 4. Deinde nego sequelam maioris; nam infinitudo gratiæ habitualis secundum intentionem est infinitudo secundum quid; sic ut tam enim infinitudo supposita peccati mortali, & infinitudo stabilita Maternitatis Dei, quæ est talis simpliciter, ut in superioribus expresso demonstratum est. Nec restat aliqua instantia excogitabilis ab adversarijs; quæ à me proposita, & soluta non sit circa comparisonem factam inter gratiam habitualem, & gratiam maternas, seu Maternitatem Dei; tum tract. 2. disp. 1. sect. 3. subsect. 2. tum disp. 2. sect. 3. subsect. 2. recolantur dicta ibi.

48. Alia autem argumenta infra proponenda, & dissolvenda sunt, cum quæ militent contra alias conclusiones à me defensandas; in sequentibus sectionibus. Si tamen aliquis arguat impossibilitatem satisfactionis condignæ simul, ac superabundantis; instauranda sunt ea, quæ de hoc puncto stabilita manent in præcedente disp. 2. sect. 3. per totam.



SEC.

SECTIO V.

AN SUPPOSITO,
quod satisfactio Deiparæ
Domine esset finita
simpliciter, foret condigna,
& superabundans pro peccato mortali
adhuc infinito
simpliciter.

49. Præsens quæstio à nemine hæcenus discussa est de satisfactione Deiparæ Domine; discutitur tamen inter recentiores Theologos de satisfactione Christi Domini sub eadem suppositione in tractatu de incarnatione, & affirmativam resolutionem amplectuntur ibi nonnulli cum P. Reynaudo fol. 252. num. 74. negantibus alijs.

SUBSECTIO I.

SENTENTIA AFFIRMATIVA
eligitur,
& probatur.

50. Placet affirmativa sententia, & conclusio tenens; quod adhuc supposita à finitudine simpliciter in satisfactione dignificata à Maternitate Dei, esset condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter. Hæc conclusio constat ex dictis, ac datis probationibus in præcedente conclusione à num. 39. quæ præ oculis habendæ sunt quoad auctoritatem, & rationem.

51. Probatur; nam adhuc facta talis suppositione, satisfactio dignificata

à Maternitate Dei maneret in ordine superiori stimabilitatis moralis excedente ordinem stimabilitatis moralis in quo esset peccatum mortale infinitum simpliciter; ita ut inde valor moralis illius satisfactionis excederet moraliter valorem, seu gravitatem talis peccati mortalis: ergo adhuc supposita finitudine simpliciter in satisfactione dignificata à Maternitate Dei, esset condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter. Consequentia legitime inferitur: antecedens probatur: tum quia illa satisfactio dignificata à Maternitate Dei maneret in esse operationis provenientis à Deiparæ Domina collocata in ordine superiori unionis hypostaticæ, & in ordine supremo divino, constituta que in ratione Matris Dei per ipsum filium Deum, quocumque habet identitatem, ut constat ex dictis loco proximè citato: tum etiam quia illa satisfactio maneret cum sua unione moralis fundata in unione physica reali substantiali respectu ipsius Dei, immò & in identitate saltem morali ipsius Dei, ut ibidem ostensum est ex Sanctorum Patrum, ac Theologorum doctrina: nunc sic: atqui eo ipso illa satisfactio, adhuc in facta suppositione, maneret in ordine superiori stimabilitatis moralis excedente ordinem stimabilitatis moralis, in quo esset peccatum mortale infinitum simpliciter; siquidem hoc non est in ordine adeo superiori ratione lux infinitudinis, & valoris moralis, ut ex argumentorum solutione claresceret: ergo adhuc facta tali suppositione, satisfactio dignificata à Maternitate Dei &c.

52. Roboratur ex illo solempni axioma; *supremum infimi non attingit infimum supremi*: scilicet supremum, infinitumque, ordinis infimi, ac inferioris, non attingit infimum, finitumque ordinis supremi, ac superioris: unde ad rem inferunt plures Theologi cum Cardinali de Lugo in tract. de Incarn. quod licet sanctitas humanitatis Christi Domini finita simpliciter sit, etiam si proveniat à sanctitate increata Verbi Divini; nihilominus tamen illa sanctitas finita simpliciter non attingitur; ut pote ordinis supremi, ac superioris, ab alia sanctitate infinita gratiæ habitualis, ut pote ordi-

ordinis infirmi, ac inferioris; immò nec attingitur illa sanctitas finita simpliciter Christi Domini à gravitate peccati mortalis infiniti simpliciter, propter eandem rationem ordinis superioris: ergo iure discurrere licebit in casu præsentis quæstionis, & suppositionis; ut etiam discurrere licet laudatis Recentioribus de satisfactione Christi Domini in simili casu, & suppositione finitudinis simpliciter ex communi sententia scotistarum eam defensantium cum Scoto in 3. dist. 19. quæst. unica, §. in ista. Vide infra sect. 12. n. 127.

SUBSECTIO II.

ARGUMENTATIONES EXARMIANTUR.

53. **O**bjc. primò. Sancti Patres ostendunt condignitatem, & superabundantiam satisfactionis Christi Domini pro peccato mortali ex eo, quod talis satisfactio sit infinita simpliciter: ergo semel supposita finitudine simpliciter in satisfactione, sive Christi Domini, sive Deiparæ Domine, nequi rer subsistere condignitas, aut superabundantia talis satisfactionis.

Respondeo, hoc argumentum non esse ad rem, siquidem Sancti Patres non sunt locuti ad casum suppositionis, sed absolute tantum; immò nec omnes illi recurrunt ad infinitudinem simpliciter satisfactionis tantum, sed etiam ad superioritatem ordinis, ex quo capite veritas conclusionis salvatur sufficienter. Sed claritatis gratia informa distinguo antecedens; ostendunt condignitatem, & superabundantiam infinitam simpliciter; concedo: ostendunt condignitatem, & superabundantiam præse aut quæ talis sit ex superioritate tantum ordinis, ac stimabilitatis; nego. Solutio clara est ex data doctrina, ex qua etiam evanescit falsitas illationis.

54. **O**bjc. secundò. Eo ipso, quod satisfactio illa esset in ordine superiori respectu peccati mortalis infiniti simpli-

citer, deberet esse satisfactio infinita simpliciter: ergo.

Respondeo, hoc argumentum esse contra suppositum, seu suppositionem quæstionis; proindeque distinguo antecedens; deberet esse satisfactio infinita simpliciter, ex vi hypotesis, seu suppositionis factæ; nego: ex vi alterius capitis, sive ex alio capite; & absolute loquendo; transeat. Recole proxime dicta num 52.

55. **O**bjc. tertio. Hypotesis, seu suppositio quæstionis est implicatoria in adiecto, ita ut ex vi ipsius sequatur quodlibet, videlicet quod illa satisfactio Deiparæ Domine esset finita simpliciter, & quod simul non esset finita, sed infinita simpliciter: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam ex vi hypotesis supponentis finitus dicitur simpliciter, sequitur tantum satisfactionem illam fore finitam simpliciter; alia autem pars contradictionis, nempe satisfactionem illam fore in se infinitam simpliciter re ipsa, non sequitur ex vi hypotesis; sed ex alio capite assignato in superioribus quæstionibus, siquidem infinitatur à dignitate Maternitatis Dei infinita simpliciter. Eodem que modo discurrebam supra ex professo circa alias similes suppositiones, qualis est illa, si Spiritus Sanctus non procederet à Filio; videantur dicta de hoc puncto late supra tract. 3. disp. 2. sect. 3. subsect. 1. num. 53.

56. **O**bjc. quarto. Peccatum mortale infinitum simpliciter requirit necessario satisfactionem infinitam simpliciter, immò etiam eam exhiberi à persona divina, ad hoc ut condigne, & superabundanter compensetur: ergo.

Respondeo, nego antecedens; nam ad condignam, & superabundantem compensationem pro tali peccato sufficit satisfactio ordinis superioris excedentis ordinem in quo est tale peccatum; & hanc satisfactionem dari in casu quæstionis probatum manet. Licet enim de facto, & absolute loquendo illa satisfactio sit etiam infinita simpliciter in se realiter; hoc tamen non est necessarium, simpliciter formaliter ad exigentiam peccati mortalis, & ad compensationem condignam, ac superabundantem pro illo; sicut licet de facto & absolute lo-

quendo, virtus divina productiva leonis sit etiam virtus productiva omnium possibilem in se realiter; hoc tamen non erat necessarium simpliciter formaliter ad exigentiam leonis, & ad productionem physiam ipsius leonis præcisè: & sic de alijs similibus. De falsitate autem alterius requisiti, scilicet personæ Divinæ satisfaciens æqualis respectu personæ divinæ offensæ, satis superque constat supra sect. 2. per totam.

57. **O**bjc. quinto. Peccatum mortale infinitum simpliciter displicet Deo infinite, & dehonorat Deum infinite; qualiter nec placet, nec honorat satisfactio illa, si supponatur finita: ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; taliter ut ex superioritate ordinis, in quo manet illa satisfactio, magis placeat Deo, magisque honorat Deum, quam displicuit, & dehonora vit peccatum mortale infinitum simpliciter; concedo antecedens: aliter, & à contrario sentiu; nego antecedens, & consequentiam. Solutio claret exemplo allegato nuper num. 52. siquidem in ea sententia Cardinalis de Lugo, quam etiam sequuntur Pp. Aldrete, & Esparza, sanctitas humanitatis Christi Domini per sanctitatem increatam Verbi Divini solum est finita simpliciter, quia finite sanctificatur humanitas; & nihilominus ex superioritate ordinis, quæ gaudet respectu peccati mortalis infiniti simpliciter, magis placet Deo, magis que honorat Deum illa sanctitas Christi Domini, quam displicuit, & dehonora vit illud peccatum ordinis inferioris.

58. **O**bjc. 6. Id, quod est æquale alteri rei infinite simpliciter, debet utique esse infinitum simpliciter: atqui illa satisfactio Deiparæ Domine, adhuc in hypotesi quæstionis, esset æqualis peccato infinito simpliciter, utpotè condignæ pro illo: ergo adhuc in hypotesi quæstionis deberet esse infinita simpliciter.

Respondeo, hoc argumentum petere contra suppositum quæstionis: sed in forma distinguo maiorem; id quod est æquale positive tantum, & in eadem linea; in qua altera res est infinita simpliciter; transeat: id, quod est æquale negative tantum, & in diversa linea, in qua fit comparatio cum altera re infinita simpliciter; nego maiorem; unde ad minorem

dico, illam satisfactionem Deiparæ Domine in hypotesi quæstionis esse æqualem negative tantum tali peccato, id est, non esse inferiorem illo, siquidem re ipsa esset superabundans pro ipso; nec comparatio fieret in eadem linea peccati, in qua illud est infinitum simpliciter, & in qua non est satisfactio illa utpotè quæ non est peccaminosa, ut de se constat. Ad illam autem superabundantiam, seu superioritatem, & excessum satisfactionis sufficit superioritas ordinis, seu lineæ, in qua est stimabilior moraliter, adhuc præcisè infinitudine simpliciter; ut clarè patet exemplo allegato humanitatis Christi Domini, quæ ut sanctificata finite per sanctitatem increatam Verbi Divini excedit, ac superat peccatum infinitum simpliciter, licet non sit infinita simpliciter, sed in ordine, ac linea superiori, ratione cuius est stimabilior moraliter.

59. **O**bjc. 7. per instantiam. Ut aliqua causa physica producat effectum infinitum in intentione, non sufficit, quod talis causa sit in ordine superiori, sed necessarium est, quod habeat virtutem infinitam ad productionem illius effectus infiniti: ergo pariter discurrendum erit in casu quæstionis.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam; ac paritatem; ratio enim disparitatis est clara, eo quod causa physica producat physicè suum effectum secundum virtutem physicam productivam illius, & non moraliter secundum superioritatem ordinis; atque stimabilitatem ipsius; alio qui homo produceret leonem, formicam; & alia infinita inferioris ordinis: at satisfactio illa est causa moralis, & causat moraliter secundum superioritatem ordinis; & stimabilitatem maiorem respectu peccati infiniti simpliciter, pro quo satisfacit; licet non sit infinita simpliciter in hypotesi quæstionis.

60. **O**bjc. 8. per urgentiam. Non est assignabile prædicatum vllum ex cuius defectu illa satisfactio desineret esse infinita simpliciter in hypotesi quæstionis: ergo.

Respondeo, nego antecedens; nam ipsi ad versarij negantes de facto Maternitatem Dei esse infinitam simpliciter assignant tale prædicatum, quod ex ip-

forum sententia suppono deficere in hypotefi quæstionis: licet in simili hypotefi de Christo Domino supponitur ex sententia Scotistarum deficere prædicatum, quod ipsi Scotistæ assignant, dum defacto defendunt satisfactionem Christi Domini non esse infinitam simpliciter, cum Scoto in 3. dist. 19. quæst. unica.

61. Objic. 9. Eo ipso, quod supponatur peccatum infinitum simpliciter supponitur constitutum per Deum offensum: atqui eo ipso peccatum non est in ordine inferiori respectu satisfactionis Deiparæ Dominæ: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; supponitur constitutum per Deum offensum, modo sufficiente ad hoc ut peccatum evadat infinitum simpliciter; concedo: modo necessario ad hoc ut peccatum evadat ordinis superioris, aut æqualis respectu ordinis in quo est satisfactio Deiparæ Dominæ; nego maiorem. Unde ad minorem dico, adhuc in hypotefi quæstionis satisfactionem Deiparæ Dominæ manere operationem dignificatam à Maternitate Dei constituta essentialiter intrinsecè, physice, & moraliter, per Filium Deum hominem, collocataque in ordine supremo unionis hypostaticæ, quæ physice producitur à Deipara Domina, habente simul identitatem cum Deo, & unionem physicam realem substantialem cum ipso Deo homine, ut ex Sanctorum Patrum, ac Theologorum doctrina ostensum est loco non semel, sed sæpe citato; ac proinde illa satisfactio Deiparæ Dominæ adhuc in hypotefi quæstionis maneret in ordine superiori, in quo non esset peccatum adhuc infinitum simpliciter, sed in ordine inferiori, ut sæpe declaratum ex exemplo sanctitatis Christi Domini, iuxta dicta, nu. 58.

62. Replebis. In eâ suppositione Deus offensus communicaret peccato infinito simpliciter suam divinitatem, & infinitatem simpliciter: ergo non esset in ordine inferiori respectu illius ordinis, in quo esset satisfactio Deiparæ Dominæ.

Respondeo, distinguo antecedens; communicaret uni vocè, & per identitatem, aut per unionem moralem fundatam in unionem physicam realem substantialem cum

Deo, nego antecedens: communicaret æquivocè, quatenus Deus summum bonum offenditur per summum malum peccatum mortale, & sine illa identitate, aut unionem moralem fundatam in unionem physicam realem substantialem cum Deo, concedo antecedens. Unde nego consequentiam siquidem satisfactio Deiparæ Dominæ gaudet illa excellentia priori, qua caret peccatum mortale infinitum simpliciter in hypotefi quæstionis: rectè autem stat inde communicari superioritatem ordinis tali satisfactioni, & præcindi ex vi hypothesis ab infinitudine simpliciter, sicut sæpe explanatum est exemplo sanctitatis Christi Domini, de quo satis.

SECTIO VI.

*AN SUPPOSITO,
quod Maternitas Dei
non esset forma sanctificans,
posset satisfactio ab illa dignificata
esse condigna, & superabundans pro peccato
mortali adhuc infinito simpliciter.*

63. **M**aternitatem Dei esse formam sanctificantem, ut quod ratione sui, ostensum est supra trac. 2. disp. 2. sect. 4. in præsentiarum tamen supponitur, non esse talem, sed præcisè esse radicem, cui debita est forma sanctificans, nempe gratia habitualis, sive physice, sive moraliter, iuxta varios opinandi modos Theologorum, quorum memini supra trac. 4. disp. 1. sect. 1.

SUB.

SUBSECTIO VNICA.

*AFFIRMATIVA
resolutio proponitur,
& propugnatur.*

64. **P**lacet affirmativa sententia, & conclusio tenens, quod adhuc supposito, Maternitatem Dei non esse formam sanctificantem, posset satisfactio ab illa dignificata esse condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter.


65. Probatur: nam licet ex vi hypothesis Maternitas Dei non esset forma sanctificans, sed tantum radix cui esset debita gratia habitualis sanctificans, nihilominus tamen Maternitas Dei esset forma moralis intrinsecè infinita simpliciter valoris illam satisfactionem Deiparæ Dominæ, illamque collocans in ordine morali superiori respectu ordinis in quo est peccatum infinitum simpliciter; ut constat eiusdem fundamentis, & rationibus, quibus in præcedente sect. 5. probata est superioritas ordinis illius satisfactionis adhuc præcisè ab infinitudine simpliciter ipsius, respectu ordinis inferioris in quo est peccatum infinitum simpliciter: ergo adhuc supposito &c. Consequentia liquet; quia eo ipso debet illa satisfactio esse condigna, & superabundans compensatio pro tali peccato; magisque placere Deo, quam displicuit ipsum peccatum, ut in superioribus conclusionibus ostensum est.

66. Roboratur à paritate: nam licet personalitas Verbi Divini pro vi virtualiter distincta à natura divina non sit forma sanctificans humanitatem Christi Domini, ut tenent plures Theologi, tam Iesuitæ cum P. Vasquez, quam Thomistæ cum M. Gonet intraët. de Incarnat. nihilominus tamen satisfactio Christi Domini ex dignificatione illius formæ est condigna, & superabundans pro

peccato mortali adhuc infinito simpliciter, ut defendant ipsi, & alij plerique Theologi cum suo Principe ac Præceptore Angelico D. Thoma, 3. p. quæst. 1. art. 2. ad 2. & quæst. 49. art. 8. Rursus, Cardinalis de Lugo, P. Aldrete, P. Espinosa, & alij supra laudati, addunt, quod licet Christus Dominus ut homo non accipiat inde sanctitatem infinitam simpliciter, nihilominus ex tali dignificatione, & ordine superiori, evadit eius satisfactio condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter, ut supra ponderatum est: ergo pariter in suppositione quæstionis satisfactio dignificata à Maternitate Dei evadet ex eisdem capitibus condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter.

67. Dices: semel supposito, quod Maternitas Dei non esset forma sanctificans, satisfactio Deiparæ Dominæ non esset grata Deo amicitier; ac per consequens non placeret Deo quantum displicuit peccatum mortale: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nã adhuc facta tali suppositione, Maternitas Dei esset radix gratiæ habitualis sanctificantis formaliter, & ratione huius, tam persona Deiparæ Domine, quam satisfactio ipsius, essent gratæ amicitier Deo; ratione autem ordinis superioris, & infinitæ simpliciter, placeret Deo plus quam displicuit peccatum infinitum simpliciter. Rursus, licet in Deipara Domina supponatur, deficere omnem formam sanctificantem; immò etiam esse instatù peccati mortalis, quod impossibile est; nihilominus eius satisfactio posset esse condigna, & superabundans pro tali peccato adhuc infinito simpliciter; ut in sectione immediate sequente defendo; ac proinde supercedeo alijs argumentis, quæ æque militant ad verius utramque conclusionem, & quæ proxime proponenda ac dissolvenda sunt.




SEC.

SECTIO VII.

AN SUPPOSITO,
quod per impossibile Deipara
Domina peccaret
mortaliter, posset in tali
statu satisfacere condig-
ne, & superabundanter
pro illo peccato infi-
nito simpli-
citer?

68. Licet in meis principijs
supra stabilitis trac-
t. 3. disp. 1. sect. 1. impossibile, ac impli-
catorium sit, Deiparam Dominam
vt talem committere vllum pecca-
tum adhuc in primo instanti reali suæ
Conceptionis, ratione Maternitatis Dei
mortaliter existentis, vt ibi ostendi ex An-
gelico Aquinate, & vltra ostendit Exi-
mius Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 4. quid-
quid sit de alijs discurrendi modis circa
impeccabilitatem Deiparæ Dominæ apud
Patrem Vegam, tom. 1. palæst. 1. 6. cert.
11. Supponitur tamen nunc possibilis
peccabilitas, immo etiam perpetratum
peccatum mortale à Deipara Domina,
exercitij gratia, vt tantæ dignitatis satis-
factoria vis magis elucescat; sicut eadem
suppositio fit in Christo Domino à Theo-
logis, alijs affirmantibus, & alijs negan-
tibus, in tali hypothese fore condignam,
ac superabundantem satisfactione Chri-
sti Domini pro suo peccato mortali infi-
nito simpliciter, vt videtur est apud Pa-
trem Arriagam de Incarnat. disp. 8. num.
45. & disp. 9. à num. 19.



SUBSECTIO I.

CONCLUSIO AF-
firmans stabilitur.

69. Dicendum: supposito per
impossibile, quod Deipa-
ra Domina peccasset mortaliter; posset
vtique in tali statu peccati, & simul
stante Maternitate Dei, satisfacere con-
digne, & superabundanter pro illo pec-
cato adhuc infinito simpliciter.

70. Probatur: nam in hypothese
huius questionis, satisfactio Deipa-
ræ Dominæ dignificata à Maternitate
Dei infinita simpliciter retineret suum
valorem moralem infinitum simpliciter
essetque in ordine superiori respectu ora-
ditis, in quo esset illud peccatum infini-
tum simpliciter, ex eisdem capitibus, quibus
hoc probatum manet in superiori-
bus sectionibus; ac proinde illa satisfac-
tio esset grata Deo, & placeret Deo plus-
quam displicuit illud peccatum; scilicet
attenta gratitudine stimabilitatis mora-
lis superioris, licet careret gratitudine
amicabilitatis; seu amicitie ex vi hypo-
these questionis: ergo supposito per im-
possibile, siue quod per impossibile Deipa-
ra Domina peccasset mortaliter, pos-
set vtique in tali statu peccati, & simul
stante Maternitate Dei, satisfacere con-
digne, & superabundanter pro illo pec-
cato adhuc infinito simpliciter.

71. Roboratur: nam ad rationem
seu conceptum, satisfactionis condignæ,
& superabundantis, vt talis non requiri-
tur necessario, quod persona satisfaciens
sit in statu amicitie, siue amica; & grata
gratitudine amicitie, sed tantum
gratitudine stimabilitatis moralis, res-
pectu personæ offensæ, cui exhibetur ta-
lis satisfactio, vt patet in humanis, siqui-
dem Rex Gallus adhuc inimicus respec-
tu Regis Hispani potest ipsi exhibere con-
dignam, & superabundantem satisfac-
tionem pro offensâ gravi illi irrogata, ita
vt ratione Regiæ dignitatis sit condig-
næ, & superabundans compensatio pro
talis

tali offensâ stimabilitate valoris, licet
non stimabilitate à micitia: ergo.

72. Et quidem, si vera sunt princi-
pia aduersariorum, qui tenent, peccatura
crescere in ratione offensæ ex vilitate, &
inferioritate personæ offendentis, ac de-
crescere ex dignitate, & superioritate
personæ offendentis; vt videre est in hu-
manis: tenentur vtique fateri, dignitatem
ac superioritatem Maternitatis Dei infi-
nitæ simpliciter conducere ad hoc, vt de-
crescente inde illo peccato Deiparæ Do-
minæ, & simul crescente dignificatione
illius satisfactionis ex eodem capite; con-
cipiatur condignitas, ac superabundantia
ipsius respectu illius peccati commissi
à Deipara Domina in hypothese qua-
estionis: ergo suppositio, quod per impos-
sibile, &c.

SUBSECTIO II.

SATISFIT OBIEC-
tionibus.

73. Obic. 1. Sancti Patres cum
Sancto Leone Papa serm.
de Nativit. docent, necessarium fuisse
hominem deificatum immunem à pec-
cato ad plenam satisfactionem pro pec-
cato: ergo.

Respondeo; perperam allegari
Sanctos Patres aduersus meam conclu-
sionem, siquidem ipsi loquuti sunt in sen-
su absoluto, & quoad redemptionem ge-
neris humani conclusio vero procedit
in sensu hypothetico; & quoad satisfac-
tionem alicuius saltem peccati moralis
commissi à sola Deipara Domina in hy-
pothese questionis; immo cum talis sa-
tisfactio deberet dignificari à Maternita-
te Dei, & hæc nequeat dari sine homine
deificato, seu Deo homine, temper salva
maneret necessitas huius circa illam sa-
tisfactionem pro peccato Deiparæ Do-
minæ adhuc in hypothese questionis
iuxta dicta supra sect. 1.

74. Obic. 2. Opus satisfactorium,
ac meritorium apud Deum debet esse
gratum ipsi Deo: atqui satisfactio Dei-

paræ Dominæ in hypothese questionis
non esset opus gratum Deo: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem;
debet esse gratum ipsi Deo, amicitie
siue gratitudine amicitie; nego maiorem
debet esse gratum ipsi Deo, stimabilitate,
siue gratitudine stimabilitatis; concedo
maiorem: vnde constat solutio ad mino-
rem iuxta proximè dicta in probamento
meæ conclusionis, elucidato satis exem-
plo manifesto petito ab humanis, num.
71. Maxime cum certum sit, quod licet
amicitia dependeat mutuo a personâ
etiam cui antea irrogata fuit offensâ; ni-
hilominus satisfactio secundum se pen-
det tantum à personâ satisfaciens; siqui-
dem ex iustitia satisfacit, dum exhibet ius-
tam compensationem respectu personæ
offensæ; sicut ex iustitia satisfacit, dum
reddit centum nummos debitos credito-
ri etiam inimico.

75. Obic. 3. Ideo illa satisfactio
Deiparæ Dominæ retinet in casu qua-
estionis ordinem superiorem respectu sui
peccati mortalis, quia retineret vnionem
moralem cum dignitate Maternitatis Dei
fundatam in vnione phylica; & identi-
tate saltem morali ipsius cum personâ Di-
uina, scilicet Deo homine: atqui hoc to-
tum est nullum in casu questionis; siqui-
dem eo ipso, quod Deipara Domina esset
in statu peccati mortalis non haberet cõ-
iunctionem, seu vnionem moralem cum
Deo, sed potius separationem moralem
à Deo, quatenus peccatum illud esset a ver-
sio à Deo: ergo.

Respondeo; concedo maiorem
& nego minorem; quia licet in casu qua-
estionis Deiparæ Dominæ non haberet
vnionem moralem cum Deo *via sanctifi-
cationis*, quatenus per actum grauitèr pec-
caminosum averteretur moraliter à Deo;
nilominus haberet, & retineret vnio-
nem, immo & identitatem moralem cum
Deo *via dignificationis*, quatenus retine-
ret in casu questionis Maternitatem Dei
dignificantem moraliter illam satisfac-
tionem Deiparæ Dominæ, per quam ipsa
converteretur ad Deum: hoc autem mi-
nimè repugnat secundum has diuersas cõ-
siderationes; & per diuersos illos actus,
quorum vnus esset criminofus, seu pec-
caminofus, & alius satisfactorius, vt am-
plius constat ex probamento meæ conclu-
sionis. Zz Ob-

76. *Objic. 4.* Illa satisfactio Deiparæ Dominæ esset condigna, quatenus procederet à Matre Dei; & simul non esset condigna, quatenus procederet à persona peccatrice: ergo ex hypothesi quæstionis sequeretur quodlibet; sicut alibi dicitur sequi quodlibet in alia hypothesi videlicet in qua supponitur, Deiparam Dominam peccasse in Adamo.

Respondeo, nego antecedens quoad secundam partem, & simul consequentiam: nam cum illa satisfactio Deiparæ Dominæ dignificata à Maternitate Dei infinita simpliciter retineret ordinem superiorem respectu peccati mortalis, ut satis ostensum est, deberet utique evadere condigna, & superabundans pro ipso peccato mortali; & placeret gratitudine maiori stimabilitatis Deo plus, quam displicuit tale peccatum ipsi Deo, ut probatum manet. Nec est vlla paritas ad illam aliam hypothesim memoratam in argumento, ex qua sane sequeretur quodlibet, nempe Deiparam Dominam contrahere peccatum originale infallibiliter ex vi hypothesi, & decreti divini efficacis inclusi in pacto generali; & simul non contrahere tale peccatum ex vi Maternitatis Dei incompossibilis essentialiter cum omni peccato; ut ex dictis suis in loco manifestum est; aut in hypothesi præsentis quæstionis supponitur Maternitas Dei compassibilis cum peccato mortali, & dignificans moraliter suam satisfactionem pro ipso peccato; unde nulla est ratio paritatis.

77. *Objic. 5.* Illud peccatum mortale minueret valorem moralem satisfactionis Deiparæ Dominæ: ergo non evaderet condigna, & superabundans pro ipso peccato.

Respondeo, distingo antecedens, minueret, positive; nego: minueret, negative; concedo antecedens; & nego consequentiam; nam tantum minueret valorem negative, quatenus impediret valorem *via sanctificationis*, quem haberet illa satisfactio, si non supponeretur illud peccatum mortale; aut non minueret positive valorem illius satisfactionis *via dignificationis*, & maioris stimabilitatis moralis in prædicato superioris ordinis se habente formaliter ad


valorem satisfactionis ut talis, quæ quidem non indiget necessario, & simpliciter statu sanctitatis, & amicitie in alia providentia, in qua sola procedit hypothesi præsentis quæstionis.

78. *Objic. 6.* Si in alio quolibet puro homine constituto infra ordinem unionis hypostaticæ daretur gratia habitualis, & simul daretur peccatum mortale personale, non posset condigne satisfacere pro tali peccato: ergo pariter in casu quæstionis.

Respondeo, transeat antecedens, quod quidem negatur absolute ab aliquibus Theologis cum P. Amico; disp. 6. de Incarnat. num. 50. deinde nego consequentiam, ac paritatem; disparitas enim est manifesta, siquidem in casu argumenti non daretur superioritas ordinis, & dignitatis infinitæ simpliciter, qualis daretur in casu quæstionis; ac proinde licet ibi non posset dari condigna satisfactio pro peccato mortali saltem infinito simpliciter, posset nihilominus dari in nostro casu.

79. *Objic. 7.* Peccatum illud personale Deiparæ Dominæ cresceret ex dignitate personæ offendentis ut pote decoratæ dignitate Maternitatis Dei; ergo.

Respondeo, nego antecedens, quia ex illo capite potius decreveret ratio offensæ, & cresceret ratio satisfactionis, ut constat exemplo petito ab humanis; siquidem eodem iure ac crescit ratio offensæ, decrescitque ratio satisfactionis, ex inferioritate hominis plebei; offendentis Regem Gallum; & contra, decrescit ratio offensæ, crescitque ratio satisfactionis ex dignitate Regis Hispani offendentis Regem Gallum; ergo pariter dicendum; & theologisandum est de dignitate Reginæ Mariæ Dei in casu quæstionis; de hoc autem puncto ultra constabit ex dicendis sectione sequente.




SEC3

SECTIO VIII.

AN MAIOR OBLIGATIO submittendi se Deo ex dignitate Maternitatis Divinæ arguat in Deipara Domina impotentiam satisfaciendi pro peccato mortali?

80. *C*Ogor singulare certamen inire cum P. Petro de Vvadingo disp. 1. de Incarnat. num. 63. & disp. 2. num. 25. ubi intendit probare, maiorem obligationem Deiparæ Dominæ erga Deum ratione Maternitatis Divinæ arguere minorem valorem, immodè & impotentiam satisfactionis condignæ pro peccato mortali, inter alias puras creaturas, quarum reliquæ non sunt obstrictæ tantâ obligatione, & gratitudine erga Deum; nam quanto magis crescit, maior que est obligatio personæ obloquentis, & satisfaciendi erga personam offensam; tanto magis decrescit, minor que est valor meritorius, ac satisfactorius respectu ipsius; negat tamen hic Author ibi, hunc discursum valere in Christo Domino. Quis tamen non videat absurdum minorandi valorem meriti; & satisfactionis Deiparæ Dominæ respectu ad alias puras creaturas infinite inferiores illa; & simul defectum tenoris consequentiæ in discursu allegato circa Christum Dominum, in quo sane potiori iure vrgeret, si esset alicuius momenti; ut iam constabit.



SUBSECTIO VNICA.

NEGATIVA RESOLUTIO eligitur, probatur, & propugnatur.

81. *P*Lacet assertio adversans doctrinam P. Vvadingo, & conclusio tenens: maiorem obligationem submittendi se Deo ex dignitate Maternitatis divinæ non arguere in Deipara Domina impotentiam satisfaciendi pro peccato mortali modo hæctenus defensato. Hæc conclusio satis constat ex hæctenus datis fundamentis auctoritatis, & rationis; sed vltra in particulari.

82. Probatur primò auctoritate, & consensu communi Sanctorum Patrum, & Theologorum vno ore docentium, concedendum esse Deiparæ Dominæ ratione dignitatis Maternitatis Dei omnè id, quod nobilius, ac excellentius est, præsentim si id concedatur alteri puræ creaturæ; ut videtur supra trac. 4. disp. 1. sect. 1. subsec. 1. atqui potentia satisfaciendi pro peccato mortali est quid nobilius, ac excellentius, id que conceditur alteri puræ creaturæ adhuc sola dignitate gratiæ habitualis decoratæ à pluribus Theologis, quibus in suo modo discurrendi assentitur Vvadingus; ergo concedenda est Deiparæ Dominæ ratione dignitatis Maternitatis Dei, infinite excedentis gratiam habitualement adhuc in ratione formæ sanctificantis potentia satisfaciendi pro peccato mortali; ac proinde absurdum erit arguere ex tali dignitate Maternitatis Dei in Deipara Domina impotentiam satisfaciendi pro peccato mortali, cum potius debeat inferri potentia satisfaciendi pro illo.

83. Probatur secundò ad hominem; nam si maior obligatio se submittendi Deo argueret in Deipara Domina, ratione Maternitatis Dei, impotentiam

sa-

fatisfaciendi pro peccato mortali, sequeretur manifeste, nisi Christo Domino dari impotentiam satisfaciendi pro peccato mortali, immo hanc dari potiori iure in Christo Domino, quam in Deipara Domina; at qui hoc est absurdum, & absolum a fide catholica: ergo. Probat sequela maioris: nam ideo per te datur illa impotentia satisfaciendi in Deipara Domina, quia quanto maior est obligatio se submitteendi Deo in persona obsequente, & satisfaciende erga Deum offensum, tanto minor est valor meritorius ac satisfactorius respectu ipsius Dei: atqui maior obligatio huiusmodi est, & potiori iure in Christo Domino ratione unionis hypostaticæ cum personaritate Verbi Divini concessæ a Deo humanitati Christi Domini, & ratione tituli fideiussoris omnium hominum, quam in Deipara Domina ratione Maternitatis Dei concessæ ipsi a Deo, & sine titulo vrgentissimo fidei iussoris: ergo. Probat minor, in qua sola sistit difficultas: nam maior illa obligatio oritur, & fundatur in maiori dono concessæ a Deo; maius autem donum Dei est unio hypostatica Maternitate Dei, ut de se constat; rursus, fundatur in titulo vrgentissimo fidei iussoris hominum relucente in solo Christo Domino, ut de se constat, & Sacra Pagina passim testatur: Christus autem ut homo satisfaciens est servus Dei, & minor Deo secundum humanitatem, cui non debetur divinitas, seu deitas secundum se.

84. Et quidem non video modum, quo P. Vvadingus possit aliter componere, Christum satisfecisse Deo ex toto rigore iustitiæ ut fideiussorem pro peccatis hominum; & meruerit apud Deum sine subiectione, quam ipse Vvadingus supponit constituere meritum, dum requirit, personam merentem, ac satisfaciendam esse obsequentem erga Deum; ut ex eius fundamento clarescit.

85. Denique, non video modum, quo componat hic Auctor inconueniens legitime illarum ex eius fundamento, scilicet Maternitatem Dei iam non fore donum; sed damnum, non prodesse, sed obesse ad merendum, & satisfaciendum apud Deum: idemque inconueniens sequeretur in Christo Domino ratione unio-

nis hypostaticæ, iuxta proximè ponderata,


86. Dices primò cum P. Vvadingo, Deiparam Dominam fateri in suo Cantico veritatem ab ipso propugnatam, per illa verba: *quia fecit mihi magna, qui potens est.* Contra nam ibi potius prædicat Deipara Domina suum meritum, dum ait: *Quia respexit humilitatem ancille sue; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes;* & subdit statim: *quia fecit mihi magna, qui potens est.* Unde verumque rectè componitur, si consideretur, Maternitas Dei ut Donum præsuppositivè, quod ut tale inducit eam maiorem obligationem obligationem gratitudinis; inde tamen ut dignitas propria Deiparæ Domine maiorem dignificationem infert eius meritis, & satisfactionibus; ut in Christo Domino theologifatur: cum hac tamen differentia ad rem, nempe quod Christus Dominus titulo fidei iussoris obligatus erat ad satisfaciendum pro peccatis; secus verò Deipara Domina, ut proximè innuatum est.

87. Dices secundò eum eodem operationes Christi Domini non esse debitas Deo secundum esse morale, sed tantum secundum esse physicum, ac proinde poterunt per illas mereri, & satisfacere apud Deum pro peccatis; secus tamen Deipara Domina, cuius operationes adhuc secundum esse morale erant debite Deo. Contra, nam omnes illæ operationes sunt æque entitates creatæ; & æque libere positæ sunt a Christo Domino, & a Deipara Domina: illud autem præteritis spectat ad esse morale; in quo ergo est differentia quoad punctum presentis difficultatis? Rursus verumque illud esse, scilicet physicum, & morale omnium illarum operationum creaturarum, indivisum in uno, ac inseparatum est; dum actualitèr eliciuntur: ergo ad utrumque esse extenditur æque supremum dominium proprietatis Dei in omnes res creatas. Deinde valor moralis operationum Christi Domini oritur ex dignitate personalitatis divinæ, sicut valor moralis operationum Deiparæ Domine oritur ex dignitate Maternitatis Divinæ; ergo æquo pede debent currere in puncto difficultatis denique iuxta innuata proximè, num.

86. de vniis, ac de alijs operationibus æquo modo theologifandum est quoad punctum presentis difficultatis; siquidè utrobique se habent antecedentèr, & præsuppositivè ratio doni, ac ratio dominij ad actum satisfaciendi dependentem a voluntate libere ponente operationem satisfactoriam pro peccatis: hoc autem explicatur optimè a Theologis ex pto petito ab humanis, v.g. si Rex donaret Petro sigillum regium, posset Petrus libere applicare sigillum; & cudere pecuniam, quæ satisfaceret ipsi Regi creditori, quin obstarèt donatio præsupposita; sicut nec dominium Regis.

88. Dices tertio; Christum Dominum in nulla consideratione esse personam obligatam, & subiectam Deo; secus tamen Deiparam Dominam, quæ quidem non est personæ divinæ, qualis est Christus Dominus. Contra: nam Christus Dominus est personæ Divinæ simul, ac humanæ, *Equalis Patri secundum divinitatem, & minor Patri secundum humanitatem*, ut docet S. Athanasius in symbolo Fidei; rursus quæ est fidei iussor satisfaciens Deo pro peccatis hominum, ut tertio quoque verbo docet sacra Pagina; & in his considerationibus Christus Dominus est obligatus, subiectusque Deo, & dicitur servus Dei, sine vlla indecentia, ut Theologia sana profitetur: unde fit, quod in Christo Domino detur aliqua maior obligatio fidei iussoris erga Deum creditorem, quæ in Deipara Domina non reperitur.

89. Constat igitur, maiorem obligationem se submitteendi Deo, maioremque titulum gratitudinis pro dono maiori antecedentèr accepto, non minuire valorem meritorium; ac satisfactorium Deiparæ Domine; alioquin potiori iure minueret valorem meritorium, ac satisfactorium Christi Domini; ut satis adversus vnum vnice aduersantem Vvadingum demonstratum est.



SECTIO IX.

AN SUPPOSITO,
quod Maternitas Dei non
esset forma elevans moralitèr personam Deiparæ Domine ad altiore[m] ordinem merendi,
& satisfaciendi,
obligatio orta ex tali dono divino minueret eius valorem meritorium, ac satisfactorium in ordine ad vitam æternam?

90. Occasionè præcedentis questionis occurrit hæc novæ difficultas; ut ex huius resolutionis vltra constet veritas antecedentis doctrinæ contra Patrem Vvadingum; proindeque breviter absolvenda est vnica subiectione.

SUBSECTIO VNICA.
NEGATIVA RESOLUTIO
eligitur; & elevatur.

91. Dicendum: licet Maternitas Dei non esset forma elevans moralitèr personam Deiparæ Domine ad altiore[m] ordinem merendi, & satisfaciendi; nihilominus tamen obligatio orta præcisè ex tali dono divino non minuetur.

minueret eius valorem meritorium, ac satisfactorium in ordine ad vitam æternam. Hæc conclusio clarescet exemplo tradito in eius probatione.

92. Probatur clarè a paritate rationis: nãm licet confirmatio in gratia non sit forma elevans moralitèr personam hominis confirmati in gratia ad altiorem ordinem, seu vltiorem gradum merendi; & satisfaciendi; nihilominus tamen obligatio orta præcisè ex tali dono divino non minuit eius valorem meritorium, ac satisfactorium in ordine ad vitam æternam: ergo paritèr licet Maternitas Dei non esset forma elevans moralitèr personam Deiparæ Dominæ ad altiorem ordinem, seu vltiorem gradum merendi, & satisfaciendi; nihilominus tamen obligatio orta præcisè ex tali dono divino, nõ minueret eius valorem meritorium, ac satisfactorium in ordine ad vitam æternam. Antecedens est certum, & consequentia liquet à paritate rationis: nãm cæteris paribus, opera supernaturalia hominis confirmati in gratia non sunt minoris valoris, nec sunt minus meritoria, ac satisfactoria, quam alia opera supernaturalia æqualia alterius hominis non confirmati in gratia, alioquin confirmatio in gratia non esset donum, sed potius dånũ, nec esset beneficiũ, sed potius maleficium siquidẽ induceret hoc decremẽtũ, ac nocuementũ valoris minoris personæ confirmatæ in gratia in ordine ad vitam æternam; quod paritèr inducendũ fore ex Maternitate Dei in casu quæstionis, cõtrat ex proxime ponderatis num 85.

93. Dices: Obligatio filij respectu sui patris minuit valorem meritorium ac satisfactorium ipsius filij respectu sui patris: ergo paritèr in casu quæstionis discurrendum erit.

Respondeo, ex hoc argumento inferri inconueniens contra fidem, scilicet obligationem filij ad optivi Dei per gratiam habitualemente minuire valorem meritorium, ac satisfactorium hominis iusti respectu ipsius Dei in ordine ad vitam æternam: immò etiam debere minus mereri hominem iustum majori gratia ornatum respectu Dei, comparatum cum alio homine minori gratia decorato; aut potius cum alio homine spoliato omni gradu gratiæ, in quo proinde

nulla esset obligatio filij respectu Dei; quæ omnia obtenebrant lumen rationis, & fidei. Proinde in forma distinguo antecedens absque lute prolaturum; si opus filij libere ponatur à filio, & à patre non exigatur alio titulo, sed potius supponatur facta illius cessio, & interueniat pactum vt inque onerosum; nego antecedens: si contingat a sitèr; transeat: solo enim illo priori modo consideratum opus filij respectu sui patris facit ad rem, & ita consideratum debet inde argui magis meritorium, hæc satisfactorium opus filij respectu sui patris, vt pote magis gratum ipsi patri; vt patet in opere, seu facinore, quo filius Regis præ alio extraneo liberaret patrem Regem à morte imminetè: ergo inde non est arguendum decrementum minoris valoris, sed potius incrementum maioris stimabilitatis, & gratitudinis, vt reteneat paritas, quæ sic non infirmat, sed potius confirmat hætenus stabilita.

SECTIO X.

AN, SUPPOSITA similitudine simpliciter peccati, posset Deipara Domina satisfacere saltem condigne pro toto cumulo peccatorum?

94. PRæsens quæstio supponit nullum peccatum esse infinitum simpliciter, sed potius quodlibet peccatum esse finitum simpliciter; & inquit, vtrum Deipara Domina per meritum dignificatum à Maternitate Dei infinita simpliciter potuerit satisfacere saltem condigne pro toto cumulo peccatorum existentium, præteritorum, futurorum, & possibilium? Et sane dubium non procedit de actu secundo satisfactionis, quo ad efficiẽtiam, sed tantum de actu

actu primo satisfactionis quoad sufficientiam, nec circa satisfactionem de facto, sed circa satisfactionem de possibili, attentà virtutè satisfactiva illius meriti.

SVBSECTIO I.

AFFIRMANS SENTENTIA stabilitur.

95. IN sensu nuperrime exposito, & attento tenore consequentia, placet affirmans sententia, & conclusio tenens; supposita finitudine simpliciter peccati, potuisse Deiparam Dominam, per meritum dignificatum à Maternitate Dei infinita simpliciter, satisfacere condigne, & superabundanter pro toto cumulo peccatorum. Hæc conclusio consonat alijs superioribus à me defensatis.

96. Probatur primò eiusdem fundamenti auctoritatis, & rationis, quibus supra probatum manet, Deiparam Dominam per tale meritum dignificatum à Maternitate Dei potuisse satisfacere condigne, & superabundanter pro peccato mortali adhuc infinito simpliciter; præsertim sect. 4. subsec. a num. 38. vsque ad 42. vnde arguo sic: Deipara Domina per meritum dignificatum à Maternitate Dei infinita simpliciter potuit satisfacere condigne, & superabundanter pro peccato mortali adhuc infinito simpliciter, vt satis superque constat ex fundamenti eo loco præiactis: ergo eodem iure potuit condigne, & superabundanter satisfacere pro toto cumulo peccatorum, supposita illorum finitudine simpliciter. Consequentia constat, & sane potiori iure, iuxta illud solemne dictum, *si vinco vincentem te; à fortiori vincam te*: ratio est, quia supposito peccato mortali infinito simpliciter, tale peccatum infinitum simpliciter vincit in dignitate valoris moralis totum cumulum peccatorum finitorum simpliciter; siquidem totus cumulus peccatorum finitorum simpliciter, infinitus est tantum

secundum quid; nemo autem cordatus dubitat, infinitum simpliciter tale vincere, ac superare infinitum secundum quid tale, vt ipsis, terminis perspicuum est.

97. Probatur secundò: nam, iuxta firmiter Doctorum iudicium, totus cumulus peccatorum venialium (immò si hæc infinita sint) vincitur ac superatur ab vnico peccato mortali, maxime si hoc sit infinitum simpliciter: ergo paritèr totus cumulus peccatorum finitorum simpliciter vincitur, ac superatur ac vnico peccato mortali in finito simpliciter in dignitate valoris moralis: ergo etiã vincitur ac superatur talis cumulus in dignitate valoris à merito Deiparæ Dominæ infinito simpliciter, vt pote vincente ac superante peccatum illud infinitum simpliciter.

98. Denique probatur conclusio absolute à superioritate ordine ordinis infinita simpliciter; maiori stimabilitate morali ipsius, & maiori complacentia Dei in ipsa, iuxta ea, quæ ponderata manent loco proxime citato, & vrgentiori modo proposita. idem idem sect. 5. a num. 52. ex quibus præsens conclusio vltra clarescit, nec indiget vltiore probatione.

99. Dices; ex datis ibi, & stabilitis alibi fundamentis, potius inferri, meam conclusionem debere admitti de ipso facto, & actu secundo satisfactionis Deiparæ Dominæ; siquidem huic debet concedi de facto omne id, quod est maioris excellentiæ, & perfectionis; vt ex Sanctis Patribus supra stabilitum est.

Respondeo, ex ipso titulo, & sensu exposito quæstionis constare, non procedere de ipso facto, & actu secundo satisfactionis Deiparæ Dominæ: neque hoc inferri necessario ex meâ, & Sanctorum Patrum doctrinâ, quæ sane tantum subsistit; quando manifeste non obstat vis auctoritatis, & rationis, vt obstat in hoc puncto de facto, & de actu secundo satisfactionis pro toto cumulo peccatorum proventientis à Deipara Domina; quando quidem sic inferretur, de facto, & quoad efficiẽtiam non fuisse redemptum genus humanum à solo Christo Domino, cum tamen ipse afferret oppositum, dum ait, *torcular calcavi*

folios, vt testantur Sacrae Paginae Expositores.

100. Nec tamen inconuenit in Deipara Domina admittere aliqualem concursum respectu illius redemptionis, qui minime de fraudet gloriam Redemptoris; illum scilicet aliqualem concursum admissum, & prædicatum à Sæctis Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ, dum Deiparam Dominam vno ore appellant *Corredemptricem* generis humani; in quo pio sensu accipitur D. Bernardus serm. 2. de Natiuitate. vbi ait: *Redempturus humanum genus pretium uniuersum contulit in MARIAM* similiterque intelligitur D. Ephrenus orat. ad Virg. vbi eloquitur sic: *Perte reconciliati sumus Christo Deo nostro filio tuo, tu Captiuorum redemptio, & omnium salus; aue uniuersi terrarum orbis reconciliatrix*; & sic de alijs.

101. Dices iterum: adhuc de possibili debere dari differentiam inter satisfactionem theandricam Christi Domini, & inter satisfactioem creaturæ puræ, qualis est Deipara Domina. Respondeo, adhuc de possibili dari eam differentiam inter vtramque satisfactionem; tum ratione maioris superabundantiæ satisfactioem theandricæ; tum ratione maioris extentionis ipsius satisfactioem theandricæ ad omnia peccata adhuc infinita simpliciter, aut potius ratione maioris intentionis ex dignitate personæ diuinæ satisfactioem superabundantem pro illis; vnde semper verum manet illud solemne axioma, *propter quod unumquodque, & illud magis*. Sed de hoc puncto satis egi supra sec. 4. subsec. 2. num. 43. & 44. recolantur dicta ibi.



SUBSECTIO II.

RESPONDETVR ARGUMENTIS.

102. **O**bjic. 1. Si subsisteret conclusio defensata, sequeretur, non fuisse necessariam simpliciter Incarnationem Verbi Divini pro redimendo genere humano: atqui hoc est maximum inconueniens aduersans doctrinam Sanctorum Patrum, inter quos Sanctus Ioannes Chrysostomus; tom. 3. oper. pag. 44. tonat sic: *Cecidit profecto natura nostra eo casu, vt restitui nullo pacto à quonam, nisi ab ea potentissima manu posset*; ergo.

Respondeo, hoc argumentum minime aduersari meæ conclusioni, nec meis principijs, potius enim ad fauorem ipsius, siquidem supra sect. 1. per totam ostendi, adhuc supposita hac satisfactioem Deiparæ Dominae fore necessariam simpliciter; & metaphysicè Incarnationem Verbi Divini, tum nequeat sine hac saluari satisfactio Deiparæ Dominae dignificata à Maternitate Dei, seu Verbi Divini incarnati: vnde in forma nego maioris argumenti; & in eo sensu minorem ipsius, siquidem S. Chrysostomus, & alij Sancti Patres loquuntur de ipso facto, & nõ de possibili, nec in eo sensu meæ conclusionis, & presentis questionis exposito supra num. 94. Inimò ipsi Sancti Patres ad fauorem meæ doctrinæ proximè tradita ex eorum principijs, num. 99. & num. 100.


103. **O**bjic. 2. Semel posita virtute satisfactiua in merito dignificata à Maternitate Dei pro toto cumulo peccatorum finitorum simpliciter, deberet poni satisfactio in actu secundo pro illo, atqui hæc repugnat: ergo.

Respondeo, nego maiorem, quia actus secundus satisfactioem illius dependet necessario ab acceptatione Dei, de qua non constat: sic licet quodlibet opus supernaturale dignificatum à personaliitate Verbi Divini in Christo Domino habeat ex se virtutem satisfactiuam superabun-

abundantem pro toto cumulo peccatorum adhuc infinitum simpliciter; nihilominus tamen ex defectu acceptationis Dei non fortitur effectum; Deus enim non acceptauit in satisfactionem, & redemptionem generis humani merita alia Christi Domini, nisi vt completa per mortem Crucis in actu secundo; vt adnotant Theologi in tract. de Incarnat.

104. **O**bjic. 3. Totus cumulus peccatorum est quid infinitum: ergo respectu illius nequit esse superabundans virtus satisfactiua meriti dignificati à Maternitate Dei.

Respondeo, distingo antecedens: est quid infinitum secundum quid, seu secundum numerum; concedo antecedens: est quid infinitum simpliciter; nego antecedens, hoc, enim negatum est in ipso supposito questionis: vt ex titulo præfixo patet: vnde nego consequentiam; quia cum meritum dignificatum à Maternitate Dei infinita simpliciter, sit vtique infinitum simpliciter eius virtus satisfactiua debet esse superabundans pro illo infinito secundum quid, quale est infinitum secundum numerum, si cur etiã in infinitum secundum intentionem; aut durationem: De alia autem suppositione finitudinis simpliciter ex parte satisfactionis Deiparæ Dominae, & finitudinis simpliciter ex parte peccati, egi supra sec. 3. vbi alia argumenta dissoluta sunt; & vltra hæc omnia clarè reseruentur ex iam dicendis.



SECTIO XI.

AN SUPPOSITA infinitudine simpliciter alicuius peccati; & satisfactione saltem condignam Deiparæ Dominae, pro illo; debeat necessario sequi, Deiparam Dominam posse satisfacere saltem condignè pro toto cumulo peccatorum adhuc infinitorum simpliciter?

105. **P**RO complemento earum difficultatum, quæ hæcenus discussæ sunt, præfens instituitur, & procedit de virtute satisfactiua, siue de actu primo satisfactioem dignificatam à Maternitate Dei; & de possibili; supponit autem eam virtutem satisfactiuam condignam saltem pro aliquo peccato mortali infinito simpliciter; & vltra progreditur ad investigandum de eius condignitate inde inferenda respectu totius cumuli peccatorum infinitorum simpliciter. Sed cum infinitudo peccati mortalis, quæ supponitur, possit accipi iuxta varios probabiles opinandi, ac discutendi modos Theologorum; necesse est premittere modum opinandi, & constituendi eam infinitudinem peccati mortalis; quæ in presenti questione supponitur: ad alias enim superiores questiones resolvendæ supposita est infinitudo peccati mortalis simpliciter vt cumque; siue ex quo cumque capite proveniat illa infinitudo simpliciter talis; nunc tamen modus in particulari illam constituendi præmittendus, ac præsupponendus est.

106. Præmitto igitur, & præsuppono, infinitudinem simpliciter peccati mortalis consistere in eo, quod peccatum mortale sit simpliciter summum in suo genere, quatenus ita continet in se formam, vel quasi formam infinitam simpliciter, ut contineat æquivalenter in se omnem rationem distinctam contentam sub illo genere, in quo est summum simpliciter. Hic est communior modus intelligendi, constituendi, & explicandi infinitudinem simpliciter peccati mortalis, iuxta doctrinam traditam ab Eximio Doctore 3. p. quæst. 10. art. 3. ad 3. ubi docet, infinitum simpliciter esse id, quo nihil maius est; ut videre est apud Sap. ac Rev. P. N. G. Thirsum Gonzalez, tomo 3. disp. 2. sect. 6. num. 28. & 39. ubi latè, ac eruditè probat, quodlibet peccatum infinitum simpliciter continere in se eminentè, seu æquivalentè, omnem malitiam offensivam reliquorum peccatorum; ac proinde Deum non offendi plus per vnum, ac per aliud, immò & per omnia peccata, ut potè quæ continentur in illo vno peccato.

SVBSECTIO I.

CONCLUSIO PRO- ponitur, & probatur assertivè.

107. **C**onclusio sit: supposita infinitudine simpliciter alicuius peccati mortalis in sensu communi proxime explicato num. 106. & satisfactione condigna Deiparæ Dominæ pro illo, debet necessario sequi, Deiparam Dominam posse satisfacere condignè pro toto cumulo peccatorum ad huc infinitorum simpliciter, saltem secundum intensivum. Hæc conclusio ex proximè præmissis, ac præsuppositis clarissima est.

108. Probatur: nam eo ipso, quod supponatur satisfactio Deiparæ Dominæ condigna pro vno peccato mortali

ita infinito simpliciter ut sit summum in suo genere, ac proinde contineat in se æquivalentè, seu eminentè, omnem rationem distinctam contentam sub illo genere, sive omnem malitiam offensivam Dei repertam in reliquis peccatis, in sensu proxime explicato num. 106. sequitur necessario, quod totus cumulus peccatorum æquæ infinitorum simpliciter non excedat intensive, seu secundum intensivum, illud peccatum mortale infinitum simpliciter, & summum simpliciter in suo genere, sive linea peccati, in qua continet intensive, æquivalentè, ac eminentè, totum ipsum cumulum peccatorum infinitorum simpliciter, ut re perpendenti patebit: atqui eo ipso quod totus cumulus peccatorum infinitorum simpliciter non excedat intensive, seu secundum intensivum, illud peccatum mortale infinitum simpliciter, & summum simpliciter, in quo ita intensive continetur ipse cumulus peccatorum infinitorum simpliciter; sequitur necessario, quod satisfactio Deiparæ Dominæ adæquans illud peccatum mortale, ut potè condigna pro illo, adæquet etiam totum illum cumulum peccatorum, & sit condigna pro illo saltem secundum intensivum; ergo supposita infinitudine simpliciter vnius peccati mortalis, in sensu communi explicato proxime num. 106. & supposita satisfactione condigna Deiparæ Dominæ pro illo debet necessario sequi, Deiparam Dominam posse satisfacere condignè pro toto cumulo peccatorum infinitorum simpliciter saltem secundum intensivum.

109. Minor, in qua sola sistit tota difficultas, ostenditur clarè; nam eo ipso quod satisfactio Deiparæ Dominæ adæquet illud peccatum mortale, ut potè condigna pro illo, & tale peccatum non excedatur secundum intensivum à toto cumulo peccatorum infinitorum simpliciter, sequitur necessario, quod ipsa satisfactio Deiparæ Dominæ adæquet talem cumulum peccatorum saltem secundum intensivum, & non excedatur ab illo; ac proinde possit esse condigna, & æqualis compensatio pro ipso cumulo peccatorum infinitorum simpliciter, saltem secundum intensivum; iuxta illud solemne principium, *quæ sunt æqualia unitario, debent esse*

esse æqualia inter se.
110. Roboratur; nam primarij Theologi defensores illum modum explicatum, & præsuppositum infinitudinis simpliciter relucens in peccato mortali, vultur, & nituntur exemplo meriti infiniti simpliciter Christi Domini pro stabilienda ea simili infinitudine simpliciter Christi Domini, pro stabilienda ea simili infinitudine simpliciter relucens in peccato mortali; unde virgo ab hac paritate sic arguens. Ideo non exceditur intensive, seu secundum intensivum vni meritum Christi Domini à toto cumulo meritum ipsius Christi Domini, quia est infinitum simpliciter; ita ut contineat in se intensive, eminentè, seu æquivalentè totum illum cumulum meritum æquæ infinitorum simpliciter: atqui eodem modo est infinitum simpliciter vni peccatum mortale, pro quo est condigna satisfactio Deiparæ Dominæ, ut supponitur in præsentatum ex proximè præmissis; ergo non exceditur a tali cumulo peccatorum infinitorum simpliciter illud vni peccatum mortale ita infinitum simpliciter: ergo satisfactio Deiparæ Dominæ, quæ supponitur condigna, & æqualis pro tali peccato, deberet esse æqualis & condigna pro toto illo cumulo peccatorum infinitorum simpliciter.

111. Dices; hinc inferri, quod si satisfactio illa Deiparæ Dominæ supponatur superabundans ex superiorioritate ordinis respectu illius peccati mortalis ita infiniti simpliciter, deberet vtrique esse superabundans pro toto illo cumulo peccatorum infinitorum simpliciter: unde non esset differentia inter illam satisfactionem superabundantem Deiparæ Dominæ, & inter aliam satisfactionem superabundantem theandricam Christi Domini.

Respondeo, transeat illatio, quatenus ea non opponitur nec conclusio- ni procedenti in tota suppositione satisfactionis condignæ Deiparæ Dominæ non tamè superabundantis, ut supponitur nunc èb arguente; licet ea opponatur tali suppositioni, seu supposito præsentis questionis ex communi sententia deficiente, infinitum inem peccati eo modo constitui, proindeque patroni huius sententiæ respondere tenentur pro vitando illato in-

conveniente. Sed tamen ex supra dictis vitari potest, cum saltem permaneat maior superabundantia satisfactionis theandricæ Christi Domini præ alia superabundantia minore Deiparæ Dominæ, factè comparatione præcisè inter ipsas duas satisfactiones superabundantes ita diversas inter se: sicut videre est inter duas satisfactiones; seu solutiones superabundantes debiti decem numerorum, si Petrus exhiberet centum nummos; & Paulus mille nummos. Nec illa superabundantia maior; aut minor; in casu illationis; dicenda est superflua; siquidem non est superfluum id quod est utile; & illa superabundantia vtili est pro dignitate vtriusque personæ satisfaciens, & simul est amabilis propter se; ut potè in qua complaceat Deus plusquam displicuit in peccatis, proindeque satisfactur difficultas ex tali differentia vtriusque satisfactionis superabundantis.

SVBSECTIO II.

OBIJECTIONVM VIS enervatur.

112. **O**bj. primò. In hypotesi præsentis questionis satisfactio Deiparæ Dominæ supponitur æqualis; & condigna respectu vnius peccati mortalis infiniti simpliciter: ergo non deberet esse æqualis, & condigna respectu aliorum plurium peccatorum infinitorum simpliciter; siquidem hæc sunt quid maius respectu vnius peccati mortalis infiniti simpliciter.

Respondeo; distingo antecedens; respectu vnius peccati mortalis infiniti simpliciter; ita ut hoc intensive; & æquivalenter contineat in se alia pluria peccata infinita simpliciter; concedo: aliter; nego; nam eo modo supponitur in præsentis infinitudo illius peccati, ut ipso in hinc questionis præmissum est. Deinde;

inde, distinguo consequens sic; non debet esse æqualis, & condigna respectu aliorum plurium peccatorum infinito- rum simplicitè æqualitate, seu condignitate intensiva, seu secundum intensivum; nego: æqualitate, seu condignitate extensiva, sive secundum extensivum; transeat: in illa enim priori condignitate intensiva, sive secundum intensivum, salvatur satis veritas mea conclusionis, vt ex ipsa constat: adhuc tamen posset quis exigere eam posteriorem condignitatem extensivam, sive secundum extensivum ex superioritate ordinis satisfactionis Deiparæ Dominæ respectu ordinis inferioris illorum peccatorum adhuc infinitorum simplicitè, iuxta dicta supra sect. 5. per totam. Denique, distinguo ultimam inclusam probationem argumenti sic: illa plura peccata sunt quid maius respectu vnus peccati mortalis infiniti simplicitè; sunt quid maius simplicitè; nego: sunt quid maius secundum quid, sive secundum numerum; concedo: solutio constat ex dictis, cum non sit maioritas intensiva, sive secundum intensivum, sed tantum extensiva secundum numerum peccatorum, vt in supposito quæstionis continetur.

113. Objic. secundò. Homo qui libet iustus merens condignè sibi decem gradus gratiæ habitualis, nequit simul mereri condigne alios centum gradus gratiæ habitualis alteri homini per vnum actum charitatis vt decem; licet illi centum gradus essent quid extensivè maius, vt pote qui non facerent intensivè in eodem subiecto cum alijs decem gradibus prioribus gratiæ habitualis: ergo pariter discurrendum erit in casu quæstionis.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam, ac paritatem, quæ nulla est; siquidem actus ille charitatis vt decem, & illi gradus gratiæ habitualis, sunt finiti simplicitè, quin in tali actu, nec in talibus decem gradibus contineantur alij centum gradus gratiæ habitualis; vt continentur in vno peccato infinito simplicitè alia plura peccata, ex supposito quæstionis; & in satisfactione infinita simplicitè Deiparæ Dominæ continetur virtus satisfactiva,

pro omnibus illis; vnde patet disparitas. Nec vitra desumenda est paritas adversus hanc conclusionem, aut alias superiores, ex eo quod crescat, aut non crescat, meritum ex maiori gratia habituali: hoc enim punctum dubium est inter Theologos; semperque datur disparitas inter gratiam maternalem infinitam simplicitè, & gratiam habitualem finitam simplicitè, vt suo in loco supra ostensum est, & infra vitra constabit.

114. Objic. 3. Plures satisfactiones Deiparæ Dominæ sunt, quid maius vnica satisfactione ipsius Deiparæ Dominæ ergo vnica satisfactio Deiparæ Dominæ nequiret esse æqualis, & condigna pro toto cumulo peccatorum infinitorum simplicitè, adhuc in suppositione quæstionis.

Respondeo, distinguo antecedens, sunt quid maius simplicitè; nego: sunt quid maius secundum quid, aut secundum numerum; concedo: deinde nego consequentiam, nam vnica satisfactio Deiparæ Dominæ supponitur infinita simplicitè in sua linea, ex supra stabilitis, proindeque plures similes satisfactiones ipsius Deiparæ Dominæ non essent quid maius simplicitè, & in stimabilitate intensiva, sed tantum secundum extensionem, & secundum quid, sive secundum numerum, & multitudinem; vt ipso exemplo peccatorum, iuxta suppositum quæstionis, clarescit; & paritate meritorum Christi Domini, proportionè servata, comprobatur.

115. Alia argumenta possunt objici, quæ aut supra soluta sunt, aut exhibitis, facillimè dissolventur. Nec vitra desumendum est argumentum auctoritatis à quibusdam verbis, quæ nomine Sancti Bernardi vulgò circumferuntur: ea namque verba nullius auctoritatis sunt, cum conficta fuerint à quodam Nicolao, de quo iustas in quærelas it S. Bernardus epist. 268. ad Eugenium Papam, eo quod adulterato eius sigillo, & falsificato nomine, inscripserit, & subscripserit sua signenta; vt latè ostendit P. Petrus de Ojeda in Apolog. pro Immaculata

Conceptione Deiparæ Dominæ; cap. 14.

(*)

SEC-

SECTIO XII.

AN SUPRA STABILITA VIS SATISFACIENDI DEIPARÆ DOMINÆ ARGUAT SIMILEM VIRTUTEM IN NONNULLIS ALIJS, V. G. SANCITO IOSEPHO Sponso ipsius.

116. CUM in superioribus sectionibus defensata sit vis satisfactiva condigna, & superabundans pro peccatis in merito dignificato à Maternitate Dei, oritur inde discutienda dubitatio, quæ placuit nonnullis recentioribus; vtrum scilicet et inde inferatur similis virtus satisfaciendi condigne, & superabundanter pro peccato mortali in S. Iosepho Sponso Deiparæ Dominæ, & in SS. Joachimo; & Anna parentibus ipsius, Avisque Christi Domini?

SUBSECTIO I.

NEGANS RESOLUTIO ostenditur.

117. Conclusio vera sit: ex eo; quod Sanctissima Virgo MARIA vt Mater Dei possit satisfacere condigne, & superabundanter; pro peccato mortali, non inferatur similis virtus satisfactiva in Sanctis Iosepho, Joachimo, & Anna. Hæc conclusio est contra aliquos doctos Recentiores proximè memoratos, qui saltem ab inconveniente arguere conantur.

118. Probatur primò: nam auctoritates, & rationes à me allegatæ in superioribus sectionibus pro satisfactione con-

digna, & superabundante Deiparæ Dominæ per meritum dignificatum à Maternitate Dei infinita simplicitè, minimè ad favent ad ponendam, aut inferendam similem virtutem satisfactivam pro peccato mortali, sive finito, sive infinito simplicitè, in Sanctis Iosepho, Joachimo, & Anna, nec in alia pura creatura: ergo ex eo quod &c. Probatur antecedens nam auctoritates loquuntur de sola Sanctissima Virgine MARIA vt Matre Dei, & ratione Maternitatis Dei, in qua necessarium visa est, nec habere sequentem, vt loquitur S. Bernardus serm. 4. de Assumpt. Deiparæ Dominæ; & ratione cuius Sanctus Ioannes Damascenus orat. 11. de dormit. B. M. V. asserbat, *Matris Dei, Conservatorum Dei* (videlicet reliquorum iustorum) *infinitem est discrimen*; consonabat que S. Anselmus in Opusc. de Dei Genitrice, cap. 7. sic: *Nihil tibi Dominæ æquale, nihil comparabile est; omne enim, quod est, aut subter te est; quod supra te est, solus Deus est; quod infra te, omne quod Deus non est*; & sic de alijs testimonijs adstruentibus in sola Deipara Domina identitatem cum Deo, vt videre est supra num. 7.

119. Rationes insuper non adfavet adversarijs; siquidem desumptæ sunt ex dignitate Matris Dei infinita simplicitè; ex superioritate ordinis Deiparæ Dominæ collocatæ in supremo immediato ordine vnionis hypostaticæ, quam physice, proprie, ac immediate proquxit; ex vnione morali fundata in vnione physica reali substantiali Deiparæ Dominæ cum suo filio Deo homine; ex identitate ipsius Deiparæ Dominæ cum ipso filio Deo homine proxime memorata numero precedente; ac demum ex alijs capitibus recensitis in superioribus conclusionibus à me defensatis, quæ omnia immò neutrum ex illis, ad favere nullo modo adversarijs; perspicuum est.

120. Probatur secundò per vrgentiam: nam hæc omnia charismata fundantur in eo, quod Sanctissima Virgo Mater MARIA sit vera Mater Dei; ita vt sit propria, & rigorosa causa Dei hominis, seu Christi Domini, quatenus est causa immediata ipsius per productionem generativam propriam physice immediate vnionis humanitatis deificatæ, & vnionis hypostaticæ ipsius hu-

ccc

ma.

manitatis cum personalitate Verbi Divini: atqui hoc fundamentum nullum est in S. Iosepho, ut patet; nec in Sanctis Ioa- chimo, & Anna, ut patet ex eo quod tantum fuerint causæ mediatae, ac impropriae respectu sui nepotis Christi Domini: ergo ex eo quod &c.

121. Probatum tertio ab inconveni- ente: nam si ex eo quod Santissima Virgo Mater Dei posset satisfacere condigne, & superabundanter pro peccato mortali, inferretur similis virtus satisfactiva in Sanctis Iosepho, Ioa- chimo, & Anna; etiam ex eo quod Sancti Patres, & Sacra Concilia prædicent, Deiparam Domi- nam non fuisse conceptam in peccato originali, sed sine labe originaria; fuisse- que immunem à peccato personali ad- huc veniali; inferretur utique hæc, & alia huiusmodi charismata concessa, & debita soli Santissimæ Virgini Matri Dei, concedenda fore Sanctis Iosepho, Ioa- chimo, & Annæ, immo & alijs Sanctis pro avis, ac progenitoribus Christi usque ad Adamum protoparentem: at- qui hoc inferre nefas esset: ergo ex eo quod Santissima Virgo MARIA Mater Dei &c.

SVBSECTIO II.

OBIECTIONES evertuntur.

122. **O**bjc. primò. Eximius Doc- tor disp. 8. de vita B. V. in compendio, collocat S. Iosephum in- tra ordinem unionis hypostaticæ, ut pote Patrem legalem Christi Domini: Ergo.

Respondeo, ex ipso capite pa- ternitatis legalis inferri manifeste S. Iose- phum non esse collocandum intra ordi- nem unionis hypostaticæ eo modo quo collocatur veta, & propria, physica, & realis Mater Dei hominis; seu Christi Domini, sed tantum alio modo legali, & putativo, ex quo non inferretur in S. Iosepho vis satisfaciendi condigne pro peccato mortali, sicut nec inferuntur

alia charismata singularia Deiparæ Dominæ, quæ proximè reconfitantur.

123. **O**bjc. secundò. Sancti Ioa- chimus, & Anna sunt veri, & reales avi Christi Domini: atqui tales avi sunt du- pliciter patres, ut fert communis modus loquendi: ergo.

Respondeo, concedo maiorem; & ad minorem dico, ex illo communi modo loquendi politico non inferri in avi dari rationem causæ immediatæ, & propriae, sed tantum causæ mediatæ, & impropriae respectu nepotis; secus tamen in veris physicis patribus, licet vnice, & non dupliciter, patres dicantur: unde nec inferretur, dari in Sanctis avi Christi Domini ea charismata, quæ vnice, & sin- gulariter relucet in Matre ipsius, sive in Matri patre Dei, ut constat ex dictis.

124. **O**bjc. tertio. Sicut dignitas Matris Dei crescit ex dignitate filij di- vini, nempe Christi Domini ita dignitas avorum crescit ex dignitate nepotis nempe ipsius Christi Domini; & ex dig- nitate Santissimæ Virginis Matris Dei crescit dignitas parentum ipsius Matris Dei: ergo sufficere talis dignitas ad satis- factionem saltem condignam pro peccato mortali.

Respondeo, distingo antece- dens; aliquali sicutate insufficiente ad satisfactionem adhuc condignam pro peccato mortali, & ad alia charismata singularia Deiparæ Dominæ; concedo antecedens: omnimodâ sicutate suffi- ciente ad talem satisfactionem, & ad alia charismata singularia Deiparæ Dominæ nego antecedens, & consequentiam: dig- nitas enim Matris Dei crescit infinite simpliciter ex dignitate filij divini, sive Dei hominis, cuius est causa immediata & propria; secus tamen dignitas avorum Christi Domini, qui sunt causæ media- tæ, & impropriae ipsius: deinde dignitas parentum Santissimæ Virginis Mariæ; cuius sunt causæ immediata, & propria non est infinita simpliciter, cum perso- a illa non constituatur physice essentialiter per Maternitatem Dei, sicut constitui- tur physice essentialiter persona Christi Domini per personalitatem Verbi Divi- ni infinitam simpliciter.

125. Hinc tamen constat, quod si alicui alteri puro homini iusto, concedi-

tur

tur vis satisfaciendi condigne pro pec- cato mortali, ut plures Theologi tenent cum Scoto supra laudato; hoc deberet concedi potiori iure Sanctis Iosepho, Ioa- chimo, & Annæ: aliter tamen est concedenda maior congruitas satisfac- tionis præ alijs: Nec ad rem venirent ea argumenta, quibus communiter inten- ditur probari virtus satisfactiva pro pec- cato mortali de condigno in quolibet alio puro homine iusto; siquidem mea conclusio procedit in particulari, & cir- ca vim illationis ex præfixis capitibus; proindeque ex Consilio huius disputa- tionis, me præcindere à tali dubio com- muni, & vulgari, in quo quisque iuxta propria principia discurret. Vide supra trac. 2. d. 2. sect. 4. subf. 2. num. 74. & in- fra, trac. 9. disp. 1. sect. 2. subf. 3. n. 23.

SVBSECTIO III.

COROLLARIA EX dictis; ubi obiter eluci- datur sententia sæpe alle- gata de unione physica reali substantiali Dei- paræ Dominæ cum Christo Do- mino.

126. **P**lura ex dictis possunt inferri ad alias quæstio- nes theologicas elucidandas; quale est, non requiri ad condignam satisfactio- nem æqualitatem inter personam satisfac- cientem, & inter personam offensam, cui exhibetur satisfactio condigna ut talis; de quo puncto egi supra sec. 2. per totam; nec requiri ad satisfactionem condignam statum amicitia; nec gra- titudinem amicitia; sed tantum gratitudinem stimabilitatis moralis, res- pectu personæ offensæ, cui satisfacit; de quo puncto supra sect. 7. per totam; &

sic de alijs punctis generalibus; aut ad Christum Dominum, eiusque tractatū de in- carnatione singulariter spectantibus; quæ tamè pro re nostra elucidanda d. sculā sunt in præcedentibus sectionibus duodecim, quas veluti duodecim stellas Mariani diadematis, pro duabus oblatas à P. Ioa- ne de Cardenas, Deiparæ Dominæ in me- moriam coronæ stellarum duodecim Apocalip. 12. subiungens aurea verba D. Bernardi in eum locum melifluè aien- tis; *Videte Reginam in diademate, quo coro- navit eam filius suus, inquit, eius corona stel- larum duodecim: dignum plane stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarus micans or- net eas potiusquam ornentur ab eis: quidni co- ronent sidera eam; quam sol vestit? sicubi dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium.* En flores rosarum stel- las, sive stellas rosas; & corona stellarum sive rosarum; coronam floridissimam Ma- riani Rosarii, ut alibi cum Episcopo Cro- notensi con tenebam.

127. Sed cum in pluribus earum duo- decim sectionum locis allegaverim pro firmo fundamentò opinionem probabili- lem Illustrissimi Episcopi Vringoiti, & aliorum, quos citat, & sequitur M. Saavedra tom. de Deipara; vestig. 1. d. 24. sect. 1. a num. 1090. & qui defensant unionem physicam realem substantialem Deiparæ Dominæ cum Christo Domino in vtero materno; fas est, breviter talem unionem elucidare, ne notitia ipsius pe- nitus desideretur.


Et quidem, cum talis opinandi modus fundetur in opinione Philosopho- rum, & Medicorum docentium, eam unionem communem esse omnibus foeti- bus; & omnibus matribus; nemò corda- tus illam negabit unionem inter Deiparā Dominam, & Christum Dominum se- mel admitta, aut supposita, inter reliquas matres, & suos filios, dum ventre gestiu- tur. Galenus igitur lib. de Anatomia panniculorum. Aristoteles lib. 2. de generatione anima- lium; cap. 4. Mercado lib. 2. de veteri morbis, cap. 11. & alij docent, foetum vni unionem physica reali substantiali in vtero materno cum sua matre medio vin- culo, membrana, secundina; aut ligatu- ra; ut ipsi diversimodè loquuntur: unde Eximius Suarez tom. 2. in 3. par. quæst.

quæst. 35. art. 6. disp. 13. sect. 2. litt. E. hunc opinandi modum recensens ait: Prodire ex venis matricis femina quosdam veluti funiculos, quibus fetus coniungitur matri in umbilico, ut nutriatur.

Hinc laudatus Galenus ibidem. §. de anatomia matricis, docet, tale vinculum esse venam umbilicalem prodientem ab umbilico fetus ad matrem, esseque vehiculum, quo mediante alligatur fetus uni partium capitum mamillarum, per cuius vehiculi inferiorem meatum transmittitur de puro sanguine menstruo, vel alio; per quem membra, quæ prius erant alba, rubescantur. Deinde ipse Galenus infert commentum supra aphor. 1. Hipocratis, sect. 4. factum alligari matri, sicut fructus alligatur arbori, media unione physica reali substantiali.

Quid ergo mirum, si huiusmodi unio competat Deiparæ Dominæ, & Christo Deo homini? Vnde apud S. Lucam cap. 1. S. Elizabetha videtur hoc ipsum ianueri; cum ait, benedictus fructus ventris tui. Consonatque illud vulgare Arnoldi Carlotensis; una est caro Christi, & Mariæ; desumiturque ex D. Augustino addente, & ipsam carnem nobis manducandam dedit. Accedit illustre testimonium Tertuliani, lib. de carne Christi, cap. 20. ubi exponens de Christo Domino illud Psalm. 21. tu es, qui existime de utero matris meæ; legitibiles, avulsisti ex utero; & addit ibidem: quid avellitur, nisi quod inheret, quod infixum, in nixum que est ei, à quo ut auferatur, avellitur; si non ad hæc sit utero, quomodo avulsus est? si ad hæc sit, qui avulsus est; quomodo ad hæc sit, nisi dum ex utero est per illum nervum umbilicalem, quasi folliculi sui traducem adnexum origini vulvæ.

Hæc sufficiant pro ea probabili opinione elucidanda; quæ cum afferat maximam gloriam Deiparæ Dominæ, non est, cur ea deneganda sit; qui tamen plura optaverit, adeat laudatum Mag. Saavedram lococitato; ubi bene observat, talem unionem non esse dicendam hypostaticam; hæcque inferiorem esse, superiorem unione morali gratiæ habitualis, & unione intentionali beatitudinis formalis, seu visionis beatificæ respectu Dei; de hoc tamen puncto ego non nihil infra superaddam.



TRACTATUS V.

DE SACRO VERO Matrimonio; & alijs Sacramentis susceptis à Deipara Domina.

1. Cùm Matrimonialis nexus coniugum exigat inseparabilem unionem, & proxime attingerim non nihil de Sancto Iosepho Sponsò Deiparæ Dominæ, quem Eximius Suarez in ordine unionis hypostaticæ collocavit, num. 122. fas est, sibi obtineat hunc locum tractatio de ipsius vero Matrimonio, ratione cuius tanta est illi collata gratia, ut ipse Eximius Doctor tomo 2. in 3. p. quæst. 29. disp. 8. sect. 2. eruperit in hæc verba: probabile est, Iosephum perfectiorem gratiam esse assecutum, quam Ioannem Baptistam; quia perfectius munus habuisse videtur. Consonatque S. Bernardinus Senensis, tomo 2. in serm. S. Ioseph. ubi ait: prima gratia divinitus data S. Iosepho est conversationis virginitalis; porro per respectum ad S. Virginem Matrem Dei necesse est; hunc virum esse admirandæ gratiæ, & virtutis; unde credo, Iosephum fuisse mundissimum in virginitate ad similitudinem virginis sponsæ suæ. Sed quia hæc omnia nituntur veto Matrimonio intercedenti inter Deiparam Dominam, & D. Iosephum, ad eius difficilem disceptationem accedo.

* * *

DIS;

DISPUTATIO I.

DE SACRO VERO Matrimonio, Deiparæ Dominæ, & Sancti Iosephi.

1. Celebris æque ac difficilis est præfens disceptio inter Sacra Scripturæ Interpretes, & Theologos Scholasticos; ad illa verba S. Mathæi cap. 1. v. 18. cum esset desponsata mater IESU MARIÆ IOSEPH; in quibus videtur exprimi solâ desponsatio; cum tamen ipsa innuatür vera ratio Matrimonij rati inter Deiparam Dominam MARIAM, & Divum Iosephum verum ipsius Sponsum, ac maritum. Licet autem plures Doctores discriminatim discutiât difficultatem de possibilitate talis matrimonij veri; non obstante tamen voto virginitalis utriusque coniugis; & de ipso facto in presenti providentia; in discriminatim sanè utrumque punctum difficultatis resolvere fas est; cum aperre vnum includatur in alio, & vtrumque inseparabile sit pro nostro instituto.



SECTIO I.

AN POTVERIT ESSE, & defacto fuerit verum Matrimonium inter Deiparam Dominam MARIAM, & Sanctum Iosephum, non obstante voto absoluto Virginitalis, quo antecederent erant obstricti Sacri coniuges?

1. Res hæc pugnacissime inter Scripturísticos, & Scholasticos Doctores controversa adversus hæreticos ante, & post Sacra Concilia, in quibus de ipsa actum est, indiget claritate gratia, nonnullis dilucidis animadversionibus, necessarijs que prænotandis.

2. Præmonco igitur primò. Deiparam Dominam MARIAM, & Divum Iosephum fuisse obstrictos voto absoluto virginitalis ante nuptias; ut tenet communis sensus Ecclesiæ, plaudente Theologorum senatu apud P. Aldrete, tom. 2. de Incarn. disp. 60. sect. 1. & 1. cum Angelico Doctore D. Thoma in 4. dist. 30. quæst. 2. art. 2. & S. Bernardino Senensi to. 3. in serm. S. Iosephi, ubi similitudinem utriusque sacri coniugis in virginitate constituit.

3. Præmonco 2. Deiparam Dominam aperuisse votum virginitalis Sacerdotibus templi; ut aperte testatur Sanctus Hieronymus Doctor Maximus in exponendis Sacris Scripturis; in historia sacra de ortu MARIÆ; quod etiam aperuit Archangelo Gabrieli per illa verba, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Dum ipse missus est à Deo ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph; Lucæ cap. 1. Vnde Sancti Patres; &

Ddd

Doc.

Doctores communiter tenent, vtrumque Sacrum coniugem etiam sibi mutuo aperuisse, & contulisse votum virginittatis, quo obstringebantur, mutuo utique consensu illud conservandi illud in statu matrimoniali; vt videre est apud laudatum P. Aldrete ibidem, sect. 2. num. 6. & Rhodius, tom. 2. disp. vnic. de B. V. quæst. 3. sect. 4. §. 1. aut totum hoc didicisse ex revelatione divina, vt tradit laudatus Eximius Suarez, tom. 2. in 3. part. disp. 6. sect. 2. lit. E.

6. Præmoneo tertio, in contractibus celebrandis posse intervenire conditionem extrinsecam, seu adventitiam, vel conditionem intrinsecam, seu insitam, quam quidem Iurisconsulti consueverunt appellare conditionem, *quæ in est*, & de qua videri potest lex, *si ita expressum* §. ff. de condit. & demonstr. item lex §. *si quis*, ff. de adimplet. legat. & iterum lex *in venditis*, codice de contrah. empt. ac denique lex *locatio*, ff. locat. vnde Iurisconsultus Cayus in citato §. ff. de legat. 1. in fine, eloquitur sic: *Aliud est in re, si quid tacite continetur; aliud, si verbis exprimitur.*

7. Præmoneo quarto. Sponsalia (quæ aliter per se loquendo sunt promissio mutua futuri matrimonij) aliquando accipiuntur pro ipso vero matrimonio de presenti, vt constat ex textu in capite 13. de præsumpt. vbi agitur de matrimonio contracto de presenti, sive per verba de presenti à quodam iuvene memorato initio illius capituli: proindeque sponsus, & sponsa in vtroque iure indifferenter significantur pro tali re de presenti, vel de futuro. Ast in ipso iure coniuges accipiuntur determinate pro sponso, & sponsa de presenti, vbi nomen coniugis exprimitur, vt bene observat P. Aldrete ibi, sect. 3. num. 2.

8. Præmoneo quinto, in Matrimonio, seu contractu matrimoniali, realiter distingui eius essentiam ab actuali usu matrimoniali, vt tenet communis sensus Ecclesiæ Catholicæ contra Gratianum, ex Concilio Tridentino sess. 24. vbi distinguit matrimonium ratum à matrimonio consummato, docetque matrimonium ratum esse verum matrimonium; & ex Concilio Florentino in decreto Eugenij vbi definit, matrimonium perfici mutuo consensu; hic autem antecedit copulam,

seu usum matrimonialem, vt de se clarescit. Immo etiam in Concilio Constantiensi, sess. 8. damnatur error Viclephi asserentis, ad essentiam matrimonij necessarium esse expressum consensum in copulam, seu usum coniugalem,

9. Unde constat, essentiam matrimonij, seu contractum matrimonialem, consistere in eo, quod sit *vinculum indissolubile mutui consensus coniugalis expressi per verba de presenti, aut per signa æquivalentia, inter virum, ac feminam*: proindeque acceptatio mutua est forma matrimonij, & traditio mutua est materia proxima ipsius matrimonij; ast corpora coniugum sunt materia remota illius.

10. Præmoneo 6. alud esse dominium proprietatis, & aliud dominium utilitatis: deinde dominium aliquando esse expeditum, & aliquando esse impeditum, seu ligatum; sive ad tempus, vt in pupillo; sive perpetuo, vt in fundo affecto perpetua emphyteusi, si dominus proprius fundi renuntiet omnino emphyteutæ ius vti de usufructu fundi, & dominium utilitatis illius; aut si è contra res disponatur circa dominium proprietatis. Denique aliud esse dominium radicale, & aliud dominium formale; sicut alia est obligatio radicalis, & alia est obligatio formalis, & proximè talis.

11. Præmoneo septimò, in presenti questione esse sermonem de matrimonio secundum se, secus tamen prout est sacramentum non vè legis institutum à Christo Domino post adventum ipsius; vnde quando aliqui Patres, inter quos annumeratur S. Augustinus lib. de bono coniugali, cap. 9. compellant Sacramentum Matrimonij illud, quod intercessit inter Deiparam Dominam, & Sanctum Iosephum, dedit benigne accipi, & intelligi in sensu lato, secus tamen in rigore theologico, quasi loqui sint de illo fundamentaliter, & apududinaliter, dum illud susceptum fuit in lege veteri. De eo autem, quod attinet ad votum virginittatis Deiparæ Dominæ, potius supponenda, quam controvertenda nunc suat plura à me stabilita suo in loco. His igitur quasi prævijs admonitionibus præmissis, ad resolutionem matrimonij sacri & veri, accedere fas est.

SVBSECTIO I.

SENTENTIA AFFIRMANS ELIGITUR, & FULCITUR.

12. PRO negativa sententia citantur plures antiqui Sancti Patres, inter quos annumerantur S. Gregorius Magnus, S. Hieronymus, S. Ioannes Chrysostomus, S. Epiphanius, Sanctus Bernardus, & alij recensiti à Patribus, Rhodius, Aldrete, & Vega tom. 2. palæst. 22. cert. 1. omnes tamen illos benignè interpretatur Angelicus Doctor S. Thomas in 4. dist. 4. quæst. 2. art. 2. vbi ait ab illis solum fuisse negatum matrimonium consummatum secus tamen matrimonium ratum, inter nostros Sacros coniuges, eo quod minimè inter ipsos data fuerit copula coniugalis, quæ quidem non est de essentia matrimonij vt talis iuxta unanimum consensum Sanctorum Patrum, & Theologorum in 4. dist. 3. 0. apud Eximium Doctorem loco proximè citando.

13. Affirmativa sententia vera est, & pro ipsa, velut agmine facti militant Sacra Scriptura Interpretes, Scholastici, & Doctores, immò etiam sancti Patres nuperime memorati, & rectè intellecti; ipsi quoque ad stipulantur S. Ambrosius, S. Ambrosius, S. Bonaventura, & laudatus S. Thomas apud Acutissimum Vasquium tom. 2. in 3. p. disp. 125. cap. 2. vbi simul intendit probare, hanc veram sententiam non esse certam de fide; id que fateantur alij cum D. Augustino contra Julianum, cap. 9. Parte Canisio lib. 1. de B. V. cap. 5. & Michaele de Medina lib. 5. de continentia, cap. 61. ita vt vterque hic Auctor existimet, esse arbitrariam vtramque sententiam. Nihil omnino tamen plures alij Theologi cum Eximio Suariorum tom. 2. in 3. p. disp. 7. sect. 1. tenent, hanc affirmativam sententiam esse dogma fidei; cui placito plaudit P. Morales in Mar,

lib. 2. trac. 3. num. 8. & ad favere videtur Catholica Ecclesia, dum festum hoc desponsationis concelebrat. Sed in rigore possunt hæc diversa placita confirmari, ita vt constet de fide veritas matrimonij absolute loquendo, secus tamen in suppositione facta voti virginittatis mutui, & antecedentis ex parte vtriusque sacri coniugis, quæ suppositio de fide non constat; immò etiam si totum constaret de fide, non deficeret difficultas gravissima, quæ datur in his componendis, sicut et in alijs mysterijs revelatis.

14. Sitigitur mea conclusio: desponsatio Deiparæ Dominæ MARIE, & Divi Iosephi potuit esse, & fuit facta, verum matrimonium ratum, non obstantè voto absoluto virginittatis, quod sacri coniuges præsupponuntur obstricti; Hæc conclusio constat eorum consensu Sanctorum Patrum, & Doctorum, quorum plures sub facta suppositione procedunt, vt ad rem innumeros Bernardinus Senensis tom. 3. operum, in serm. S. Iosephi, sic: *Vnde credo, Iosephum fuisse mundissimum in virginittate ad similitudinem virginis spensæ suæ*; & S. Ambrosius tom. 5. operum; lib. 2. cap. 1. vbi ait: *Quod frequenter scriptura coniugem dicit, non virginittatis exceptio, sed coniugij testimonio est, nuptiarum celebratio declaratur*; & concludit sic: *Denique, quam nemo neceperit, nemo dimittit, & idcirco Iosephus, qui volebat dimittere, acceptam fatebatur.*

15. Probatur clare lumine, & auctoritate Sacra Scriptura; nam in cap. 1. S. Mat. 18. vbi dicitur: *cum esset desponsata Mater IESU MARIE, IOSEPH; ita statim versu 19. appellatur Ioseph vir eius, sive maritus eius*, iuxta syriacam versionem apud Sylvestram hic: & versu 20. compellatur MARIA coniux illius, dum Angelus ibi eloquitur sic: *Ioseph fili David, noli timere accipere MARIAM coniugem tuam*. Consonatque S. Lucas cap. 2. vbi postquam in præcedente cap. 1. asseruerat, Missum fuisse Angelum Gabrielem à Deo ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David; subdit ibi versu 5. ascendisse Iosephum, vt profiteretur cum MARIE de sponsa sibi uxore prægnante Cum autem allegata testimonia Sacra Scriptura unanimiter accipiantur à plerisque Sanctis Patribus;

& Doctoribus Ecclesiæ, de vero matrimonio rato utriusque facti coniugis simul ac virginis; & à tali communi consensu Sanctorum Patrum, Doctorumque Ecclesiæ pendeat verus sensus, in quo accipienda, ac intelligenda sunt testimonia Sacrae Paginae; ut in confesso est apud omnes catholicos: debent utriusque ita, & non aliter, accipi ac intelligi allegata testimonia Sacrae Scripturae in favorem meae conclusionis.

16. Probatur in super ratione everteente fundamentum contrarium efficaciter: nam ex præfixa conclusione non inferitur vllum inconveniens, nec vlla incompatibilitas inter verum matrimonium ratum, ut pote non includens essentialiter usum matrimonialem, neque consensum illius usus necessario in dispensabilitate; & inter votum absolutum virginitatis præsuppositum in viroque sacro coniuge, ut pote quod compatitur cum mutuo consensu servandi illibatam virginitatem infra matrimonium ratum, & factum ea animo ex divina revelatione: ergo stat optime præfixa conclusio. Antecedens constat; tum ex supra præmissis, atque satis stabilitis: tum etiam ex Sanctorum Patrum doctrina tradente, illum mutuum consensum, animumque servandi virginitatem, intercessisse in casu quaestionis; de quo videre est S. Bonaventura in 4. disp. 18. quaest. 6. S. Gregorius Nisenus orat. in die Natalis Domini, & S. Augustinus lib. de Sancta Virginitate, cap. 4. vbi postquam emissionem voti virginitatis præsupponit, sic fatetur; *sed quia hoc Israelitarum mores recusabant, desponsata est viro iusto, non ablaturus, sed potius virginitatem custodituro*: tum denique ex communi Doctorum consensu tenente, extitit speciale impulsivum Dei, revelationem quoque divinam in casu quaestionis, ne vllum timeretur, nec appareret periculum violandi voti virginitatis in sacro coniugio virginali. Immo etiam certum reputatur, ne impedirentur fines divinæ providentiæ, similem revelationem divinam factam fuisse Sacerdotibus templi, ut a parte traditur in historia B. V. MARIE, quam ex Hebraeo Idiome in Latinum transtulit S. Hieronymus, & innuitur ab ipso S. Doctore, tomo 9. operum.

17. Rursus, certissimum est, aliter non fore consulendam nec providendum à Deo rectæ economiæ Altissimi Mysterij Incarnationis, in re scilicet tanti momenti, & tantæ connexionis cum illo; siquidem aliter re disposita & non interveniente manifesto matrimonio rato per verba de presenti inter Sacro Coniuges, Christus Dominus non reputaretur filius eorum legitimus, uti reputabatur, sed illegitimus habitus extra verum legitimum matrimonium; quod nefas est. Deinde, Deipara Domina patretur publicam infamiam infamia violatæ virginitatis extra verum legitimum matrimonium: denique deficeret fundamentum necessarium simpliciter ad hoc ut Genealogia utriusque Sacri Coniugis, modo apud Hæbræos visitato; describeretur in Sacra Scriptura, ac proinde, Genealogia Christi Domini secundum carnem, ut vno ore proclamant Sancti Patres, Hieronymus, Damascenus, & Augustinus, lib. 5. contra Iulianum, cap. 9. ita ut inde laudatus S. Thomas probet efficaciter, convenientissimum fuisse hoc verum ratum matrimonium, & virginum coniugium: ergo de primo ad ultimum est, quod desponsatio Deiparae Dominae MARIE, & Divi Iosephi, potuit esse, & fuit de facta verum matrimonium ratum, non obstante voto absoluto virginitatis, quo Sacri Coniuges præsupponuntur obstricti.

18. Deceat quod sicut Divus Iosephus non fuit verus naturalis pater respectu Christi Domini, & nihilominus existimatus fuit verus pater illius; ita etiam posset se habere in ratione sponsi, seu mariti existimati respectu Deiparae Dominae. Contra tamen est, nam illud prius constat de fide; at hoc post erius non est consentaneum ipsi fidei, ut constat ex allegatis testimonijs sacrae paginae, quæ in toto rigore intelliguntur à Sanctis Patribus de vero matrimonio rato; ac proinde S. Iosephus absolute dicendus, atque credendus est verus maritus Deiparae Dominae; secus tamen verus naturalis pater Christi Domini, cuius pater legalis, ac putativus tantum fuit, ut docet catholica fides; quidquid de nomine intendat, & contendat Sap. P. Didacus de Avendaño in Sacro Epitalamio, dum instituit indicem

dicem pro concionibus, die 19. Martij.

SUBSECTIO II.

OBIECTIONES AB auctoritate petite dicuntur.

19. **O**bjic. 1. In varijs locis Sacrae Scripturae dicitur Deipara Domina desponsata Divo Iosepho; atqui hoc tantum innuit desponsationem factam per sponsalia, sive rationem sponsi, & sponsæ per verba de futuro: ergo.

Respondeo, concedo maiorem in sensu supra exposito; & nego minorem; tum quia in eisdem locis, alijsque clarissimis testimonijs Sacrae Scripturae dicitur Deipara Domina MARIA coniux & Divus Iosephus dicitur maritus, ut clare ostensum est num. 15. tum insuper quia adhuc sponsus, & sponsa accipiuntur in iure canonico pro coniugibus, ut prænotatum est num. 7. tum etiam, quia ea nomina desponsationis; sponsi, & sponsæ ponuntur in illis testimonijs ad denotandam puritatem huius sacri Coniugij, quatenus tales voces puritatem redolent, ac honestatem præferant, ut optime observant P. Vega hic, num. 1493. & Silveira tom. 1. cap. 10. num. 2. tum denique, quia adhuc datis solis sponsalibus, & admissis solis nominibus desponsationis, sponsi, & sponsæ, non excusant, nec effugiunt adversarij difficultatem componendi, & salvandi ibi immunitatem, seu non violationem voti virginitatis per consensum in copulam conjugalem contrariam ipsi voto virginitatis, ut de se clarecitat. Immo semel ad inchoatum contractu sponsalicio, qui quidem includit in se promissionem matrimonij veri, deberet utique admitti indubitanter transisse in matrimonium verum; ne à fide promissionis defecisset sacri Coniuges iustitia ornati dicerentur.

20. **O**bjic. 2. Ecclesia catholica in antiquo officio de Deipara Domina concinebat sic: *Beata Mater, & inupta*

Virgo gloriosa: vbi ly inupta denotabat, minime nupsisse per verum matrimonium, ergo.

Respondeo; hinc potius firmari, quam infirmari, meam conclusionem; siquidem postea in emendationibus Breviarijs correctæ fuit illa vox, loco cuius subrogatum est; *in acta Virgo gloriosa*: unde patet sanus sensus, in quo olim illud hemistichium canebat Ecclesia usurpans illam vocem *inupta pro intacta*; secus tamen in sensu depravato argumenti. Et quidem olim veteres voces nubere, nupta, & nuptiæ, sonabant copulam conjugalem, ut videtur est apud profanum Plaurum scena 1. & apud sacram paginam Geneseos 29. vbi dicitur de Jacob: *Undemque potius optaris nuptijs, amorem sequentis prioris praeferat: sive ut alij legunt, ingressus est etiam ad Rachel: proinde quæ nil nuptum est, quod ita contrapposita vox *innupta, pro intacta olim ab Ecclesia Catholica acciperetur.**

21. **O**bjic. 3. Plures sancti Patres Ecclesiæ docuerunt; Deiparam Domina fuisse desponsatam, non vero nuptam, ut loquitur S. Bernardus homil. 2. super Missus est: aut asserbant etiam non fuisse desponsatam, seu traditam sponso, ut eloquitur S. Augustinus serm. 3. in die Natalis Domini sic: *Concipit Virgo, antequam sponsum haberet; parit, antequam nubat: ergo.*

22. Respondeo, cum sancto Thoma supra laudato, omnes illos sanctos Patres solum negasse matrimonium consummatum, secus tamen matrimonium ratum inter sacros Coniuges, quod utrumque matrimonium verum distinguit Concilium Tridentinum supra allegatum num. 8. unde S. Bernardus negat nuptam pro corrupta in sensu veteri proximè memorato, in quo etiam negat S. Augustinus sponsum habuisse, & nupsisse Deiparam Domina. Hi autem, & alij sancti Patres alijs in locis suam mentem aperuerunt, & verum sensum verborum expendunt, ut videtur est in ipso sancto Augustino lib. 2. de consensu Evangel. cap. 1. vbi ait ad rem: *Hoc enim exemplo magnifice insinuat fide libis coniugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere, vocarique coniugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu: præsertim quia nasci eis*

etiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos filios gignendos, adhibendus est. Vbi S. Doctor aperte docet complexum carnalem, seu copulam conjugalem, se habere ut medium ad finem procreationis respectu solius matrimonij consummati ut talis; quod quidem matrimonium dicitur ex eo quod fit ad hunc finem matris, ut docet ipse sanctus Augustinus lib. 19. contra Faustum hæreticum in faustum, cap. 26.

23. Consonat Sanctus Hieronymus lib. 1. comment. in cap. 1. S. Matth. ubi ait: *Non ab alio inventa est nisi à S. Ioseph, qui perie licentia maritali futura uxoris omnia noverat: quod autem dicitur, ante quam convenirent; non sequitur, ut postea convenerint; sed scriptura, quod factum non sit, ostendit.* Concludat S. Ambrosius lib. 1. de Virg. sic: *Virgo est ergo, quæ utero suo portavit, Virgo, quæ genuit, Virgo, quæ proprio lacte nutrit.* Ac de summi pro illustrandis infra dicendis, audiat ut ipse S. Ambrosius, tomo 1. lib. de institut. virg. cap. 6. ubi Ambrosia dulcior eloquitur sic: *Cum initiatur coniugium, cum coniugij nomen adsciscitur; non enim defloratio virginis facit coniugium, sed pactio conjugalis: denique cum iniungitur puella, coniugium est, non cum virili admixtione cognoscitur. Quid præclarus?*

24. Obj. 4. Constat ex Canone vocentibus, apud Gratianum, dist. 27. *Virginis vocentibus, non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est: Quæ verba videntur de sumpta ex D. Augustino, tomo 7. lib. de sumpt. & concipiis; ergo stante voto simplici virginis, non fuisset licitum nubere, nec velle nubere, Sacris Coniugibus.*

Respondeo, cum P. Vasquez, loco supracitato, cap. 6. num. 5. nullum esse canonem Pontificium, nec Ecclesiasticum, in quo expresse prohibeatur nubere, aut velle nubere, post emissum, seu nuncupatum votum simplex virginis, sive castitatis; immò adhuc si talis canon subsisteret nunc, negatur nihilominus suppositum, quod scilicet talis canon extiterit in lege veteri, in quo contractum fuit matrimonium virginum à nostris Sacris Coniugibus, ut omnibus pervium est. Vnde canon allegatus in argumento non venit ad rem;

immò nec habet ullam vim iuris positivi, siquidem non fuit latus ab ullo Pontifice, nec ab ullo Concilio, ut bene observat P. Vega, loco supracitato, cert. 2. num. 1493. ea enim verba pro suo libito Gratianus compilator decreti addidit, & desumpsit ex D. Augustino; ita ut S. Doctor per illa verba tantum intenderit ex primere ex natura rei interdictum esse matrimonium contrahere, aut velle contrahere, post emissum votum simplex virginis, quando adest, aut præ videtur certum periculum violandi tale votum, ut docet communiter Theologi ex illo periculo arguentes illicitum fore matrimonium subnuncupato voto virginis in hominibus vulgaribus, in quibus tale periculum manifestum est; secus tamen in casu questionis, siquidem in sacris Coniugibus prævius fuit specialis impulsus Dei, præluxit que revelatio divina de non violatione voti virginis intra matrimonium, iuxta supra stabilita num. 16. Proindeque non est audiendus Dominicus Soto constringens, interdictum esse matrimonium post emissum votum simplex virginis, adhuc sine ullo periculo violationis, falso que allegans pro suo placito D. Thomam & alios Theologos, qui sane non dubitarunt, aliquando contigisse matrimonium sine periculo violationis voti castitatis, ut tradunt Ecclesiastica historia de non nullis Sacris Coniugibus. Videatur P. Vasquez ubi supra.

25. Obj. 5. In lege veteri fuit præceptum divinum de contrahendo matrimonio ad finem procreationis, & propagationis generis humani, iuxta illud Genesens 1. *Crescite, & multiplicamini;* & illud Exodi 23. *Non erit apud te sterilis utriusque sexus; ergo nequivit subsistere matrimonium subnuncupato voto virginis in sacris coniugibus.*

Respondeo, nego antecedens, cum Sancto Hieronymo lib. 1. adversus Iovinianum, & cum alijs Sanctis Patribus, ac Doctoribus allegatis à laudato P. Vega ubi supra, pag. 196. num. 1501. & à P. Suarez assentiente, tomo 2. in 3. p. disp. 6. sect. 1. Immo etiam si extitisset tale præceptum pro aliquo determinato tempore, postea tamen abrogatum fuisse existimatur à Theologis, cessante sine illius;

illius; aut saltem nunquam obligaretur tali præcepto singula personæ in particulari, sed sola communitas pro ipsius conservatione, ut tenent plures D. Doctores cum Angelico D. Thoma 2. 2. quest. 122. art. 2. Proindeque in priori allegato testimonio non includitur ullum præceptum, sed sola benedictio Dei approbata matrimonio; nec in posteriori testimonio, in quo sola continetur promissio fecunditatis, ut videtur est apud citatos Auctores, & P. Vasquez tomo 2. in 3. p. disp. 124. cap. 2. Denique, adhuc in lege veteri fuit aliquando laudabilis continentia apud Hæbræos, ut clare constat in S. Judith, quæ summo honore habitata fuit, & cuius continentia ab ipsis extitit decantata. Videatur de hoc puncto erudite agens S. Hieronymus, Epist. ad Eutychi.

SUBSECTIO III.

OBJECTIONES A ratione desumptæ & dissolvuntur.

26. Obj. 6. in ordine. Semel supposito antecedente voto virginis absoluto in Sacris Coniugibus, nequit explicari, qualis fuerit illorum contractus matrimonialis, nec quale fuerit obiectum huius propositionis conjugalis; *volo esse tua, & trado tibi potestatem in corpus meum;* iuxta illud Apostoli 1. ad Corint. 7. *mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir; similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier;* ergo.

Respondeo, nego antecedens; nam contractus Sacrorum Coniugum fuit vere matrimonialis & verum matrimonium ratum, iuxta definitionem essentialem matrimonij, & materiam, ac formam requisitas essentialiter ab ipso, de quibus supra num. 9. Vnde obiectum illius propositionis conjugalis est, quod continetur ibi, & explicatur sic; *volo esse tua, sicut antea eram mea, & trado*

tibi potestatem, quam antea habebam in corpus meum, scilicet ligatam moraliter tantum ratione voti virginis, ut tu scis, & ex mutuo consensu utriusque, atque revelatione Dei decrevimus conservare sine copula conjugali. En ubi clare cernitur obiectum illius Sacri Contractus matrimonialis, eiusque vinculum indissolubile, simul ac mutua traditio, & acceptatio, in quibus salvatur essentia veri matrimonij rati ut talis, sine ullo consensu in copulam conjugalem, quæ minime est de essentia talis matrimonij, ut patet ex supra stabilitis. Stante autem illo mutuo consensu, & cessante periculo violationis voti virginis, nullum in convenienti inferre licet ex tali contractu matrimoniali, ut contigit in casu questionis; in quo, proportionem servatam, verificatur testimonium Apostoli, ut proxime expositum est. Absolute tamen intelligitur Apostolus locutus de alijs matrimonijs communiter contingentibus: nec novum erit, singulariter in Deipara Domina limitari locutiones similes universales Apostoli, qualiter limitatur illa; *omnes in Adam peccaverunt;* & sic de alijs.

27. Sed tamen, aliud est vinculum illius sacri matrimonij, quod quidem indissolubile erat, & aliud est vinculum illius voti virginis, quo quidem dissolubile erat, siquidem Deus poterat illud votum irritare, aut disperfare, se solo citra iniuriam alterius, cum penes solum Deum esset totum ius ortum ex tali voto; secus tamen se habet penes coniuges ius ortum ex tali matrimonio; ita ut si fortassis supponatur sacros coniuges convenire sine dispensatione voti non peccarent contra iustitiam sed contra religionem ex violatione voti; minime tamen peccarent, si supponatur dispensatio voti nota ab ipsis ad copulam conjugalem; proindeque potestas ligata moraliter ratione voti non erat ex natura rei essentialiter indissolubilis, nec extincta, qualis esset potestas alia impotentium physice, ut infra constabit.

28. Obj. 7. Votum virginis, & matrimonium important essentialiter voluntates incompatibiles inter se; ergo. Probatur antecedens; nam votum virginis dicitur dissentire à copula conjugali, quam respicit; at matrimonium dicit

dicit essentialiter consensum in copulam conjugalem, quam respicit; ergo.

Respondeo nego antecedens; ad cuius probationem nego, matrimonium ratum ut tale, de quo est quæstio, dicere essentialiter consensum in copulam conjugalem; contractum enim constat aperte ex definitione Concilij Constantiensis, & communi placito Theologorum, ut supra ostensum est num. 8. & num. 12. de quo consulti potest Eximius Suarez ibi §. ad rationem, proinde que nullius momenti est obiecta difficultas, si in sauratur dicta locis citatis.

29. Obijc. 8. Votum antecedens absolutum virginitatis est impedimentum dirimens, & invalidans matrimonium; ergo importat impossibilitatem inter se.

Respondeo, distinguo antecedens, si tale votum fuerit emissum in Religione approbata; concedo: si tale votum fuerit emissum extra Religionem approbatam; nego antecedens, & consequentiam. Solutio constat ex communissima doctrina Theologorum, quæ facta est, videatur apud P. Escovar in summa moralis, tract. 7. de Sacram. exam. 9. de Matrimonio, cap. 6. §. 4. pag. 86. Adhuc tamen votum virginitatis emissum extra Religionem approbatam, quod alias est impedimentum impediens, non fuit tale in casu quæstionis ex circumstantijs supra recensitis, & prævijs ad hoc sacrum connubium. Nec visus sum vocibus voti solemnitis, & voti simplicis; eo quod eadem sit ratio pro utroque, si emissum sit in Religione approbata, qualiter definitum est a Summis Pontificibus; quidquid garriat Thomas Hurtado implacabiliter infensus nostræ Societati IESV.

30. Obijc. 9. Votum absolutum virginitatis offert, & consecrat Deo dominium, quod vovens habebat in suum corpus ad copulam conjugalem intra matrimonium; ergo in casu quæstionis nequivit abdicari a Deo tale dominium, ut illud traderetur consorti per verum matrimonium.

Respondeo, in primis, hoc argumentum esse verum etiam sponsalia, quæ in casu quæstionis admittuntur ab adversarijs. Directe igitur concedo antecedens, & nego consequentiam; hæc enim vera

esset, si non intercessisset vera cessio iuris divini; aut falsa est in casu quæstionis, in quo intercessit, ac intervenit vera cessio iuris divini per impulsum specialem Dei, & revelationem Divinam expressam, & aperte cognitam a sacris conjugibus in ordine ad contrahendum matrimonium *servata pari consensu continentia*; ut supra aiebat Sanctus Augustinus. Immo etiã nego suppositum, quod scilicet in casu quæstionis abdicetur a Deo dominium, si quidem traditur consorti ligatum voto virginitatis, quod tamen ipse Deus poterat absolute irritare, aut dispensare, ut supra expositum est num. 27.

31. Obijc. 10. Condicio saltim implicita servandi virginitatem in matrimonio, quæ data est in casu quæstionis, destruit substantiam matrimonij; ergo.

Respondeo, nego antecedens, scilicet sub circumstantijs concurrentibus in casu quæstionis, ut optime expendit cum pluribus alijs Theologis laudatus P. Vasquez ibi, cap. 6. Substantia enim matrimonij salva mansit ex mutuo consensu sacrorum conjugum, adhuc interveniente ea conditione, ut facti declaratum est ad argumentum 6. num. 26. Sed ut claricri modo cernatur, posse salvari substantiam matrimonij, & translationem dominij matrimonialis, appono exemplum, & peto paritatem (quæ non debet tenere in omnibus) a balijs conjugibus, qui in instanti B. post primam instantis A. in quo rate; ac rite conjugati sunt; conditionem illam amplectentur ex mutuo consensu, immo etiam suum dominium ligent mutuo voto castitatis: ibi enim patet subsistere, & perseverare in posterum translationem dominij, ligati tamen; & substantiam matrimonij rati sine vlla copula conjugali.

32. Obijc. 11. Finis matrimonij debet esse procreatio, seu propagatio generis humani; ergo.

Respondeo, distinguo antecedens, finis matrimonij consumati; concedo: finit matrimonij rati, saltim sub circumstantijs concurrentibus in casu quæstionis, nego; Solutio constat clarissimis testimonijs supra allegatis, in quibus instauranda sunt ea, quæ ex Sancto Augustino, & Sancto Ambrosio tradita sunt nu. 22.

&

Et num. 23. sub distinctione autem utriusque matrimonij ex Concilio Tridentino insinuata num. 8. venit recensendus multiplex finis, qui in hoc sacro matrimonio assignatur a Concilijs, & Sanctis Patribus, pro quibus omnibus facta est loquentem audiamus Sanctum Bernardum homil. 2. super Milus est, sic: *Necessario igitur desponsata est MARCIA IOSEPH, quando per hoc, & a canibus sanctum absconditur; & a sponso Virginitas comprobatur & Virginitas tam verecundia paratur, quam fama providetur. Quid sapientius? Quid dignius divina providentia?* Consonat Sanctus Hieronymus ad rem nostram, lib. 1. comment. in cap. 1. S. Mar. ubi tonat sic: *Quare non de simplici Virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem IOSEPH origo MARIE demonstraretur; secundo, ne lapidaretur a Iudæis ut adultera; tertio, ut in Aegyptum fugiens haberet solatium: Martyr sanctus Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata concipitur, ut partus, inquit, eius celaretur diabolo, dum eum putat, non de Virgine, sed de uxore generaturum.* Videantur insuper dicta supra num. 17. & num. 25. ubi instantia præ occupata est.

33. Obijc. 12. Omnino inutilis, immo & impossibilis est potestas matrimonialis, quæ non reducitur, nec reduci potest ad actum matrimoniale, seu copulam conjugalem; ergo. Probatum antecedens, primo; quia dominium definitur potestas utendi re extra iniuriam alterius, tunc per ordinem ad usum rei: secundo, quia impotentia naturalis perpetua coeundi; aut se copulandi; quæ aliquis homo laboraret ante matrimonium, esset impedimentum dirimens; scilicet ex simili capite non visus; ergo.

34. Respondeo, nego antecedens absolute prolaturum; si quidem illa potestas matrimonialis salvatur simpliciter in instanti A. in quo contrahitur matrimonium, licet non reducatur, nec reduci possit ad actum matrimoniale; seu copulam conjugalem; sive ex mutuo consensu contrahentium firmato voto castitatis in instanti B. iuxta proxime dicta num. 31. sive ex impotentia physica tunc superveniente, iuxta resolutionem iuris; cap. *bi qui*, 32. q. 7. ubi Nicolaus Papa resolvit, nullam impotentiam supervenientem annullare

matrimonium. Et quidem nequit dubitari, quin illa potestas matrimonialis esset utilis ad hoc ut neuter coniux posset novum contrahere matrimonium, superflite conforte; etiam que ad hoc ut neuter coniux posset copulare cum persona extranea citra iniuriam consortis, & sine adulterio, quod tunc sanè incurreretur.

35. Sed cum argumentum debeat procedere ad casum quæstionis, in quo votum virginitatis antecedit omnino potestatem illam matrimonialem, aptius erit claritas gratia distinguere antecedens sic: si nec reducitur, nec reduci potest ad actum matrimoniale, ex impotentia physica omnino antecedente ad matrimonium; concedo: si nec reducitur, nec radici potest ad actum matrimoniale; ex impotentia morali orta tantum ex voto, & interveniente simul consensu mutuo contrahentium matrimonium, uti accidit in casu quæstionis; nego antecedens; & consequentiam. Ratio est, quia illa prior impotentia physica ex natura rei constituit personam impotentem ac inca pacem intrinsecè necessario indefectibiliter per se ad actum matrimoniale; seu copulam conjugalem, proindeque non esset illa potestas ligata libere, sed extincta necessario: aut impotentia morali orta tantum ex voto virginitatis in casu quæstionis aliter omnino se habet, si quidem comparatur cum potentia physica, & capacitate intrinsecè contrahentium, ut de se patet; proindeque hæc posterior potestas non dicitur extincta, sed ligata libere; & impedita ab extrinsecè voto virginitatis; quod sanè posset absolute irritari, aut dispensari a Deo citra iniuriam alterius; & se solo, ut ostensum est num. 27.

36. Deinde, ad primam probationem dominij non esse essentialem, ut tenent plures Theologi cum P. Molina tract. 2. de iust. disp. 3. & P. Rebello lib. 1. de iust. q. 7. sect. 7. ita ut aliter explicent essentialitatem dominij, & asserant, illam facultatem utendi re se habere per modum effectus provenientis ex essentiali dominij. Licet autem ea definitio dominij admittatur, dicendum est, illam esse

ff

defi-

definitionem dominij expediti, secus tamen dominij ligati, quale datur in pupillo respectu futurorum bonorum, & in casu quaestionis, iuxta praenotata supra num. 10. Et quidem certum debet esse, quod sicut voluntas tradendi, & accipiendi dominium, etiam in perpetua emphyteusi, non pugnat cum voluntate non utendi ipso dominio, siue cum proposito abstinendi ab usu, & exercitio ipsius dominij, ita pariter in casu quaestionis non pugnat dominium matrimonij, & consensus contrahentium illud, cum voto virginitatis, & proposito abstinendi ab usu talis dominij matrimonialis, siue ab actu, & copula coniugali, quae quidem nec est pars essentialis, nec integralis respectu matrimonij rati, ut supra saepe demonstratum est: huic autem paritati maxime fide pro tota doctrina quaestionis.

37. Denique, ad secundam probationem antecedentis satis constat solutio ex disparitate proxime assignata num. 35. proinde nulla est probatio ab impotentia physica antecedente ad matrimonium, quod sane invalidat, ad impotentiam moralem ortam tantum ex voto virginitatis antecedente ad matrimonium in casu quaestionis, in quo supponitur tale votum absolutum ante nuptias, cum D. Thoma in 4. dist. 30. q. 2. art. 2. ad 1. licet ipse S. Doctor 3. p. q. 28. art. 4. velit, Deiparam Dominam nuncupasse tale votum tantum conditionatum ante nuptias.

38. Pro solvendis alijs argumentis, quae possunt efformari circa ordinem intentum in matrimonio ad usum matrimonialem, siue respectu copulae coniugalis, observandum est; plures Theologus cum P. Vega pag. 194. §. *addiderunt tamen*, existimare, matrimonium ita dicere ordinem ad copulam coniugalem, ut in illo detur radicalis, seu aptitudinalis, ac remota facultas ad utendum corpore coniugis, etiam si ea perpetuo impedita sit ex voto virginitatis; sic enim salvatur pro valore matrimonij consensus implicitus dicens ordinem, & obligationem radicalem (secus tamen formalem proximam) reddendi debitum ex mutuo consensu contrahentium matrimonium, eo quod natura matrimonij ex se ordi-

netur ad procreationem filiorum. Haec est doctrina laudati P. Vega: miror tamen, statim pag. 195. §. *reliquum est*, concludere sic: *Quare firmiter tenendum est, Beatam Virginem nunquam propositum efficax elicuisse de danda opera liberis habendis*: & pro hac etiam posteriori doctrina allegat plures Sanctos Patres, & Doctores; ipse autem viderit modum; quo haec omnia cohæreant inter se.

39. Rursus, ipse Auctor ibidem pag. 196. §. *non de fuere*, citat, & laudat alios Doctores Theologos defensantes, in castissimo matrimonio Deiparae Dominae non debuisse consentum ipsius ferri adhuc implicite nec in obligationem formalem actualem proximam, nec in obligationem radicalem remotam ad copulam coniugalem: existimant enim in casu quaestionis, & purissimo matrimonio, neutram obligationem datam fuisse; tum quia ubi deficit obligatio formalis, quae radicitur, deficit obligatio radicalis, in qua radicitur: tum etiam quia ubi daretur consensus in obligationem radicalem copulae coniugalis, daretur utique consensus in ipsam copulam coniugalem, cum haec sit terminus essentialis respectu obligationis radicalis. Videantur haec locis citatis.

40. Pro calce demum adversus haereticos Palagium, Julianum, & Vviclephum, intendentes, ac contendentes, copulam coniugalem, & consensum in ipsam, ita requiri ad matrimonium, ut sine illis nequeat subsistere matrimonium; praeter alia plura stabilita supra, praesertim num. 8. & num. 12. fas est addere 1. decretum Bonifacii octavi, cap. unico de voto, in 6. ubi statuit, verum intercessisse matrimonium in paradiso inter Adamum, & Evam licet, ibi non fuerit copula coniugalis, sed extra paradisum, ut innuitur Genesios cap. 4. & docent plures Doctores cum S. Antonino 1. p. histor. tit. 1. cap. 1. §. 4. ubi asserit, tribus lustris transactis, primam coniugalem copulam extra paradisum contractam fuisse. 2. decretum iuris in capite, cum sis, & cap. uxoris ubi statuitur, neutrum coniugem teneri obligatione reddendi debitum copulae coniugalis, si post matrimonium consummatum solemnem professionem religionis

ex

SUBSECTIO I.

VERA SENTENTIA
stabilitur.

41. **C**ommunior, & verissima sententia defendat, verum matrimonium, & cohabitationem Deiparae Dominae cum Sponso Divo Iosepho, praecessisse ante tempus Annuntiationis Angeli, & Incarnationis Verbi Divini: ita plures Sancti Patres, & plerique Doctores videntur apud assectam P. Vasquez loco nuper citato, cap. 9. & Eximium Suarezium assentientem, tom. 2. in 3. part. disp. 13. quaest. 35. art. 6.

42. Probatur primo autoritate clarissima Angelici Doctoris D. Thomae 3. part. quaest. 29. ubi ait: *Ad tertium dicendum, quod Virgo, sicut Chrysostomus dicit, sic fuit desponsata Ioseph, quod etiam esset domi habitata: nam sicut in ea, qua in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis sic in ea, qua extra domum concipit, est suspecta coniunctio; & ita non esset sufficienter provisum fama B. Virginis per hoc, quod fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habitata: haec tenet S. Doctor.*

43. Hinc probatur secunda ratione innuata a Divo Thoma: nam iuxta firmum, ac prudens iudicium Sanctorum Patrum, & Doctorum, Deus decrevit Incarnationem Verbi Divini ex Virgine Matre nupta, ut consuleret, ac provideret bonae famae ipsius Matris, simulque Filij Divini, & praecaveret infamiam illegitimi partus, & foetus spurij: at qui si ante tempus Conceptionis, seu Incarnationis non praecessisset verum matrimonium, cohabitatioque Deiparae Dominae in domo sui Sponsi Divi Iosephi, Deus non consultasset, nec pro vidisset tali fini, sed potius suborta fuisset suspicio generalis, & publica infamiae Deiparae Dominae, & Filij Divini, cum vterus ipsius Matris Dei intumescens extra matrimonium, & extra domum sui Sponsi, vtriusque infamiam publicaret: ergo ante tempus Incarnationis Verbi Divini praecessit

fit

ex mutuo consensu amplectatur; licet inter utrumque conjugatum perseveret vinculum matrimonij, ut habetur in Canone, *si quis coniugatus*, 27. q. 2. & licet per talem professorem dirimatur matrimonium ratum, non tamen consummatum, ut exprimitur in Concilio Tridentino, sess. 24. can. 6. Quae omnia roborantur ratione, videlicet quia copula coniugalis non est effectus necessarius, & per se, sed secundarius, & per accidens respectu vinculi matrimonialis; quod quidem antecedit ipsam copulam conjugalem, ita ut haec possit poni, vel non poni in actu, ex mutuo consensu conjugum ubi adest motivum consentaneum rationi, ut ex supra stabilitis patet.

SECTIO II.

PRO COMPLE-
mento praecedentis con-
clusionis investigatur
tempus celebrati Matri-
monij, & cohabitatio-
nis, Deiparae Dominae
cum Sponso Divo
IOSEPHO.

44. **A**liqui Sancti Patres citantur a P. Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 125. cap. 8. pro sententia deficiente, ante Incarnationem Verbi Divini in utero Deiparae Dominae non praecessisse verum Matrimonium ipsius sed tantum sponsalia; ita ut Matrimonium initum fuerit post Annuntiationem Angeli, & incarnationem Verbi Divini: cui placito ad stipulantur P. Canisius lib. 2. de Deipara, cap. 4. & Rupertus in Cant. cap. 1. quatenus tenent, Deiparam Dominam non cohabitasse cum Sancto Iosepho ante, sed post tempus Annuntiationis, & Incarnationis.

fit verum matrimonium Deiparae Dominae, & cohabitatio ipsius cum suo Sponso Divo Iosepho.

44. Roboratur nam Interpretēs Sacrae Scripturae ad cap. 19. Geneseos observant, in lege veteri, & in veterata consuetudine inviolabili Hebraeorum, dum sponsalia sola perfisterant, Sponsa asseruabatur in domo paternā, quo usque accedente tempore nuptiarum, & his celebratis, propinquorum comitatu solemniter in domum Sponsi adibat, & cohabitabat cum ipso: ergo si historicis in more Hebraico, conceptus virgineus appareret ante tempus nuptiarum, & cohabitationis maritalis, infamia publica non vitaretur apud Hebraeos.

SUBSECTIO II.

RESPONDEATUR OBIECTIONIBUS.

45. **O**bjic. 1. Ex capite primo S. Lucae constat, Angelum dici missum a Deo ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph: ergo tunc temporis non erat nupta, nec cohabitabat cum S. Iosepho.

Respondeo, ibi sumptum esse *ly desponsatam* pro eodem, ac *nuptam*, ut clarè constat ex satis stabilitis in praecedente sectione prima; rursusque patet ex eo quod in eodem capite 1. S. Lucae vir sumatur pro marito, iuxta versionem Syriacam allegatam à Silveira exponente verba illius capitis; proindeque ex illo textu potius confirmatur mea doctrina.

46. **O**bjic. 2. Ex cap. 1. S. Matthaei clarescit, Angelum in somnijs alloquutum sancto Iosepho, significasse, tunc temporis non praecessisse nuptias, dum ait: *Ioseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam*; nam iuxta modum loquendi Sacrae Paginae, accipere conjugem sonat idem, ac ducere uxorem; proindeque Genesis 3. dicitur de Lamech accepisse duas uxores, eo quod duxerit illas: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam

Angelus non dixit, accipere MARIAM in conjugem tuam, nec dixit, accipere MARIAM conjugem, quae locutiones adfauerent adversarijs; sed dixit, accipere *MARIAM conjugem tuam*, quae locutio manifestè convincit, tunc temporis MARIAM iam esse conjugem Sancti Iosephi, cuius appellatur coniux: ait autem accipere, eo quod Iosephus cogitabat tunc dimittere illam, quam iam duxerat uxorem. Licet tamen modus loquendi sacrae paginae allegatus in argumento sit verus, quatenus absolute dicere, duxit duas uxores, sive accepit duas uxores, aequivalenter idem sit; sed verò se habet res dum in verbis Angelicis additur *ly tuam* per quod exprimitur iam esse conjugem Sancti Iosephi, ut de se clarescit: proinde quo ex allegato textu etiam roboratur mea conclusio.

47. **O**bjic. 3. Varia extant testimonia Sanctorum Patrum contraria meae conclusioni: ergo ea sustinenda non est.

Respondeo, ea testimonia esse obsecura; & in rectum sensum revocanda cum P. Visquio, ubi supra num. 99. & P. Maldonato in cap. 1. S. Matthaei pag. 3. §. *Cum esset desponsata*. Immo ipsi Sancti Patres alibi se explicant, & suam mentem dilucidè aperit, ut in praecedente sectione ostensum est. Nec obstat S. Hieronymum asserere, domum Sancti Iosephi sitam esse in Bethelē; siquidem hoc non obstat quo minus tunc temporis degeret in Nazareth, ut de se pater.

48. **O**bjic. 4. Non congruit, nec consonat tempus Mariani partus, & aetatis Deiparae Dominae, tempori assignato matrimonij, & cohabitationis cum Sancto Iosepho: ergo.

Respondeo, nego antecedens; nam licet Doctores distracti sint in varias sententias circa supputationem temporis, & aetatis Deiparae Dominae; nihilominus tamen omnia consona sunt, si cum Sancto Ioanne Damasceno, Baronio, & alijs apud laudatum P. Vasquium assentientem ubi supra, cap. 11. placeat asserere, Deiparam Dominam nuptam fuisse inchoato anno decimo quinto aetatis suae; quo nondum perfecte expleto peperit Filium suum Divinum ad remedium generis humani. De mense autem quo nupta fuit, consili potest Eximius Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 7. sec. 2.

Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 7. sec. 2.

DISPUTATIO II.

DE BAPTISMO, & alijs Sacramentis susceptis à Deipara Domina.

1. **C**um Sacramenta fuerint adhuc in lege veteri, ut Sacramentum Circumcisionis, & Sancti Patres passim praedicant, dubitari posset, an Deipara Domina suscepit aliquod ex illis Sacramentis? Vel saltem illud, quod etiam in lege naturae institutum fuit à Deo pro delendo peccato originali? Sed de hoc nil expressum est in sacra pagina de Deipara Domina: cum tamen de Christo Domino exprimatursusceptio Sacramentum Circumcisionis, certum utique debet esse Deiparam Dominam suscepisse Sacramentum illud, quod in lege naturae, & in lege veteri, in fide parentum applicabatur puellis, ac feminis pro remedio peccati originalis; licet tale peccatum in illa non praeriterit, sicut nec in Christo Domino suscipiente Sacramentum Circumcisionis institutum etiam pro remedio ipsius peccati originalis in parvulis masculis. Consulatur de hoc puncto Eximius Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 18. sec. 3.

SECTIO I.

AN DEIPARA DOMINA SUSCEPERIT SACRAMENTUM BAPTISMI?

2. **N**on defuere aliqui negantes Deiparam Dominam obligatam fuisse lege Baptismatis, eo quod

caruerit peccato originali; sicut obligata non fuit lege Penitentiae Sacramentalis, eo quod caruit peccato personali. Sed tamen haec ratio nullius momenti est; ut infra constabit immò etiā si permitteretur in Deipara Domina non obligatio legis Baptismi; non inferretur recte non susceptio ipsius Baptismi; sicut ex non obligatione legis Purificationis in Deipara Domina non inferretur non adimpletio ipsius Purificationis; quādo quidem ex supererogatione potuit illa opera exercere, & se subdere legibus sacris, quibus ex praeccepto obligata non foret.

SUBSECTIO VNICA.

AFFIRMATIVA SENTENTIA VERA STATUITUR; & ab argumentis liberatur.

3. **V**era, & communis sententia affirmat, Deiparam Dominam obligatam fuisse lege praecceptiva Baptismatis; ipsumque suscepisse defacto; ita plerique Sancti Patres, & Doctores cum Eximio, eo tomo 2. in 3. part. disp. 18. sect. 3. & P. Vega. p. 2. pal. 20. cert. 2.

4. Probaturs; nam Christus Dominus apud S. Ioannem cap. 3. tulit legem praecceptivam universalem pro omnibus suscipiendi Sacramentum Baptismi tanquam medium necessarium ad ingrediendum in regnum caelorum; per illa verba *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum caelorum*. Deinde ipse Christus Dominus baptizatus est defacto, ut fides docet apud S. Marcum cap. 1. ubi dicitur: *Venit IESVS à Nazareth Galilea; & baptizatus est à Iohanne in Iordane*; ergo dicendum est, Deiparam Dominam obligatam fuisse ea lege praecceptiva universali; ut possit sic introire in regnum caelorum; & defacto suscepisse Baptisma ad instar sui filij divini;

in quo etiam nulla erat macula peccati originalis deturpanda ex vi illius sacri lavacri.

5. Obijc. primò. Peccatum originale est materia necessaria Sacramenti Baptismi, sicut peccatum personale est materia Sacramenti Pœnitentiæ: ergo sicut Deipara Domina non suscepit defacto Sacramentum pœnitentiæ ex defectu peccati personalis, ita nec suscepit Sacramentum Baptismi ex defectu peccati originalis.

6. Respondeo, falsitatem huius argumenti patere, si fiat retortio illius in Christo Domino, & in S. Ioanne Baptista Sanctificato in vtero materno; ac denique in alio quovis adulto baptizato, si in illo præcesserit contritio supernaturalis ante susceptionem Baptismatis. Vnde in forma nego antecedens; materia enim Sacramenti Baptismi est aqua naturalis: finisque adæquatus ipsius non est de tertio peccati originalis; eum satis fit conferre gratiam sacramentalem; aperire ianuam Sacramentum, quæ est Baptisma iuxta Concilium Tridentinum s. 7. immò etiam ianuam cœlorum, iuxta allegata verba Christi Domini Ioan. 3. imprimere denique characterem Christianitatis, quidquid novissime interdicat Fr. Christophorus Delgadillo, cap. 4. de Sacram. dub. 19. num. 62.

7. Nec est vlla paritas petita a non susceptione Sacramenti Pœnitentiæ; hoc enim susceptum non fuisse a Deipara Domina assero, non præcise ex eo, quod caruerit peccato personali adhuc veniali, ut definit Concilium Tridentinum s. 6. sed etiam ex eo, quod caruerit dolore necessatio requisito ab ipso Tridentino s. 14. pro valore Sacramenti Pœnitentiæ; ibi enim requiritur dolor de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cætero: Cum autem Deipara Domina nequiret elicere dolorem de peccato a se commissio, quod nullum fuisse sciebat recte conscientia, nequiret vtrique suscipere Sacramentum Pœnitentiæ, & valorem ipsius; non solum ex defectu peccati, quod est materia remota, sed etiam ex defectu doloris, qui est materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, & qui talis semper extitit, licet tunc temporis non effecta, ac hunc est in Concilio definitus.

Consultatur de hoc laudatus P. Vega pal. 20. cert. 5. ubi optime evertit errores hæreticos, & alios modos disturrendi absoletos, qui facillime evanescent.

8. Obijc. secundò. Forma Sacramenti Baptismi, & ablutio baptismalis, falsificaretur in Deipara Domina carete omni peccato: ergo nequivit suscipere Sacramentum Baptismi.

Respondeo in primis per retortionem factam in præcedentis argumenti solutione: solutio autem directa huius patet, negato antecedente, & explicato sensu vero, in quo cum D. Thoma docent Theologi, salvari veritatem Sacramentorum, dum ea, quæ sunt Sacramenta mortuorum, applicantur vivis, seu conferuntur hominibus sanctificatis, scilicet quatenus tunc est verum conferri gratiam sacramentalem ex se remissivam peccati, licet in re peccatum non detur.

9. Obijc. tertio. Lex Baptismatis post mortem Christi Domini incepit obligare, ut tenet Eminentissimus Bellarminus lib. 1. de Baptism. cap. 5. atqui Deipara Domina non fuit baptizata post mortem Christi Domini: ergo.

10. Respondeo, nego maiorem; nam constat ex Sacra Pagina, ante mortem Christi Domini institutum fuisse Sacramentum Baptismi, & susceptum a Christianis, ut pote qui ea lege teneri existimabant, uti perspicuum apparet ex illis verbis S. Ioannis cap. 3. *venit IESUS, & discipuli eius interram Indeam, & ibi morabatur cum eis, & baptizabat*: quæ verba pulchre expendit P. Maldonatus videndus in eum locum. Vnde P. Suárez tomo 2. in 3. p. disp. 19. sect. 1. sic fatetur: *valde pium, & probabile est, quod ait Euthymius, Christum ante Apostolos baptizasse Virginem Matrem manibus suis.*

11. Immo etiam si ante Christi Domini mortem bonus læpro dignas delicta detestans, & crucis tormenta sufferens amore Dei, posset veniam extorquerè, & paradysum sperare per baptismum f aminis, simul, ac sanguinis: voluit tamen Christus Dominus eam legem baptismi fluminis, seu aquæ stabilire patratione mirabilis miraculi, ut tenet plures Theologi, & aperte prædicant Sancti Patres; siquidem ad illa verba S. Ioannis cap.

SECTIO II.

AN DEIPARA DOMINA SANCTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM FREQUENTER SUSCEPERIT?

13. Licet Deipara Domina minime suscepit Sacramentum Pœnitentiæ, ut proxime stabilitum manet num. 7. indubium omnino videtur apud melioris nota Doctores frequenter suscepisse Sacramentum Divinæ Eucharistiæ, pro cuius susceptione minime debebat præcedere prævia confessio in Deipara Domina omnis peccati adhuc venialis expertè ut de se clarescit; cum plerique Theologi teneant, cum PP. Suarioro tomo 4. in 3. part. disp. 35. sec. 1. n. 1. & Fagundus in præcept. 2. Eccl. lib. 1. cap. 2. num. 11. non obligari præcepto confessionis illes, quolibet peccatis venialibus infecti sunt.

14. Si autem libenter admissa ea frequentia suscipiendi Sacramentum Sanctissimum Eucharistiæ, velis inquirere qualis, & quanta fuerit in Deipara Domina? Scire fas est, omnes ferè Doctores unanimiter convenire in hoc asserto scilicet, quod in primordiis Ecclesiæ Catholice omnes Christi fideles assistentes Sacrificio Divino Missæ reficiebantur Sacramento Sanctissimæ Eucharistiæ; licet differant in eo, quod obligarentur, nec ne; præcepto Ecclesiastico ad eam quotidianam Communionem, quam re ipsa quotidie suscipiebant? ut innuitur cap. 2. Actorum, & exprimitur in cap. peracta, de consecratione, dist. 2. per hæc verba: *Peracta consecratione, omnes communiabant, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus; sic enim Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia.* De quo videndus P. Vasquez ubi supra, disp. 214. & plures alij Recentiores, qui de hoc puncto quotidianæ communionis, hæc tem-

29. *Et continuo exiit sanguis, & aquas subdit D. Thomas. 3. p. quart. 66. art. 3. illam aquam fuisse puram, & miraculose: & D. Ioannes Chrysostomus ipsa verba evangelica dilucidans addit hæc: exierunt cum impetu, ut latronis corpus aspergerent, & latronem aspersum baptizarent.* Quid pro tali Baptismo ante Christi Domini mortem commendado mirabilius? Licet enim hoc miraculum contigerit statim post Christi Domini mortem, inde tamen patet quasi repositum in corde Christi (ex cuius latere aqua miraculose manavit) studium imperitæque iustitiae aquas Baptismatis, quas proprijs ipse manibus ante mortem imperitus fuerat.

12. Circa tempus denique, in quo Deipara Domina suscepit Sacramentum Baptismi, & annum ætatis, in quo versabatur; verosimile esse existimat laudatus P. Vega cert. 3. id, quod tradit Euthymius in cap. 3. Ioann; videlicet, Deiparam Dominam baptizatam fuisse a suo Filio divino, dum ipsa attingebat annum fore quadragesimum sextum ætatis suæ; hoc autem punctum supputationis conjecturale est: placet tamen concludere verbis ipsius Euthymij circa Baptismum Deiparæ Domine: *scribunt quidam Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Virginem Matrem, & Petrum baptizaverunt; Petrus vero reliquos Apostolos.*

Quod quidem D. Petri singularis gloria est.



pestate maxime controverso, varios tractatus praeulo mandarunt.

15. Nec est animus, resolvere aliquid circa usum communionis quotidianae hisce temporibus apud fideles reslorescentem; cum res haec novissimè discussa, ac maturo iudicio resoluta sit, debitis circumstantijs, à Sacra Congregatione Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini iussu, & approbatione Sanctissimi Domini Nostri Innocentij XI. die duodecima Februarij, Anno 1679. decretum que tradit, & elucidat Mag. Lumbier in suo tractatu circa propositiones damnatas ab eodem Summo Pontifice Innocentio XI. aeternae memoriae digno, à pag. 519. vsque ad 527. consulat ibi, dum ego ad proprium institutum pergo.

SUBSECTIO VNICA.

SENTENTIA AFFIRMANS ostenditur, ac elucitur.

16. **P**lacet communis vera sententia affirmans, Deiparam Dominam suscepisse Sacramentum Ss. Eucharistiae, non solum frequenter, sed etiam quotidie: ita plures cum B. Alberto Magno, & B. Amadæo apud P. Vegam p. 2. pal. 21. cert. 5. num. 1487 qui sane rem hanc omnibus numeris absoluta reliquit.

17. Probatur primò. Nam in primordijs Ecclesiae Catholicae omnes Christi fideles frequenter, immò etiam quotidie, suscipiebant Sacramentum Ss. Eucharistiae, sacraeque synaxi resciebantur, vt proxime ostensum est num. 14. ergo potiori iure adstruendum est hoc ipsum de Deipara Domina.

18. Probatur secundò. Nam eximius amor Dei, & Filij sui divini sub velamine Eucharistico latentis, impelleret Deiparam Dominam ad sui susceptionem frequentem, & quotidianam, adhuc si in ea esset vincenda aliqua difficultas; haec

autem nulla erat, siquidem facillime poterat quotidie accipere panem vitae, & intellectus, à Ioanne Apostolo comite perpetuo ipsius Deiparae Dominae, aut ab alio Sacerdote, quando quidem ipsa erat pupilla oculorum primitivae Ecclesiae: ergo ne minus fervens igne divini amoris, desiderio que augendi divinam gratiam sacramentalem adhuc ex opere operato, respectu aliorum fidelium, Deipara Domina dicatur, quod absit, dicendum est, suscepisse frequenter, immò etiam quotidie, Sacramentum Ss. Eucharistiae.

19. Probatur tertio. Nam plures Doctores tenent, Christum Dominum instituisse Sacramentum Ss. Eucharistiae propter amorem suae Matris Sacratissimae MARIAE praecipue, & principaliter; scilicet vt ipsa illo fruere, sic que materna viscera repetens Filius divinus singulare solatium acciperet, & redderet Matri divinae, dum ab ipsius oculis absens versaretur. De quo videndus Eximius Suarez, tomo 2. in 3. p. disp. 46. sect. 7.

20. Illustratur: nam ipsa Deipara Domina, vt pote peculiare dominum habens erga panem Eucharisticum, eiusque dispensationem, sic fatetur Proverb. cap. 9. *venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis*: Sponsus divinus Cant. cap. 7. de illa ait; *venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs: Illius tritici* (addit S. Thomas à Villanova) *quae Angeli saginantur, populi resciantur, & spiritus satiantur; illius panis, qui de caelo descendit*. Consonat suo filio parens S. Augustinus, form. de Assumpt. B. V. cap. 5. *Caro Christi caro est MARIAE, & quamvis gloriare resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen remansit; quae de Virgine sumpta est*: Rursusque in psalm. 38. addit; *ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit*. Vnde alia plura apud laudatum P. Vegam à cert. 1. vsque ad cert. 6. in quo de communionem spirituali erudite agit.

21. Nec occurrit aliquid momenti adversus praedictam veram sententiam; quae proinde obvijs vlnis amplectenda est: immò probabiliter asseritur ab eodem P. Vega ibi, pag. 184. cum PP. Barradas, & Sherlogo, Deiparam Dominam suscepisse Panem Eucharisticum in

in ipsa nocte, in qua à Christo Domino institutus fuit, vt inde robur acciperet ad tolerandas Passionem, & Mortem sui Filij Divini, quo cum corredeptrix à Sanctis Patribus praedicatur.

SECTIO III.

QVID SIT DICENDUM de susceptione Sacramenti Confirmationis?

21. **S**acramentum Confirmationis institutum fuit à Christo Domino ad augmentum gratiae; & charismatum gratiarum ex opere operato; ita tamen vt circa eius administrationis, & susceptionis modum fuerit varietas; vt adnotant Theologicum Divo Thoma docente, Christum Dominum concessisse Apostolis facultatem conficiendae hoc Sacramentum Confirmationis, vel per unctionem chrismatis, vt nunc conficitur in Ecclesia Catholica; vel per impositionem manuum, vt in primordijs ipsius Ecclesiae Apostoli confirmabant fideles, iuxta Actuum Apostolicorum historias; immò etiam inde constat, Apostolos ipsos non aliter confirmatos fuisse quam per descensum Spiritus Sancti sub forma sensibili in Sacro die Pentecostes.

22. Dicendum igitur est; Deiparam Dominam suscepisse Sacramentum Confirmationis per unctionem Spiritus Sancti descendentis in die Pentecostes; sub forma sensibili; ac proinde insignitam fuisse indelebili charactere, alijsque effectibus orna tam proprijs nuius Sacramenti, licet illud non suscepit sub ritibus, ac caeremonijs, quibus nunc vsatur in Ecclesia Catholica. Haec est sententia PP. Suarez tomo 1. in 3. p. disp. 18. sect. 5. & Vasquez loco supracitato, disp. 119. cap. 7. quos sequitur P. Vega p. 2. pal. 20. cert. 4. num. 1462.

23. Ratio est; quia cum Apostoli ita receperint Sacramentum Confirmationis

in die Pentecostes, vt constat ex proximè dictis num. 21. potiori iure de Deipara Domina hoc ipsum indubiè credendum est, cum in ipsam dilapsus fuerit tunc Spiritus Sanctus Sponsus eius ad vberiore gratiam communicandam; & confirmandam in illa supra omnes Apostolos; vt de se clarescit: vnde laudatus P. Vasquez ibidem num. 67. asserit, indubium non posse veri veritatem huius asseriti; proindeque adversus illud nulla occurrit difficultas specialis, quae ex dictis facillimè non solvatur.

SECTIO IV.

QVID DICENDUM sit de receptione Sacramenti Extremae unctionis?

24. **S**acramentum Extremae unctionis à Christo Domino institutum fuit pro aegrotis periclitantibus, ad corroborandum animum in articulo mortis; & ad conferendam gratiam ex se remissivam peccati; si remanserit macula illius; vt docent Theologi cum D. Thoma hic, Concilio Tridentino sess. 14. & Sancto Iacobo Apostolo in epist. cathol. cap. 5. vers. 13. & 14. vbi ait: *Infirmus quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.*


25. Dicendum igitur est, Deiparam Dominam suscepisse Sacramentum Extremae unctionis: ita Eximius Suarez in 3. part. disp. 42. sec. 2. num. 111. cum B. Alberto Magno in Mariali, cap. 72. & S. Antonino 3. part. tit. 15. cap. 16. & alijs citatis, & secutus à P. Vega vbi supra; cert. 4. num. 1465. contra Acutissimum Vasquium tomo 2. in 3. part. disp. 119. cap. 8. & Paludanum in 4. dist. 23. quaest. 3. art. 2. conclus. 2. & alios paucos.

26. Ratio est ad homines: nam iuxta ad versarios, Deipara Domina recepit Sa-

eramentum Baptismi: ergo etiam recepit Sacramentum Extremæ Vnctionis. Si quidem eadem est difficultas in receptione utriusque Sacramenti respectu Deiparæ Domine, ut potè. carentis peccato originali, ad cuius ablationem ordinatur ablutio Baptismi, ac peccato personali ad cuius remissionem ordinatur unctio Extremæ Sacramentalis; ergo æque utrobique salvabitur recta receptio, & essentia tota utriusque Sacramenti per collationem gratiæ ex se deletivæ, ac remissivæ peccati.

27. Accedit congruentia ex S. Antonio ibidem, tit. 14. cap. 1. vbi sic fatur: *Ponit Albertus, quod B. MARIA in morte se fecerit in ungi, sicut etiam communicavit; hoc non quia indigeret, cum nullum peccatum etiam veniale, nec reliquia peccati essent in ea; sed ut præberet fidelibus exemplum in omnibus humilitatis, & vitæ Christianæ;* quibus adde fructum spirituales perceptum ex opere operato in ipsa receptione huius Sacramenti, & virtutum exercitio ibi interveniente.

28. Roboratur hoc totum ex doctrina, quam tradunt plures Doctores citati, & secuti à laudato P. Suarez eo tom. 4. in 3. part. disp. 42. sec. 2. num. 11. ut probent, hoc Sacramentum Extremæ Vnctionis posse exhiberi homini, qui nunquã actu peccasset: cui tribueretur gratia ex se remissiva peccati, & in quo verificaretur *ly quidquid per visum deliquisti*, sicut in alio, qui cæcus esset à nativitate. Præsertim si adsit præceptum recipiendi hoc Sacramentum Extremæ unctiois in articulo mortis, ut inruunt aliqui ex Concilio Coloniensi cap. 50. vbi ait, Vnctionem impendendam esse ex mandato Apostolico: licet contrarium teneant plerique Theologum S. Thoma in 4. dist. 23. art. 1. & P. Suarez, loco proxime citato, disp. 44. sec. 1. vbi admittit rationem Consilij, adstruuntque in omissione huius Sacramenti non esse peccatum, nisi adsit scandalum, vel interveniat contemptus.



SVBSECTIO VI.


QVID NAM DE Sacramento Ordinis.

29. Sacramentum Ordinis, ac Sacerdotalis dignitas sublimis, ita aliena censetur à sexu fœmineo inter Catholicos Doctores, ut de iure divino prohibita fœminis dicatur: immò eas esse incapaces iure naturali, divino, & Ecclesiastico, adhuc ordinum Minorum, tenet laudatus P. Vaquez tom. 3. in 3. part. disput. 245. cap. 2. num. 12. Hoc autem præstant plerique Doctores cum Sancto Epiphanio hæres. 79. ex eo quod si fœmineus sexus ita non esset incapax Ordinis Sacramentalis, Deipara Domina non fuisset privata (vti privatam fuisse certum est) Sacerdotali dignitate, cum illi non fuerit denegatum quidquid honoris, ac dignitatis est, cuius fuit capax in suo sexu fœmineo.

30. Proindeque non sunt audiendi Priscilliani, alijque huius farinae hæretici, de quibus Sanctus Epiphanius hæres. 49. & S. Augustinus lib. de hæres. cap. 27. qui somniant, fœminas esse capaces dignitatum Presbyteratus, & Episcopatus: fuisseque olim veras Diaconissas, Sacerdotissas, & Episcopatissas. Videantur eorundem deliria delusa ab Illustrissimo Villaroel in suo Regimine Ecclesiastico; part. 2. & P. Vega, eadem palæstr. 20. cœt. 6. §. num. 1470.

31. Nec à veritate catholica aberrare in hoc pũcto censendum est, ea omnia quæ sano animo tradit ipse P. Vega per metaphoram, & insensu mystico, ibidem, n. 1368. sicut nec alia summo ingenio elaborata à P. Antonio de Vieira tom. 3. concionum Sacratissimi Rosarij, serm. 18. vbi contendit, Christum Dominum communicasse suæ Matri Divinæ in Rosario Sacratissimo, non solum dignitatem Regiam, sed etiam potestatem Pontificiam


ficiam excedentem potestatem clavium D. Petri videatur ibi, si placuerit ad delicias.



TRACTATUS VI.

DE GRATIA HABITUALI; virtutibus, & scientijs supernaturalibus Deiparæ Domine.

1. Postquam de Sacramentorum susceptione actum est, per quam Deiparæ Domine gratia habituali augmentum accepit, de ipsa gratia habituali agere fas est: sicut enim in Christo Domino præter gratiam unionis resplenduit gratia habitualis; ita in Deiparâ Domina præter gratiam Maternalem, quam esse infinitam simpliciter defensavi ex professo supra, trac. 2. disp. 2. sect. 3. resplendet utique gratia habitualis, ut in confesso est apud omnes Catholicos, & innuitur ab Ecclesiast. cap. 26. vbi dicitur, *Gratia super Gratiâ mulier Sancta:* quæ verba aptissime accipiuntur de utraque gratia Deiparæ Domine, ut loco citato elucidatum est. Quanta autem fuerit gratia habitualis Deiparæ Domine, constabit ex dicendis.



DISPVTATIO I.


DE GRATIA HABITUALI Deiparæ Domine.

2. Gratia habitualis dignitate iure merito extolunt Theologi Catholici contra hæreticos, Sacræ Scripturæ; Conciliorum, & Patrum dilucidis testimonijs, ex quibus deducunt pro illius commendatione, eam esse participationem divinæ naturæ: crescit autem gradualiter, & intenditur magis ac magis, sive ex opere operantis, sive ex opere operato, vti in susceptione Sacramentorum perspicuum est.

SECTIO I.

AN GRATIA HABITUALIS Deiparæ Domine fuerit infinita simpliciter, aut intensiver?

3. Maternalem gratiam infinitam simpliciter esse, secus tamen gratiam habitualem Deiparæ Domine; satis expressi supra, loco proxime citato, sect. 4. per totam: sed cum ibi de gratia habituali Deiparæ Domine egerim indirecte, & minus principaliter; in præsentiarum de illa principaliter; & primario agendum est.



SVBSECTIO I.

SENTENTIÆ REFERRUNTUR: & non nulla necessaria prænotantur.

4. **C**ommunissima sententia Theologorum negat in Deipara Domina, immoderantiam in Christo Domino, gratiam habitualement infinitam simpliciter, & intensive, sive infinitam actu in intentione gradualem; eo quod sit impossibilis de facto: ita plerique Thomistæ cum D. Thoma, 3. p. q. 27. art. 5. & nostri Iesuitæ cum Eximio Suario tom. 1. in 3. p. disp. 22. sect. 1. ac demum plures Scotistæ cum subtili Scoto in 4. dist. 5. art. 2. apud P. Petrum Hurtado, 2. 2. disp. 164. quibus suffragatur M. Saavedra, tomo de Deipara Sacra vestig. 3. disp. 6.

5. Hanc sententiam singulariter illustrat Acutissimus Vasquez, tomo 1. in 3. p. disp. 45. cap. 2. quatenus adhuc admisso infinito in actu circa intentionem aliarum qualitatum, negat dari de facto, aut posse dari, gratiam habitualement infinitam actu intentione: eo quod gratia habitualis debeat semper intendi magis, ac magis in homine viatore per exercitium meritorium, & susceptionem Sacramentorum.

6. Recedunt ab hac communissima sententia aliqui Recentiores defensores in Deipara Domina gratiam habitualement infinitam simpliciter, & intensive: ducunt illos P. Ioannes de Cardenas in opusculo inscripto, *Geminum sidus Mariani diadematis*, disp. 2. per rotam: adfaverque P. Christophorus de Vega part. 1. pal. 16. cert. 5. licet cert. 6. num. 1171. videatur dissentiri, dum respondet argumento, seu fundamento P. Vasquez proxime proposito.

7. Et quidem pondera auctoritatis, & rationis adducta à laudato P. Cardenas solum probant infinitatem simplici-

ter Gratia Maternalis, secus tamen gratia habitualis Deiparæ Domina; cum ea omnia procedant de infinita sanctitate debita Sanctissimæ Virgini MARIE vt Matri Dei, sive debita illi quatenus est Mater Dei: hoc autem assertum verum est, & à me defensatum loco nuper citato, vbi statui, gratiam maternalem Deiparæ Domina esse infinitam simpliciter, eo quod Maternitas Dei sit forma sanctificans, & sanctitas formalis infinita simpliciter, & infinite excedens gratiam habitualement in ratione formæ sanctificantis.

8. Rursus, in ipso Authore notandus est modus loquendi, qui sane implicatior videtur, illam enim gratiam habitualement dicit infinitam simpliciter, cum tamē probet illam infinitam secundum quid, scilicet secundum intensiōem gradualem. Hoc autem infinitum secundum quid dividitur in infinitum in actu, sive infinitum categorematicum, quod actualiter habet partes infinitas, ita vt plures habere non possit, ac proinde dicitur habere tot, quia plura; & in infinitum in potentia, sive infinitum sincategorematicum, quod licet actualiter habeat plures partes, potest habere alias, & alias plures sine fine, ac proinde dicitur habere tot, quot plura.

9. Denique plenitudo gratia habitualis Deiparæ Domina, sive gratia consummata ipsius, quæ ab aliquibus defensatur relucere in Deipara Domina, potest diversimodè explicari, vt infra constabit; sive illa admittatur in primo instanti Conceptionis Deiparæ Domina, sive in primo instanti Incarnationis Verbi Divini, iuxta varios opinandi modos: omnes tamen intendunt adstruere, illam gratiam habitualement deinceps augmentum accepisse, ita vt P. Rhodes, tom. 2. tract. de Deip. quaest. 4. à sec. 4. asserat, nullum Theologum de negasse augmentum illius gratia in Deipara Domina; sed nihilominus illud denegasse plures Theologos, constat apud laudatum M. Saavedra ibidem, num.

108. vbi citat Scotum, Almaynum, & alios.

SVBSECTIO II.

MENS APERITVR
duplici conclusione.

10. **D**ico primo. Gratia habitualis Deiparæ Domina de facto non fuit infinita simpliciter, nec in categorematica intensiōe. Probatur primò auctoritate Angelici Doctoris D. Thomæ 3. p. q. 7. art. 10. ad 1. vbi expresse de gratia habituali Deiparæ Domina sic eloquitur, vt explicet plenitudinem illius: *Beata Virgo dicta est plena gratia; non ex parte ipsius gratia, quia non habuit gratiam in summa excellentia; sed dicitur fuisse plena gratia per comparationem ad ipsam, quia scilicet habebat gratiam sufficientem ad statum illum, ad quem erat electa à Deo, vt esset scilicet Mater unigeniti eius. Quid clarius?*

11. Probatur secundò ratione; tum, quia in Phylotopia ex professo defensavi, impossibilem esse qualitatem infinitam simpliciter, & infinitam in intensiōe: tum etiam, quia adhuc si ea qualitas esset possibilis in ordine naturali, aut etiam in ordine supernaturali; dum homo constituitur inter terminos; secus tamen dum homo consideratur in via ad terminum: tum denique, quia aliter nequit componi, Deiparam Dominam saltem in susceptione Sacramentorum accepisse ex opere operato augmentum gratia habitualis de facto; contrarium autem asserere, esset manifestè recedere à certo iudicio Ecclesie expresso in Sacris Concilijs, & Sanctis Patribus; vt adnotant Theologi in tractatu de Sacramentis: ergo dicendum est, gratiam habitualement Deiparæ Domina de facto non fuisse infinitam simpliciter, nec in intensiōe categorematica.

12. Dico secundò. Si esset possibilis gratia habitualis infinita simpliciter, aut infinita in intensiōe categorematica, correspondisset vt premium merito dignificato à gratia Maternali Deiparæ

Domina infinita simpliciter. Hæc conclusio constat ex principijs à metastabilitis in superioribus disputationibus, præsertim trac. 4. disp. 1. sect. 1. & sequentibus.

Probatur ex ibi dictis: nam cum gratia Maternalis dignificet infinitè simpliciter meritum Deiparæ Domina, debet illud dignificare ad omne premium possibile proportionatum ipsi merito: atqui si esset possibilis gratia habitualis infinita simpliciter, aut infinita in intensiōe categorematica, hæc esset premium possibile proportionatum illi merito Deiparæ Domina dignificato à gratia Maternali infinita simpliciter: ergo correspondisset vt premium illi merito Deiparæ Domina dignificato, à gratia Maternali infinita simpliciter. Recolantur alia plura pro illustrandâ hac conclusione, loco nuperrime citato.

SVBSECTIO III.

RESPONDETUR
obiectiombus.

13. **O**bjic. 1. plura testimonia nonnulla Sacra Pagina; quale est illud Ieremiæ 31. *Femina circumdabit virum*; in quibus videtur inui infinitudo gratia Deiparæ Domina: ergo.

Respondedo, omnia illa testimonia tantum probare infinitudinem simpliciter gratia Maternalis, secus tamen gratia habitualis Deiparæ Domina, vt constat ex dictis loco supra citato, vbi ea adduxi ad probandam illam infinitudinem gratia maternalis; proinde que nil inde contra me. Et quidem hæc veritas aperte constabit cuilibet perpendenti illa testimonia, vt potè quæ de sola gratia propria, ac peculiari Matris Dei vt talis procedunt: quod quidem manifestè cernitur in textu allegato Ieremiæ; & in alio D. Augustini vulgariter adducto per hæc verba, apud P. Ossorium, tom. 3. concion. pag. 45. 2. §. *Hinc Augustinus*.

Cum ergo *Matris suae MARIÆ gratiam pro dignitatis merito concedere deberis summam omnium ei contulit, quia infinita illam decoravit dignitate: dignitas namque Matris Dei infinita est.* Circa plenitudinem autem gratiæ Deiparæ Dominæ æquivoce loquuntur SS. Patres; aliqui enim illum admittunt infinitam loquendo de gratia Maternali, quatenus ab Angelo inaugurata, ac saluata fuit *plena gratia*, ut potest Mater Dei; alij verò illam adstruunt finitam loquendo de gratia habituali, ut constat ex testimonio D. Thomæ proxime allegato à me num. 10.

14. Objic. 2. Iuxta doctrinam SS. Patrum receptam à Theologis, & recentam supra sapissimè, Deiparæ Dominæ debet concedi de facto omne id, quod est maioris excellentiæ, & perfectionis; ergo debet concedi de facto gratia habitualis infinita simpliciter actu, & categorématique infinita in intensione graduali.

Respondeo, distinguo antecedens omne id, quod est maioris excellentiæ, & perfectionis, si non repugnet rationi, nec authoritati; concedo: si repugnet rationi, & authoritati; nego antecedens, & consequentiam; nam ea gratia habitualis repugnat rationi, & authoritati, immò impossibilis est, ut constat ex hæcenus dictis; proinde que communiter non conceditur à Theologis adhuc Christo Domino; si autem Christo Domino concedatur, non erit caput, ex quo arguatur inæqualitas, si ve superioritas gratiæ habitualis ipsius Christi Domini respectu gratiæ habitualis Deiparæ Dominæ pariter ornata infinitudine simpliciter, & categorématique in intensione à P. Cardenas, & alijs adversarijs.

15. Nec subsistit disparitatis ratio excogitata ab ipso P. Cardenas, dum ait, inæqualitatem, ac superioritatem gratiæ habitualis infinitæ Christi Domini respectu gratiæ habitualis infinitæ Deiparæ Dominæ desumi ex connexionne essentiali quam dicit illa prior gratia habitualis respectu unionis hypostaticæ Christi Domini. Contra enim est; tùm quia inde con vincitur, gratiam habitualem Christi Domini fore diversæ speciei à gratia habituali reliquorum iustorum, quorum est caput; ac proinde falsifica-

bitur ratio communiter tradita à Theologis ex Divo Thoma ad hoc, ut admittatur gratia habitualis in Christo Domino, nempe ut detur convenientia, ac similitudo sanctitatis inter caput, & inter membra; cum omnes iusti teste Apostolo, sint membra Christi Domini capitis morales eius. Tùm etiam quia gratia habitualis ita essentialiter connexa cum unione hypostatica esset essentialiter debita Christo Domino; cum tamen hæcenus Theologi solum admittunt, esse debitam moraliter titulo congruitatis, aut connaturaliter titulo qualitatis proprietatis, ut constat ex dictis, & stabilitis loco supra citato.

16. Objic. 3. Dignitas Matris Dei est maius bonum, quam esse ornata infinita gratia habituali; ergo si Deiparæ Dominæ conceditur, id quod est maius bonum, debet concedi, id quod minus bonum est.

Respondeo, concedo antecedens & nego consequentiam, quæ quidem falsissima est ex impossibilitate illius termini, proindeque negatur suppositum argumenti, & retorquetur manifestè in alijs bonis minoribus, quæ non conceduntur de facto Deiparæ Dominæ ex incapacitate sexus feminei, aut ex alijs capitibus, ut supra dictum est circa potestatem Sacerdotalem, & immortalitatem, ac impassibilitatem corporis. Sufficit enim, quod Deiparæ Dominæ concedatur de facto gratia habitualis possibilis, scilicet quæ excedat omnem gratiam habitualem collecti ve sumptam relucens in omnibus iustis Angelis & hominibus puris, ut constabit sectione immediate sequenti.

17. Objic. 4. Quanto maior est coniunctio creaturæ cum Deo, tanto maior debet esse gratia ipsius creaturæ apud Deum: atqui Sanctissima Virgo MARIÆ ratione Maternitatis Dei habet summam, & infinitam coniunctionem cum Deo: ergo.

Respondeo, hoc argumentum probare gratiam Maternalem, scæus tamen gratiam habitualem, Deiparæ Dominæ esse summam, & infinitam simpliciter in sua linea, ut loco citato ostentum est; unde informam, admitto maiorem, & distinguo minorem; ita ut ipsa Maternitas

tas Dei sit illa summa, & infinita coniunctio cum Deo in ratione formæ sanctificationis; concedo: aliter; nego minorem, & consequentiam. Solucio constat ex ibi stabilitis.

18. Objic. 5. Gratia sanctificans Deiparæ Dominæ debet commensurari, & æquare dignitati Maternitatis Dei infinitæ simpliciter: ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; gratia sanctificans Maternalis; concedo: gratia sanctificans habitualis; nego antecedens, & consequentiam. Pro illustranda hac solutione recolite testimonium D. Thomæ; & D. Augustini proxime allegata num. 10. & num. 13 præter alia videnda loco supracitato.

19. Objic. 6. Gratia sanctificans habituali fuit dispositio prævia ad dignitatem Maternitatis Dei infinitam simpliciter: ergo debuit proportionari cum illa infinitudine simpliciter.

Respondeo, nego antecedens, nam loco sæpe citato ostensum est, gratiam habitualement collatam fuisse Deiparæ pro posteriori signo naturæ tanquam præmium correspondens primo merito dignificato à gratia Maternali se habere pro priori signo naturæ in primo instanti reali conceptionis ipsius Deiparæ Dominæ ut videtur ex eo tract. 4. disp. 1. sect. 1. per totam latissimè.

20. Objic. 7. Gratia habitualis infinita Deiparæ Dominæ ostenditur ex eo, quod Christus Dominus obligatus erat præcepto honorandi suam Matrem, quam amavit amore infinito simpliciter: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam illa obligatio, & ille amor, satis ostenduntur in alijs pluribus terminis possibilibus præ excellentibus, quibus condecorata fuit Deipara Dominæ à suo Filio divino; immo etiam in ipsa gratia habituali excedente collectionem totius gratiæ habitualis relucens in reliquis iustis Angelis, & hominibus puris; proindeque D. Bernardus serm. de Assumpt. Deiparæ Dominæ prædicat de ipsa: *ratio melior Angelis, & hominibus effecta, quanto differentius præ illis nomen hereditavit: & sibi ad rem proclamat: honor Regine indicium diligit; Virgo falso non eget honore, veris cumulat honorum titulis, & dignitas*

tum infulis. Quid aptius?

21. Objic. 8. Adoratio hyperdulgi debetur Deiparæ Dominæ ratione solius gratiæ habitualis infinitæ: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam illa adoratio debetur Deiparæ Dominæ ratione gratiæ Maternalis, seu Maternitatis Divinæ, & infinitæ simpliciter, ut constat autoritate, & ratione, quæ suo in loco allegantur.

22. Objic. 9. ex P. Antonio de Vieira in serm. de Dominæ nostræ de gratia; ubi intendit probare; gratiam Ss. V. MARIÆ excedere gratiam Matris Dei, eo quod postquam extitit Mater Dei tempore Incarnationis Verbi Divini, augmentum accepit eius gratia per meritum subsequenti tempore passionis Christi Domini: ergo.

Respondeo, ex hoc discursu concionatorio nil inferri contra meam conclusionem, sed contra sententiam Almaini, Scoti, & aliorum supra afferentium, Sanctissimam Virginem MARIAM in decursu vitæ nullum augmentum gratiæ habitualis accepisse per meritum subsequenti tempore Incarnationis Verbi Divini quam sententiam improbant communiter Theologi, & improbabilem ostendit P. Vega ea palest. 16. cætr. 7. Nec enim distinguit P. Vieira modo scholastico, inter gratiam Maternalem, & inter gratiam habitualement Deiparæ Dominæ, sed tantum comparat gratiam habitualement tempore Incarnationis cum gratia habituali habita tempore passionis, quæ posterior maior dicitur; immò maior ac maior diceretur, si magis ac magis vitam perdaxisset, longiorem annis, & prolixiorum meritis novis, ac novis; ut ibidem discurret ipse Auctor, cuius proinde probatio adfavet meæ conclusioni, licet assumptum contrarium ipsi videatur, quod propterea negandum est in antecedente argumenti.


23. Aliæ denique obiectiones, & instantiæ, quæ fieri, ac efformari possunt contra in eam doctrinam, manent ex professo propositæ, & dissolutæ loco sæpe citato, & tract. 2. disp. 1. sec. 3. subsec. 2. & disp. 1. sec. 3. subsec. 2. num. 53. si enim toties repererentur, fastidium potius quam profectum præberent.



SECTIO II.

AN GRATIA HABITUALIS DEIPARAE DOMINAE FUERIT TANTA, UT EXCESSERIT OMNES SANCTOS, ANGELOS, & HOMINES PUROS RATIONE ILLIUS, LICET COLLECTIVE SUMANTUR?

24. Licet Gratia habitualis Deiparae Dominae careat infinitudine simplicitate actu, & categorematice, ita tamen magna fuit à primo Conceptionis instanti usque ad ultimam vitae sanctissimae periodum; ut nequeat à nobis explicari eius magnitudo, nisi per comparationem ad gratiam habitualement ornamet omnes alios Sanctos Angelos, & homines puros collectivè sumptos, & quasi in unum acervum congregatos. Hoc assumptum optimè illustrat insignis Mathematicus P. Clavius, Arithmeticus, & Geometricis demonstrationibus iuxta regulas mathematicas procedens; sed praeterquam, quod illae nobis non satis clarescunt, sanè necessariae non sunt nisi ad convincendos illos, de quibus Aristoteles 2. Met. & D. Thomas lect. 5. concludit sic: *aliqui igitur, nisi mathematice loquentes, non admittunt sententiam; certitudinem autem mathematicam non oportet in cunctis querere: probabilem ergo inquirere fas est.*



SUBSECTIO I.

SENTENTIAE REFERUNTUR; & AFFIRMATIVA STABILITUR.

25. Negativa sententia tribuitur Episcopo Abulensi Alpho Toftato in prologo ad Evangelia q. 19. ubi praefert totam Ecclesiam simul sumtam in amore Christi Domini; nec tamen ibi loquitur expresse de gratia habituali & sanctitate, sed de amore, & stimabilitate; nec in his considerat Sanctissimam Virginem MARIAM ut Matrem D. i, sed ut partem totius Ecclesiae; nisi ad hoc ut assignet motivum electionis in Matre Dei.

26. Affirmativa sententia communissima, & celeberrima est apud Sanctos Patres, & Theologos, quorum plures loquuntur de gratia habituali Deiparae Dominae considerata in termino vitae, ac vitae; cum Eximio Suarez tom. 2. in 3. part. quest. 37. art. 4. disp. 18. sec. 4. conclus. 2. & Mag. Saavedra vestig. 3. disp. 6. num. 112. alij vero loquuntur adhuc de prima gratia habituali Deiparae Dominae considerata in primo instanti reali purissimae Conceptionis; cum Acutissimo Valquez, disp. 19. cap. 1. num. 5. & P. Vega part. 1. par. 16. cert. 3.

27. Placet haec posterior sententia; & conclusio tenens; gratiam habitualement Deiparae Dominae consideratam, non solum in termino vitae, sed etiam in primo instanti Conceptionis purissimae excedere gratiam habitualement omnium Angelorum, & hominum purorum, etiam si collectivè sumantur. Haec conclusio adeo grata fuit Deiparae Dominae, dum eam defensa vit insignis Martyr nostrae Societatis V. P. Martinus Gutierrez, ut ipsi visibilis apparens rependerit grates pro tanta gratia sibi digne attributa, & valide propugnata; ut refert P. Ioannes Eusebius. in tract. de adorat. lib. 2. cap. 4. vnde

vnde maximum robur accipit veritas praefixae conclusionis.

28. Probatur primò autoritate; nam ad illa verba Isaiae cap. 2. *Erit preparatus mons domus Domini in vertice montium* subdit S. Gregorius Magnus haec: *Gratia enim, quae alijs vertex, & apex fuit, MARIAE fuit radix*: consonantque illa verba Davidis, Plal. 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis*: & alia Ecclesiast. 24. *in plenitudine sanctorum detentio mea*, ut videre est apud Sacros Interpretes, ex SS. Patrum doctrina: vnde Apoc. 12. dicitur, *Luna sub pedibus eius*, quia cum diadema Sanctorum omnium ad instar Lunae exprimitur, eorum coronis fastigiata sanctitatis quasi scabellum ponitur pedum Deiparae Dominae, ubi signum magnum, ac maximum omnium apparet in caelo; & magna Mater praedicatur in terra.

29. Probatur secundo ratione: nam gratia habitualis collata Deiparae Dominae in primo instanti reali suae purissimae Conceptionis fuit praemium correspondens primo merito ipsius dignificato à gratia Maternali, seu divina Maternitate, ad quam erat praeelecta à Deo; ut ex professo ostensum est supra, trac. 4. disp. 1. sect. 1. per totam: Rursusque in decursu vitae usque ad terminum vitae augmentum accepit ea gratia habitualis per alia innumera merita, & per susceptionem Sacramentorum, ita ut semper se haberet de formali dignitas Maternitatis Dei; sive gratia Maternalis infinita simplicitèr: ergo licet illi non corresponderet de facto gratia habitualis infinita simplicitèr, sive infinita intensive categorematice; eo quod haec sit impossibilis, ut in antecedente sectione ostensum manet; dicendum sane est, gratiam habitualement Deiparae Dominae consideratam, non solum in termino vitae, sed etiam in primo instanti Conceptionis Purissimae, excedere gratiam habitualement omnium Angelorum; & hominum purorum, etiam si collectivè sumantur.

30. Dices, hanc rationem probare, gratiam habitualement Deiparae Dominae esse infinitam simplicitèr, sive infinitam intensive categorematice de facto: ergo non subsistit.

Respondeo, nego antecedens, nam solum probat, quod si esset possibilis

illa gratia habitualis infinita simplicitèr, sive infinita intensive categorematice, debuisset correspondere ut praemium merito dignificato à gratia Maternali infinita simplicitèr; secus tamen de facto correspondisse; cum de facto impossibilis sit: hoc autem totum verum est, ut aperte constat ex duplici mea conclusionè proposita, & probata in sectione immediata antevortente, num. 10. & num. 12.

31. Et quidem hoc totum verum est in communissima Theologia id ipsam defensante de Christo Domino, cuius primo merito correspondet ut praemium gratia habitualis maior omnium creaturis, secus tamen gratia habitualis infinita simplicitèr, aut infinita intensive categorematice, ut pote quae impossibilis est; ita ut si haec esset possibilis, debuisset correspondere ut praemium illi merito dignificato à gratia unionis infinita simplicitèr in primo instanti reali eius temporalis Conceptionis; seu Incarnationis; ut loco citato patet.

SUBSECTIO II.

SATISFIT ARGUMENTIS.

32. Objic. primò. Deus diligit totam Ecclesiam plus quam diligit Deiparam Dominam ut pote partem Ecclesiae; ut aiebat Abulensis supra num. 25. ergo ideo est, quia in tota Ecclesia collectivè sumpta resplendet maior gratia habitualis, ac in sola Deipara Domina.

Respondeo, nego antecedens; nam ipse Episcopus Abulensis fatetur ibidem; Deiparam Dominam esse Matrem Ecclesiae; ut pote quae est Mater Dei; vnde Archiepiscopus Valentini S. Thomas à Villanova concione 3. de Nativit. B. V. concludit sic: *Sicut in creatione mundi collecta est in homine omnis creatura, & ideo Microcosmus dicitur; sic in reformatione mundi in Beata Virgine collecta est omnis Ecclesia, & sanctorum perfectio;*

vnde Microcosmus Ecclesia dici potest. Consonat S. Bonaventura in speculo virg. per hæc verba: Quid mirum? Si omnis gratia in MARIAM confluit, per quam tanta gratia ad omnes deflavit? At enim D. Augustinus, gratia es plena MARIA, quam apud Deum invenisti, & per totum mundum effundere meruisti. Recole illa Ecclesiastici 24. Creator omnium; & qui creavit me; (quasi quid maius ac mirabilius omnibus alijs creaturis) & in plenitudine sanctorum detentio mea; de quo supra num. 28.

33. Obijc. secundò per instantiam: nisi Ecclesia indigeret redemptione, Christus Dominus non veniret, nec eligeret Divam Virginem MARIAM in Matrem suam: ergo.

Respondeo, antecedens esse dubium inter Theologos in tractatu de Incarnatione; ex illo tamen non inferitur intentum, sicut non inferitur ex illo quod Christus Dominus sit dilectus à Deo propter Ecclesiam, licet Verbum Divinum non assumpsisset humanitatem Christi Domini, nisi Ecclesia indiguisset Redemptore, ut volunt plures Theologi, & Sancti Patres: accipe tamen verba aurea S. Bernardini Senensis, tomo 2. serm. 15. cap. 3. art. 3. plus, pro Virgine redimenda venit Christus, quam pro omni alia creatura: ergo plus dilexit vram Virginem Matrem, quam omnes alias creaturas, & totam Ecclesiam seorsim ab illa.

34. Obijc. tertio Enoch, & Elias usque in finem mundi suam gratiam adaugēt per merita innumera: ergo eorum gratiam non excedet gratia habitualis Deiparæ Domine.

Respondeo, antecedens esse etiam dubium inter Theologos, quorum plures Carmelitani illud detestantur, & plures alij illud denegant cum Eximio Suarez, tomo 2. in 3. p. disp. 55. sect. 1. & Acutissimo Vasquez. 1. 2. disp. 116. ex illo tamen admisso, vel negato, non inferitur consequentia; immò nec inferitur, quod Enoch, & Elias superaturi sint gratiam Sanctorum Apostolorum, qui Ecclesiæ Catholicæ Patres extiterunt in lege gratiæ, ut videre est apud P. Vegam hic. cert. 1. prope finem: quid ergo mirum si eorum gratia excedatur à Matre Dei MARIA? De qua S. Petrus Damianus in serm. de Assumpt. hæc habet: Re-

liquis gratia, ac virtutes per partes fuerunt distributa; at Deiparæ id omne, quod alteris dispersum fuit. Cui congruit illud oratoris num: & que divisa Beatos efficiunt, collecta tenes. Vide alia locis supra citatis.

35. Addit P. Vega ea palæst. 16. cert. 9. esse errorem manifestum asserere, aliquem Sanctum pervenisse ad cumulum gratiæ Mariæ: immò etiam sapere Lutheranismum spem illam, qua quis speraret à Deo, se habiturum tantam gratiam, quantum habuit Virgo Deipara: consulatur ibi, si placuerit.

DISPUTATIO II.

DE VIRTUTIBUS supernaturalibus Dei- paræ Domine.

1. **D**Eus Opt. Max. totus quantum est, videtur occupatus duplici manu in exornanda, & perpolianda sua Matre MARIA; ut ipsa innuit Cant. 2. ubi ait; lava eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me; consonatque, dum decantat de se ipsa; quia fecit mihi magna, qui potens est. Fecit potentiam in brachio suo: quod totum maxime de donis, ac virtutibus supernaturalibus accipiendum est, quibus tanquam vestitu deaurato, circumdata varietate, astitit Regina à dextris Dei: de illis igitur, non pro merito, sed pro capru, non nihil dicendum est.



SEC;

SECTIO I.

AN DEIPARA DOMINA decorata fuerit omnibus virtutibus supernaturalibus in gradu heroico perfectionis?

1. **H**abitus virtuosus, sive virtutes ordinis supernaturalis, aliæ sunt Theologicæ aliæ morales, aliæ infusæ per se, aliæ infusæ per accidens: differentia autem illarum quoad gradum remissum, vel intensum; ac heroicum in summo, non provenit ex diverso obiecto formali, aut materiali, sed ex diverso modo tendenti, ut docet D. Thomas; 3. part. quæst. 7. art. 2. ad 2.

SUBSECTIO VNICA.

AFFIRMANS CON- clusio statuitur, & elucidatur.

3. **C**onclusio sit: Deipara Domina decorata fuit omnibus virtutibus supernaturalibus in gradu heroico perfectionis, illis scilicet, quæ omnimodam perfectionem dicunt sine connotatione imperfectionis: ita in re expressè P. Vega 1. part. pal. 11. cert. 3. & P. Rhodestom 2. disp. unica de Deipara; quæst. 4. sec. 8. §. 1. & alij apud ipsos:

4. Probatum primò autoritate: nam in sacra pagina Cantic: 3. dicitur de Deipara Domina esse virgulam summi ex aromatis mirra, & thuris, & omnis generis pigmentorum: & ibidem cap. 4. additur de ipsa, emissionis eius paradisi malorum punicò-

rum cum pomorum fructibus; quæ verba elucidant Sancti Patres, & Doctores de omnibus virtutibus condecorantibus in gradu heroico perfectionis Deiparam Domina; quam prò inde S. Ambrosius prædicat collegium perfectionis, seu sanctitatis, & formam virtutis; lib. 2. de Virg. Addit S. Bernardinus Senensis supra laudatus hæc: necesse fuit; ut per illas virtutes MARIAM quandam aequalitatem cum Deo assequeretur. Nil inperaddi potest, quod infra hoc non sit.

5. Probatum secundò ratione, nam clarè constat ex professione à me stabilitis, ac defensatis supra tract. 2. disp. 1. sec. 1. omnes habitus virtuosos, sive omnes virtutes non connotantes imperfectionem; de facto tanquam præmii correspondisse merito dignificato à gratia Maternali infinita simpliciter in primo instanti Conceptionis Deiparæ Domine: at qui eo ipso debent esse omnes illæ virtutes in gradu heroico perfectionis; tum quia aliter non essent præmii proportionatum tali merito infinito simpliciter; tum etiam quia aliter non essent convenientes; nec congruitatem habentes cum dignitate Matris Dei infinita simpliciter: ergo.

6. De habitu charitatis, quæ virtutum omnium princeps est; accipe aurea verba Seraphici Doctoris Sancti Bonaventuræ; serm. 1. de B. V. sic: Tanquam carbō ardore charitatis ignita fuit; Domina nostras fuit in charitate in summo ardentissima, quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Rursusque in Speculo, V. cap. 6. addit; non igitur mirum, si præ omnibus ea diligit, quæ omnibus est dilecta. Et sane taceant alij, cū ipsa de se loquitur Cantic. 1. & 2. ordinavit in me charitatem. Quia amore langueo; sive, vulnerata ego sum charitate, ut vertunt Septuaginta, vnde nec morbo, nec senio confecta; sed charitatis cuspidè vulnerata obijt, ut tenet certa Theologia ex Sanctorum Patrum doctrina apud laudatum Rhodestom ibidem §. 2. & Eximium Suarez disp. 2. 1. sect. 1.

7. De habitibus alijs Spei, & Fidei, nulla est difficultas, si placeat modus discutendi; quo primarij Præceptores huius Peruntinæ Provinciæ apud nostrum Leonardum de Penafiel, tomò de Fide, disp. 6. sect. 4. subsect. 3. num. 103.

de:

defensant, optimè componi cum eius simultanea visione beatifica à primo instanti reali Conceptionis Deiparæ Dominæ: suffragaturq; Illustrissimus Guerra tom. 1. de Concept. discurs. 12. frac. 13. punct. 2. sectiunc. 1. num. 46. & 48.

8. Deinde probabile existimatur, Deiparam Dominam sæpe operatam fuisse unicum actum virtuosum ex motivo harum, & aliarum plurium virtutum simul, ac semel; uti discurretur in Christo Domino, de quo videre est Illustrissimū Arauxo, 3. part. dub. 6.

9. Negandus tamen est habitus virtutis penitentiaë strictè, & propriè talis, in Deipara Dominæ, ut potè quæ caruit omni peccato in se detestabili per actum virtutis penitentiaë: quidquid sit circa detestabilitatem in alijs peccatoribus, uti discurretur P. Mendoza in Virid lib. 2. problem. 3. cui adfavere videntur aliqui Theologici; Divo Thoma in 4. dist. 14. quæst. 1. art. 3.

SECTIO II.

AN DEIPARA DOMINA IN EXERCITIO VIRTUTUM OMNIUM RESPONDERIT SEMPER OMNI MOTIONI DIVINÆ?

10. **D**ivinam motionem dico illustrationem, & affectionem supernaturales, quibus Deus movet, excitatque voluntatem creatam ad rectè, & virtuosè operandum; chymica enim sunt alia hæreticorum deliramenta: nullaque est qualitas mortua, quæ physica præmotio, seu physica predeterminatio appellatur à Thomistis. Nec animus est in hoc puncto immorari; sed supposita doctrina sana nostræ Societatis circa auxilia divinæ gratiæ actualis, eiusque efficaciam, illa sola libertas voluntatis creatæ inquirere omnimodam cooperationem Deiparæ Dominæ, quæ ita morigerata ab

aliquibus Theologis censetur apud Patrem Amicum, tom. 1. disp. 12. ut Deus præviderit per scientia media Deiparam Dominam de facto consensu am omnibus auxilijs, seu motionibus divinis.

SVBSECTIO VNICA.

AFFIRMANS SENTENTIA PROPUGNATUR.

11. **P**lacet in gloriam Dei, & Deiparæ Dominæ affirmare; Deiparam Dominam de facto respondisse omni motiioni divinæ gratiæ à Deo sibi collatæ: ita Doctores proximè citati à P. Amico, quibus accedit P. Vega part. 1. pal. 11. cert. 4. num. 249. & 250.

12. Probatum primò auctoritate: nam iuxta firmum iudicium Sanctorum Patrum, & Doctorum, Deiparæ Dominæ debet concedi de facto omne id, quod possibile est excellentiæ, & perfectionis, dummodo manifestè non repugnet rationi, nec auctoritati, ut supra sæpe ostensum est præcipuè tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsec. 2. num. 19. atqui quod Deipara Dominæ de facto responderit omni motiioni divinæ gratiæ à Deo sibi collatæ, est aliquid possibile excellentiæ, & perfectionis, minimeque repugnat rationi, nec auctoritati: ergo.

13. Probatum secundò, & roboratur nam iuxta ipsos Sanctos Patres, & Doctores, omne id excellentiæ, & perfectionis, quod de facto concessum est alteri puræ creaturæ, debet ceteri concessum de facto Deiparæ Dominæ, dummodo illi manifestè non repugnet ex aliquo capite atqui de facto respondisse omni motiioni divinæ gratiæ à Deo sibi collatæ, concessum est de facto alteri puræ creaturæ, & manifestè non repugnat Deiparæ Dominæ ex aliquo capite: ergo. Maior constat ex testimonijs sapientissime allegatis supra, inter quæ extat illud solemne D. Bernardi epist. 174. quod ita que vel paucis mortalium constat, fuisse collatum; sed certe non est suspicari tantæ Virgini Dei Marii fuisse

se negatum. Vbi S. Doctor adhuc suspicionem in contrarium abigendam existimat. Minor etiam constat ex D. Thoma 1. part. quæst. 62. art. 6. quem sequitur Eximius Suarez cum alijs in tractatu de Angelis, ubi tenent, bonis Angelis in via concessum fuisse de facto respondisse omni motiioni divinæ gratiæ à Deo sibi collatæ; immò illi cooperatos fuisse omni conatu. Consequentia denique tenet à paritate.

14. Probatum tertiò: nam cum Deipara Dominæ de facto caruerit fomite ad malum, & omni deordinatione ad peccandū, ut suis in locis demonstratum manet; nullum fuit caput ad impediendum, aut retardandum de facto consensum; & cooperationem ipsius respectu omnis motiioni divinæ gratiæ à Deo sibi collatæ: immò potius adfuit semper Eximius amor Dei inflammans voluntatem Deiparæ Dominæ ad amplectendum, & explendum in omnibus voluntatem Dei, omni conatu, & omnimoda perfectione; ut optimè expendunt plures Theologi cum laudatè Patre Suariorio, tom. 2. in 3. part. disp. 18. sec. 2. §. dico; 2. & rursus ibidem sec. 4. ergo Deipara Dominæ de facto respondit omni motiioni divinæ gratiæ à Deo sibi collatæ.

16. Nec in contrarium adduci possunt difficultates nisi communes militantes adversus doctrinam nostræ Societatis, quæ nec licet; nec libet in præsentiarum exaggerare, cum sint potius contra suppositum inæ conclusionis, quam contra ipsam conclusionem, iuxta notamentum proximè factum num. 10.

16. Nihilominus tamen potest quis arguere contra præfixam meam conclusionem ex P. Amico, eo tomo 1. disp. 12. lec. 1. à num. 23 §. sic: motio divinæ gratiæ, sive auxilium efficax divinæ gratiæ debet esse speciale beneficium, iuxta Sanctos Patres, & Doctores: atqui non esset speciale beneficium, si Deipara Dominæ responsura esset omnibus; & singulis auxilijs divinæ gratiæ sibi à Deo collatæ; siquidem quod libet auxilium esset efficax respectu illius: ergo.

Respondeo; hoc argumentum non adfavere physica præmotiioni Thomistica, quidquid alij existimant; siquidem æque subsistit, admittit; aut negat, efficaciam intrinsicam auxilij divinæ gratiæ, ut de se clarescit. Sed directe informia concedo maiorem, & nego minorem, nam

adhuc omnia, & singula illa auxilia divinæ gratiæ essent speciale beneficium, scilicet comparatà cum alijs auxilijs divinæ gratiæ in efficacibus, quæ à Deo conferuntur alijs hominibus; uti debent discurretur omnes adversarij, si fiat retortio argumenti in Christo Domino, sive in omnibus; & singulis auxilijs à Deo collatis humanitati Christi Domini. Er quidem eodem iure dicitur ab omnibus Sanctis Patribus, & Doctoribus, esse specialia beneficia Dei in suo ordine bonam, lenem, ac morigeram indolem, & bonum, acutum, ac subtilem intellectum, & sic de alijs similibus.

DISPUTATIO III.

DE SCIENTIJS SUPERNATURALIBUS DEIPARÆ DOMINÆ.

1. **D**E Scientijs naturalibus Deiparæ Dominæ, satis dictum est supra tract. 1. disp. 1. sect. 3. num. 55. de quibus plenà manu; & omnigenà eruditione agit P. Vega 1. p. pal. 13. & pal. 14. sicut erit in præsentiarum non nihil de eius Scientijs supernaturalibus disquirere, sed cum inter has scientias annumeretur scientia beata, & de hac agendum sit in tractatu de Beatitudine supernaturali, seu visione beatifica Deiparæ Dominæ; tota hæc disputatio deolvitur ad scientiam supernaturalem per se infusam; & inditā Deiparæ Dominæ; in quâ, ex supra stabilitis cum Eximio Suariorio, supponitur acceleratus usus rationis in primo instanti Conceptionis.



SECTIO I.

AN SCIENTIASUPER-
naturalis per se infusa
exornaverit intel-
lectum Deiparæ
Dominæ.

2. SCientia supernaturalis per se in-
fusæ nequit viribus naturalibus
acquiri, ex eo dicitur que ad mysteria super-
naturalia dignoscenda, proindeque à solo
Deo indita dicitur; licet innuere videatur
ipsum nomen *Maria*, dum *doctrix*, seu
magistra interpretatur apud Silveiram
tomo. 1. in S. Luc. cap. 1.

SVBSECTIO VNICA.

STABILITVR VERA
sententia affir-
mans.

3. Placet sententia affirmativa, quanti-
tuentur B. Albertus Magnus, *supermissus*
est, cap. 149. S. Bernardinus Senensis,
tomo 2. ferm. 51, cap. 2. art. 1. Eximius
Suarez, tomo 2. in 4. p. disp. 18. sect. 2. &
alij Doctores, quos citat, & sequitur lau-
datus P. Vega, pal. 12. cer. 2. Et quidem
affirmativum hoc placitum teneo; ita vt
procedat à primo instanti Conceptionis
Deiparæ Dominæ.

4. Probatum primò autoritate S.
Bernardini Senensis, ferm. 4. cap. 4. art. 1.
vbi profert hæc verba: *In prima sanctifica-
tione, quantum ad rationem, & intellectum,
tantum ei sapientia claritas à Deo superinfusa
est, quod perfecte intelligebat creaturas, &
creatorem, & spiritus, & omnia bona amplec-
tenda, & mala fugienda.* Hoc autem intel-
ligendum est de scientia supernaturali per
se infusa, vt optime expendit laudatus P.
Suarez ibi, disp. 19. sect. 3.

5. Probatum secundò ratione; nam
ratione Maternitatis Dei constituta fuit
Diva Virgo MARIA vera Domina om-
nium creaturarum adhuc supernatura-
lium, vt supra ex doctrina Sanctorum
Patrum ostensum est, simul que hoc domi-
nium habuisse à primo instanti suæ Con-
ceptionis, vt pote quæ ab æternò prælec-
ta erat à Deo Mater, & quæ nunquam
caruit charismatibus supernaturalibus
debitis Matri Dei; rursus, in primo ins-
tanti reali suæ Conceptionis Diva Virgo
MARIA pronouit de factò habitus su-
pernaturales per se infusos, vt supra ex
professo demonstratum est, trac. 4. disp. 1.
sect. 1. per totam; ergo habitus scientiæ
supernaturalis per se infusæ exornavit in-
tellectum Deiparæ Dominæ à primo ins-
tanti Purissimæ Conceptionis.

6. Si autem quis velit hoc vterium
illustrare, & obiectiones præoccupare,
quæ possunt fieri aduersus meritum Dei-
paræ Dominæ respectu huius habitus scien-
tifici supernaturalis per se infusi, adeat lo-
cum citatū, vbi detali merite dignificatio
à Maternitate Dei in primo instanti Ma-
rianæ Conceptionis ad delicias discepta-
tum est.

SECTIO II.

AN EX VI HVIVS
scientiæ supernaturalis
cognoverit Deipara Do-
mina mysteria theologica
Fidei; & alia ad se
ipsam pertinentia præ-
cognoverit?

7. Merito iure Deipara Domina
ab Ecclesia decantatur *se-
des sapientia*, in ipsa enim residet Sapientia
increate Verbi Divini: vnde in favorem
eorum, quæ iam stabilienda sunt arguit
optime S. Anselmus, homil. in cap. 10. S.
Luca sic: *Christus, vt dicit Apostolus, est
Dei virtus, & sapientia, & in eo sunt omnes
the-*

*thesauri sapientia, & scientia Dei: at Christus
est in MARIA, ergo omnes thesauri sapientia,
& scientia Dei sunt in MARIA.* Hinc igitur
variarum conclusionum breviter de pro-
mende sunt, ex vi scientiæ supernaturalis
per se infusæ, & independenter à scientia
supernaturali beatâ; de qua suo in loco
erit disceptatio.

SVBSECTIO I.

CIRCA MYSTERIA
theologica Fidei af-
firmatur?

8. Dico primò. Deipara Domina
cognovit mysteria theolo-
gica Sanctissimæ Trinitatis, divinæ Incarnatio-
nis, & reliqua huiusmodi; ex vi
illius scientiæ supernaturalis per se infusæ.
Ratio est, quia hæc, & alia mysteria, con-
tenta erant in Sacra Scripturâ, vt fatentur
Theologi allegantes varia testimonia Pro-
phetarum: atqui Deipara Domina ex vi illius
scientiæ supernaturalis per se infusæ optime
percalluit totam Sacram Scripturam, vt
docent aperte Sancti Patres, inter quos S.
Gregorius Nazianzenus, apud laudatum
Vegam num. 1093. art. calluit decimum optime
Scripturarum sacramentare condita, & abs-
tractos ipsarum nodos, scientiæ clavi reseravit:
& S. Vincentius Ferrerius, ferm. Natal.
Dom. asserit: *Virgo MARIA melius sciebat
Biblia sacra, quam propheta:* ergo Deipara
Domina cognovit ea mysteria theologica
supernaturalia ex vi illius scientiæ super-
naturalis per se infusæ.

9. Roboratur; nam iuxta Sanctos
Patres, inter quos S. Augustinus in Genes.
cap. vltim. lib. 9. & S. Thomas, 2. 2. quæst.
2. art. 7. Deus concessit Adamo scientiam
supernaturalem; quæ cognosceret myste-
ria theologica supernaturalia Sanctissimæ
Trinitatis, divinæ Incarnationis; & alia
huiusmodi: ergo potiori iure dicendum
est, hoc fuisse concessum à Deo suæ Mariæ
divinæ; si subsistit firma regulâ Sanc-
torum Patrum, & Doctorum, cuius me-
mini supra disp. 2. sect. 2. num. 13.

SVBSECTIO II.

CIRCA PREDESTI-
nationem Maternitatis
Dei.

10. Dico secundò. Deipara Do-
mina præcognovit; ex vi il-
lius scientiæ supernaturalis per se infusæ;
suam prædestinationem in Matrem Dei;
ante Annuntiationem Angelicam. Hæc
conclusio est contra Mag. Saavedram, ve-
stig. 1. disp. 23. vbi pro se allegat alios, as-
seritque hoc dubium fortassis nulli alteri in
mentem venisse, cum tamen illud citiliter
occurrat, & pridem affirmativè illud re-
soluerit S. Hieronimus aperte stans pro meâ
conclusionè, pro qua etiam militant Anti-
stes Pacensis de Verbo Incarnato, acad. 5.
sec. 7. num. 69. & P. Vega 1. palæst. 16.
cert. 10. num. 1189.

11. Probatum primò autoritate ex-
pressa S. Ildephonsi, ferm. 1. & 6. de As-
sumpt. B. V. vbi eloquitur sic: *Sciebat enim
Dei genitrix in arcem contemplationis divinæ
assumpta, Davidicis edocta testimonijs, proces-
surum ex se Dominum tanquam sponsam de
thalamo suo; non enim ad dubitabat, ad se perti-
nere, spiritus sancti illustrata lumine; quod
Isaiam Prophetam recolebat, dixisse; ecce Virgo
concepit, & pariet filium.* Consonant alia
testimonia proximè allegata num. 7. &
8.

12. Probatum secundò ratione; nam
Deipara Domina ex vi illius scientiæ su-
pernaturalis per se infusæ optime percalluit
mysterium Incarnationis Divinæ, vt nuper
rimè probatum manet; cum autem hoc my-
sterium peragendum sciret omnibus illis
circumstantijs expressis in Sacra Scriptura;
quæ in se concurrebant, & concurrere non
dubitabat; stante revelatione illa generali
expressa in sacra pagina, & antecedente
luce supernaturali illius scientiæ, aut etiam
superveniente nova revelatione particula-
ri; simul ac notitiâ miraculorum suæ Pu-
rissimæ Conceptionis in gratia, & gloria;
ethymologia que sui Nominis *MARIA*
quod divinitus edoctum fuit, & quod idè
est,

est ac *Deus ex utero meo, sive ex genere meo*, iuxta Sanctum Ambrosium lib. de Institut. Virgini. cap. 5. optimè utique præcognovit Deipara Domina suam prædestinationem in Matrem Dei, ante Annuntiationem Angelicam.

13. Deinde in hoc asserto nulla est difficultas, quidquid dicat laudatus Magister Saavedra; nec enim est contra doctrinam Sanctorum Patrum; siquidem ipse nullum testimonium adducit speciale ad rem, nisi unum Sancti Fulcentii, qui sanè loquutus fuit de cognitione scientiæ naturalis, quam rectè negat; & aliud Simonis de Casia, qui expressè loquitur de cognitione vana, ac superba, quam rectè negat per illa verba, *non tamen, velut humilis, de se ipsa rem altissimi præsumebat.*

14. Nec infertur aliquid contrarium meæ conclusioni, sive ex verbis Deiparæ Domine, sive ex verbis Angeli Gabrielis, in Mystero Annuntiationis recensito à S. Luca cap. 1. ut videre est apud Sylveiram tom. 1. in Evang. lib. 1. cap. 5. quæst. 45. pag. 103. ubi potius illa verba in favorem meæ conclusionis expendit. iuxta Sanctorum Patrum, & Doctorum doctrinam, de qua ego supra tract. 1. disp. 2. sect. 3. subsect. 2. num. 27. Nec enim verba Deiparæ Domine denotant ignorantiam antecedentem mysterij, denotant ignorantiam antecedentem mysterij, siquidem dicta sunt propter materiæ maiorem descriptionem, propter veritatis maiorem expressionem, ac denique propter nostram adificationem, ut ait B. Albertus Magnus super *missus est*: turbatio autem Deiparæ Domine in sermone Angelii ultra orta est ex ipsa sublimitate mysterij, quod iam executioni mandabatur, & ex inusitata formâ verborum quæ, ab Angelo specie humanâ apparente salutata fuit.

15. Exemplum autem adductum ab ipso Angelo ex Elizabetha cognata Deiparæ Domine non fuit argumentum ignorantie in Deiparâ Dominâ, sed motivum gaudij in ipsâ, ut expressè docet S. Bernardus homil. 4. super *missus est*, his verbis: *ideo sterilis cognata conceptus virginis nuntiatur, ut dum miraculum miraculo addidit, gaudium gaudio cumuletur.* Vide alia apud laudatum Silveiram ibidem, quæst. 52. pag. 107. iuxta quæ accipiendus est S. Leo Papa serm. 1. de Nativ. Dom. ubi ait: *he superni ignarâ consilij ad inusitatos paveret*

*affatus; quod in ea operandum erat, colloquii dicitur Angelico: ibi enim dicitur ignara consilij superni, scilicet Angelici, ex rursus ab Angelo per illa verba, ut timeas, præcisè quatenus timorem expellere suadet; aut etiam dicitur ignara ex vi scientiæ naturalis, ut proxime expositum est: rursus dicitur, colloquio Angelico discisse, scilicet ex vi revelationis illius factæ ab Angelo dignovisse id ipsum, quod antea sciebat ex vi scientiæ supernaturalis pre se infusæ, quæ quidem scientia diversa est ab alia scientia experimentalis, per quam dicitur didicisse: circa quod videndi sunt Sacri Expositores ad illa verba S. Pauli ad Hebræos, cap. 5. v. 8. *quidem cum esses Filius Dei, didicisti exijs, qua passus est, obedientiam.* &c.*

16. Denique, minime necessarius est recursus ad scientiam beatam Deiparæ Domine ad stabilendam præscientiam suæ prædestinationis in Matrem Dei, ut constat ex dictis: licet inde desumatur etiam efficax probatio, si talis scientia beata Deiparæ Domine non admitatur transiens, ut vult Mag. Saavedra ibi, sed permanens, ut alij defensores alibi, à primo instanti eius Conceptionis, apud P. Vegam, pal. 347 cert.

SVBSECTIO III.

CIRCA PRÆDESTINATIONEM GLORIAE DEIPARÆ DOMINÆ.


17. Dico tertio Deipara Domina præcognovit suam prædestinationem ad gloriam æternam à primo instanti suæ Conceptionis: ita sentit laudatus P. Vega. 1. p. palæst. 16: cert. 10. ubi pro se allegat S. Anselmum lib. de excel. Virg. cap. 7. & PP. Suarium, Vasquium, Azorium, & Herizium, 1. p. disp. 24. cap. 3. num. 51. Probatur clare ex hæcenus præiactis in tota hac sectione; & maxime ex eo, quod iuxta Sanctos Patres, ac Doctores debeat concedi Deiparæ Domine titulo Maternitatis Dei condecorante ipsam à primo instanti suæ Purissimæ Conceptionis omne, id excellentiæ, quod ali-

cui alteri puræ creaturæ rationali concessum est: atqui iuxta S. Augustinum lib. 11. de Genes. cap. 26. & lib. 11. de civitate Dei, cap. 11. concessum est Angelis bonis præcognoscere suam prædestinationem ad gloriam æternam ab instanti suæ creationis: immo simile privilegium concedit S. Iohanni Baptistæ ex Sāctorum Patrum doctrina Eximius Suarez, tomo 3. de gratia, lib. 10. cap. 8. ergo debet concedi Deiparæ Domine quæ quidem hoc meruit à primo instanti suæ Conceptionis, iuxta dicta ac stabilita supra tract. 4. disp. 1. sect. 1.

18. Hinc infertur laudatus P. Vega ibidem confirmationem in gratia Deiparæ Domine; sed de illâ nullus cordatus dubitavit ex communi consensu Sanctorum Patrum, & unanimi Doctorum suasionem, iudicam traditionem Ecclesiæ Catholicæ: addit tamen P. Vasquez 1. p. disp. 90. cap. 2. num. 7. hæc verba: *Ceterum à Virgo, & Apostoli (ut pote confirmati in gratia die Pentecostes) super alios prædestinatos hoc obtinuerunt, quod suæ perseverantia revelationem habuerint, ex qua certissime credebant, se nunquam gratiam amissuros.* Quidquid sit de varijs opinandi modis circa descriptionem confirmationis in gratia apud laudatum Vegam ibidem.

19. Demum nequit Catholicus vilius dubitare, Deiparam Dominam floruisse scientia supernaturali Prophetica, sive dono prophetiæ; cum hoc constet aperte ex ipsius Deiparæ Domine Cantico Divino incipiente *Magnificat*: unde hanc veritatem esse de fide existimat ipse P. Vega 2. pal. 77. cert. 23. num. 1343. ubi omnigena eruditione intentum illustrat, & nonnulla alia circa scientiam Deiparæ Domine de novo inculcat.

)S(



TRACTATUS VII.

DE BEATITUDINE SUPERNATURALI, seu gloria essentiali Deiparæ Domine.

1. CUM in Superioribus satis dictum sit de Conceptione Deiparæ in gratia, & gloria: sive hæc gloria fuerit ex tunc permanens in via, ut volunt aliqui laudati à P. Vega 2. palæst. 34. cert. 1; num. 1852. sive fuerit transiens tunc, ut tenent plerique Theologi, & Sancti Patres apud P. Rhodes; tom. 2. disp. vnicâ de Deiparâ; quæst. 5. sect. 1. §. 1. rursusque de ipsius Deiparæ Domine incorruptione, ac resurrectione anticipata in sepulchro, supra tract. 4. disp. 1. sect. 4. Restat agere ex professio de gloria essentiali, seu Beatitudine supernaturali Deiparæ Domine in Patria cœlesti, in qua dies sine nocte lucet.

*Tunc erit Elysiûm felix, & amena Beatæ
Æternæ statio, non convellenda per ævum.
Intus amena quies, pacis tranquillabecata;
Interiore solo, divinâ consista dextrâ,
Quæ neque pensibus laudata Semiramis
hortis;
Nec dives labor Hesperidum; licet aurea pomis
Gloria, & auriferas parians viridaria
frondés.
Aurora nequa deliria, nec Edonidis hortis;
Nec Turresiaci freta fortunata profundi;
Perè nec æterna, volucrum concentibus umbris,
Pancique vadis æquans felicia Tempe.*

Quid plura? Sed quæ non pauca de Gloria Æterna, & Beatitudine perpetua in Cœlis.

DISPUTATIO I.

DE ESSENTIA BEATITUDINIS FORMALIS SUPERNATURALIS, seu gloriae essentialis secundum se.

2. Beatitudinem supernam, & finem ultimum nostrum apositivis finem elucidavit Angelicus Aquinas, 1. 2. a quaest. 1. usque ad 18. hic tamen breviter de essentia, seu praedicationis essentialibus beatitudinis formalis supernaturalis agendum est, re aliquid hanc notitia praevia delideretur pro plena, ac plana elucidatione Beatitudinis supernaturalis, seu gloriae essentialis Deiparae Dominae. Sub nomine igitur Beatitudinis formalis supernaturalis, seu gloriae essentialis, intelligitur possessio summi boni Dei; ut docet laudatus Angelicus Doctor hic, quaest. 2. art. 6. Existencia autem huiusmodi possessionis intentionalis Dei aperte constat ex sacra pagina; immo non tantum fidei lumine, sed etiam rationis pondere, omnibus cordatis persuasum est, post huius temporales vitae curriculum summam felicitatem aeternae vitae beatificae expetere, & expectare; proindeque hanc fixam veritatis persuasionem appellat Tertullianus in fine Apolog. *Certam fidei, & virtutum omnium anchoram, in qua obfirmantur procellae, & fluctus huius amari maris.*

SECTIO I.

AN BEATITUDO FORMALIS SUPERNATURALIS SIT ALIQUID INCREATUM, aut aliquid creatum productum à Beato?

3. Formalis beatitudo supernaturalis a deo sublimis est, ut viatorum

captum supergrediens, in varias sententias circa id, in quo consistit, abire coegerit.

SVB SECT. I.

NON EST ILLAPSUS DEI IN BEATUM.

4. Henricus Gandavensis quodam lib. 13. quaest. 12. asseruit, nostram beatitudinem formalem supernam esse illapsam Dei, seu essentiae divinae in substantiam animae beatificatae. Hanc sententiam improbandam iura merito Theologi: licet aliqui illam male intelligant, ut bene impugnent; teste Patre Vasquio hic, quaest. 8. cap. 1. recte tamen eam expendit, & mentem Henrici exponit P. Rhodes hic quaest. 2. §. 1. quatenus ait, illapsam illum nil aliud esse quam intimam quamdam praesentiam Dei, atque intimam unionem ipsius cum substantia animae beatificatae, ita ut si per impossibile Deus non esset immensus, nihilominus deberet esse intime praesens, ac intime unitus cum substantia animae beatificatae ratione illius illapsus, & quasi transformationis Dei in Beatum, cuius intellectum illuminat, & voluntatem inflammat.

5. Haec sententia ita exposita nullius gravis censurae digna existimatur a pluribus Theologis cum Eximio Suatio, 1. 2. disp. 6. sec. 1. num. 2. eo quod Henricus non exclusit a Beatitudine formali operationes vitales visionis, & amoris erga Deum; nec admittat unionem substantialem sed tantum accidentalem, ratione illius illapsus; quidquid alij deliraverint.

6. Displicet tamen singularis haec sententia Henrici, quia nulli dicitur fundamento auctoritatis, nec rationis; sed tantum pro libito recedit a communi modo loquendi Theologorum, qui docent illapsam Dei solum dari per gratiam habitivalem, quae est participatio naturae divinae ad vivaciam viae ut in patria addatur sola unio intentionalis cum Deo ratione visionis intuitivae, & amoris beatifici; siquidem ita salvatur possessio intentionalis summi boni Dei, in qua consistit nostra Beatitudo formalis supernaturalis, seu gloria essentialis

SVB-

SVBSECTIO II.

NON EST ALIQUID DIVINUM, aut increatum, de facto.

7. Antiquiores aliqui cum Ioanne de Ripa, & Hugone de Sancto Victore apud Patrem Ariagam hic disput. 48. sec. 1. num. 1. existimaverunt, Beatos de facto videre intuitive Deum per visionem increatam, sive per scientiam divinam unitam eorum intellectibus; huius sententiae adhaeret Franciscus Bonae Spei tract. 1. disp. 4. dub. 2. resolut. 2. & in ipsam antiquam sententiam incidere Thomistas omnes defendentes a Beatis non produci verbum mentis, convincit P. Bernal disp. 33. de Incarn. sec. 1. plaudente P. Rhodes hic, quaest. 2. sec. 2. §. 2.

8. Huic sententiae ex parte suffragantur Theologi Parisienses apud P. Ragusa tom. 1. in 3. part. disp. 82. & Ioannes a Neapoli, cum alijs pluribus defensionibus; humanum intellectum Christi Domini de facto intellexisse per intellectionem increatam, seu scientiam divinam; de quo videndus P. Ioannes de Cardenas in suo gemin. sic. cap. 22. num. 316.

9. Displicet haec sententia, quam merito respuit communiter Theologi melioris notae apud supracitatos. Ratio est, quia actus intelligendi est actus vitalis intentionalis ab intrinseco formaliter, ita ut intelligere formaliter sit vivere formaliter ab intrinseco; atqui intellectio increata, seu scientia divina, aliter omnino se habet respectu intellectus creati; sive Christi Domini, sive alterius cuiuslibet Beati; ergo: Maior constat ex principijs stabilita me in lib. de Anima cum communissima Philosophia ex Aristotele lib. 12. de Anima, text. 55. & meliori Theologia ex D. Thoma, 3. p. q. 9. art. 1. Ulterius que patet sit ex Concilio Tridentino sess. 16. cat. 4. ubi definitur non vivere intentionaliter, sed se habere velut inanimae instrumentum id, quod nihil omnino agit ab intrinseco; sed mere passive se habet. Minor ostenditur; nam intellectio increata, seu scientia

divina est adveniens omnino ab extrinseco respectu naturae extraneae, qualis est intellectus creatus, sive alterius cuiuslibet Beati, ut desecletare. Consequentia liquet.

10. Roberatur; nam contraria opinio consona est doctrinae Monochelitarum, qui asserbant, animam Christi Domini solum intelligere de facto per scientiam increatam; contra quos definiunt Sacra Concilia in Christo Domino fuisse actus creatos intelligendi, & volendi; ut ex Sacra Scriptura manifestum est; & patet apud S. Marcum, cap. 14. ubi ipse Christus Dominus alloquitur Deum sic: *non quod ego volo; sed quod tu.* & sic de alijs passim occurrentibus. Accedit auctoritas clara Papae Agathonis in sexta Synodo generali, act. 4. de quo, & alijs ad rem; consulendus est Sap. P. Leonardus de Peña fel, tomo de Incarn. disp. 13. sect. 1. & P. Rhodes, loco citato, §. 2.

11. Dices; varia sunt testimonia, praesertim D. Thomae, quae adhaerent contrariae opinioni: ergo: Respondeo; nego antecedens; nam ea testimonia debent accipi in sensu vero, & iuxta veram intelligentiam, quam tradunt Sacra Concilia, & Sancti Patres; immo ipse D. Thomas se exponit hic, quaest. 3. art. 1. ubi concludit sic: *si ergo beatitudo hominis consideretur quantum ad causam, vel obiectum, sic est aliquid increatum; si autem consideretur quantum ad ipsam essentiam beatitudinis, sic est aliquid creatum.* Quid clarius?

SECTIO III.

QVID DICENDUM DE POTENTIA ABSOLUTA DEI?

12. Dicendum; adhuc de potentia absoluta Dei repugnat, Beatos videre intuitive Deum; & Christum Dominum intelligere secundum quod homo est; per intellectionem increatam; seu scientiam divinam unitam eorum intellectibus. Haec est vera sententia Theologorum melioris notae cum laudatis nostris

tris Doctoribus, quos sequitur Mag. Prudentius, tomo 2. de Inc. tract. 1. disp. 1. sect. 3. & à quibus recedunt nonnulli supposito nomine citati à P. Petro Hurtado, tomo de Inc. disp. 53. sect. 3. §. 9.

13. Dissident tamen nostri Doctores in modo probandi hanc veram conclusionem, ut videre est apud laudatum P. Penafiel, ibidem, à num. 192. ubi varias rationes probandi refert, & refellit; eligit que ipse illam, quam proxime proposui, num. 9. & 10. illa enim militat, adhuc de potentia absoluta Dei, eodem robore ac defacto; siquidem essentia actus vitalis intelligendi, seu vitæ intentionalis, debet esse eadem semper, & pro semper, scilicet ab intrinseco, & non ab extrinseco, ut ibi expostum est.

14. Placēt tamen, novam aliam superaddere probationem ad hoc ut intellectus humanus, sive Christus Dominus secundum quod homo est, nequeat intelligere, nec vivere, per intellectiōnem increatam, quæ quidem illi comperit secundum quod Deus est. Probatio desumitur eo quod, nequit concedi, esse possibile respectu humanitatis Christi Domini, sive respectu Christi Domini secundum quod homo est, id quod essentialiter opponitur fini Incarnationis, sive assumptionis illius humanitatis à Verbo Divino: atqui intelligere per intellectiōnem increatam opponitur essentialiter fini Incarnationis, scilicet reparationi generis humani per actum liberum meritorium, ac satisfactorium Christi Domini: ergo nequit concedi esse possibile respectu humanitatis Christi Domini, sive respectu Christi Domini secundum quod homo est, intelligere per intellectiōnem increatam adhuc de potentia absoluta Dei. Maior est certa: minus ostenditur: nam stare nequit actus liber meritorius ac satisfactorius Christi Domini pro fine reparationis generis humani, sine iudicio indifferente, & cum iudicio necessitante ad unum determinate, ut omnes uno ore fatentur: atqui resita se haberet, si esset possibile respectu humanitatis Christi Domini intelligere per intellectiōnem increatam Dei: ergo. Probatur minor: nam si poneretur humanitas Christi Domini intelligens per intellectiōnem increatam Dei infinitam simpliciter non minus necessitaretur Humanitas Christi Domini ad amplectendum bonum de-

terminatè, nempe reparationem generis humani per actum regulatum ex vi illius intellectiōnis increatæ Dei, quam necessitaretur quilibet Beatus determinatè ad amorē beatificum regulatum ex vi visionis intuitive Dei: atqui in Beato nequit inde esse liber talis actus amoris beatifici: ergo nec in Christo Domino, &c.

14. Dices primò. Sanctitas increata Dei, & subsistentia increata Verbi Divini, reddunt Humanitatem Christi Domini Sanctam, & subsistentem formaliter: ergo pariter intellectiō increata Dei poterit reddere Humanitatem Christi Domini intelligentem formaliter.

Respondeo, ex illo antecedente potius fore inferendam consequentiam defacto, & non de possibili: sed absolute illo admisso, nego consequentiam, & paritatem: nam illi effectus formales sancti, & subsistentis non exigunt secundum se communicari vitali modo, nec esse ab intrinseco simpliciter, ut ipse factus patet: aliter effectus formalis intelligentis exigat essentialiter communicari modo vitali, & esse ab intrinseco simpliciter, ut constat ex proxime dictis num. 9.

16. Dices secundò. Intelligere, est vivere intentionale: atqui vita intentionalis, pro ut distinguitur à vitâ physica, non requirit esse ab intrinseco per immunitatem simpliciter: ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem, cuius falsitas patet ex stabilitis eodem num. 9. & 10. Unde adhuc vita intentionalis divina requirit suam immunitatem per identitatem, ita ut nequeat esse ab extrinseco, ut explicant Theologi in tractatu de Trinitate.

17. Ad calcem addo, quod semel supposito ex sententiâ relatâ à P. Hurtado supra num. 12. quod intellectus humanus Christi Domini de potentia absoluta Dei potuerit intelligere, & videre intuitive Deum; id ipsum à paritate rationis ex simili potentia obedientiali possit argui saltem in intellectu Deiparæ Domine, cui concedendum est omnè id excellentiæ, & perfectiōnis, quod manifeste repugnans non est: in quo sensu hoc affirmativum placitum tenere videtur laudatus P. Ioannes de Cardenas cap. 22. dist. 3. §. 16.

SVBSECTIO IV.

CONCLVDITVR BEATITUDINEM FORMALEM SUPERNATURALEM ESSE ALIQUID CREATUM PRODUCTUM à Beato.

18. **R**este concluditur ex eo, quod Beatitudo formalis non sit quid increatum de facto, esse aliquid creatum; restat tamen ostendere, ita esse aliquid creatum, ut sit operatio producta vitali modo à Beato, cum sit Beatitudo formalis intentionalis, sive possessio intentionalis summi boni Dei. Pro hoc asserto militat, velut agmine facto, omnes Theologi (contra unum, vel alium, apud P. Rhodetic, §. 3.) cum D. Thoma, quæst. 3. art. 2. quidquid sit de fundamento Angelici Doctoris, quod infirmare conatur P. Arriaga hic, sect. 2. num. 12.

19. Probatur, tum auctoritate Concilij Tridentini nuperrime allegata num. 9. tum ratione petita ex eo, quod Beatitudo formalis sit vita intentionalis in actu secundo, iuxta illud Ioan. 17. v. 3. *hec est vita aeterna, ut cognoscatur et solum Deum verum*; atqui vita intentionalis in actu secundo est operatio producta vitali modo à subiecto vivente intentionaliter per illam: ergo Beatitudo formalis est operatio producta vitali modo à Beato vivente intentionaliter per illum in Patriâ. Minor est certa in meis principijs, Aristotelis, & D. Thomæ; iuxta proxime dicta eo num. 9. siquidem vita intentionalis creata in actu secundo consistit essentialiter in actione, passione, & termino. Consequentia liquet.

20. Nec est difficultas alicuius momenti contra me; siquidem ea operatio vitalis producta vitali modo ab intellectu beatificato est species expressa Dei, & verbum mentis, ut convincunt nostri Doctores in tractatu de visione Dei contra Thomistas confundentes rationem speciei expressæ, & verbi mentis, cum münere

proprio speciei impressæ; quam denegant nostri Doctores dari de facto respectu Dei intuitive visi à Beatis. Rursus, nulla est paritas petita ab intellectu divina; siquidem hæc est substantialis, & identificata realiter cum Deo intelligente; est intellectio creata beatifica est accidentalis, & distincta realiter ab intellectu beatificato per illam intelligente formaliter, ut desuper clarescit.

SECTIO II.

AN BEATITVDO FORMALIS SUPERNATURALEM CONSISTAT IN ACTU INTELLECTUS, AUT IN ACTU VOLUNTATIS; VEL IN VTRIQUE?

21. **C**um proxime stabilitum sit, Beatitudinem formalem esse operationem intentionalem productam vitali modo à Beato circa beatitudinem obiectivam, nempe Deum summum bonum, cuius est possessio, & in hoc conveniant unanimiter omnes fere Theologi; restat in vestigare, quænam sit illa operatio intentionalis spiritualis? Sit ne actus intuitivus intellectus, aut actus voluntatis? In quo puncto varia sunt Theologorum placita: communior sententia tenet, Beatitudinem formalem consistere essentialiter in actu intellectus, seu in visione Dei; ita Thomistæ cum D. Thoma, 1. 2. quæst. 3. art. 4. & plures Iesuitæ cum Magistro sententiarum in 4. dist. 49.

22. Tenent e contra consistere in solo actu voluntatis, seu amore Dei, Scotistæ cum subtili Scoto in 4. dist. 49. quæst. 3. dissident tamen in assignando actu voluntatis beatificante formaliter; aliqui enim cum Scoto assignant actum charitatis; alij vero cum Aureolo actum gaudij.

23. Mediam incedunt viam aliqui Theologi tenentes, essentialiter

Nam

bea-

beatitudinis formalis consistere adæquate in simultate vtriusque actus, scilicet visionis, & amoris Dei: ita PP. Ariaga, & Salaz cum Eximio Suarez, & Scotista Poncius cum D. Bonaventura in 4. dist. 4. q. 5. Alij que deficiant consistere adæquate in sola visione, & simul adæquate in amore Dei scorsim à visione: ita Paludanus secutus à non nullis recentioribus cum P. Ripalda, tomo 2. lib. 4. disp. 100. sect. 3.

SUBSECTIO I.

NON CONSISTIT essentialiter in actu amoris.

24. **P**ROBATUR primò multiplici auctoritate, quæ infra allegata ostenditur, Beatitudinem formalem supernaturalem consistere essentialiter in solo actu visionis intuitivæ Dei, num. 37.

25. Probatur secundò ratione vrgentissimâ: nam Beatitudo formalis supernaturalis. Minor probatur: nam possessio summi boni Dei dicit essentialiter in suo conceptu præsentiam summi boni Dei, cuius est possessio, & affectio simpliciter: atqui actus amoris ut talis non dicit essentialiter in suo conceptu præsentiam summi boni Dei; siquidem actus amoris, ut talis potius dicit essentialiter in suo conceptu abstrahere à præsentia; & absentia sui termini boni, cum amor ut talis debeat distinguî à gaudio spectante præsentiam boni, & à desiderio spectante absentiam boni; sive bonum abiens ut absens: ergo.

26. Dices primò, amorem Dei in patria non abstrahere à præsentia summi boni Dei; siquidem amat Deo illa omnia bona infinita, quæ intuitur possessa ab ipso Deo. Contra tamen in hoc effugium est dare manus difficultati, siquidem est fateri, amorem ut talem, seu actum amoris ut talis, non distinguî ab actu gaudij ut talis; in quo etiam non consistit essentialiter Beatitudinis formalis supernaturalis, ut ostendâ subsektionem immediate sequente. Deinde, amor ille in Patria attingens præsentiam summi boni Dei, cui amat

omnia eius bona infinita, supponit possessionem intentionalem summi boni Dei præsentis respectu Beati, & est vltus proveniens à tali possessione præsupposita: ergo amor ille non est Beatitudo formalis supernaturalis.

27. Dices secundò amorem Dei in Patria esse possessionem summi boni Dei; siquidem amor ille est actus charitatis, actus autem charitatis est possessio summi boni Dei, cum sit vnio amantis; & amiti. Contra, rtm quia hinc sequitur, actum charitatis in via esse beatitudinem formalem, ac proinde homo viator erit Beatus formaliter: tùm etiam quia illa vnio est tota metaphorica, affirmativa que, ita ut non dicat rationem possessionis; nec exigit præsentiam boni, siquidem ex se indifferens est ad hoc ut detur circa bonum absens, aut circa bonum præsens, ut de se clarescit, scilicet loquendo de vnione affectiva amantis, & amati secundum se, & de actu amoris ut talis, aut etiam charitatis.

28. Dices tertio Beatitudo formalis ut talis est illa quæ versatur circa beatitudinem obiectivam ut talem: atqui beatitudo obiectiva ut talis est summum bonum ut tale: ergo Beatitudo formalis ut talis est illa, quæ versatur circa summum bonum ut tale; ac proinde erit actus amoris, sive charitatis.

Respondeo; distinguo maiorem; est illa quæ versatur circa beatitudinem obiectivam ut talem; tanquam possessio illius; & faciens illam possessam intentionaliter à Beato; concedo maiorem; aliter, sive abstrahendo à præsentia, & absentia beatitudinis obiectivæ secundum se nego maiorem. Deinde distinguo minorem; est summum bonum ut tale, ita ut tale summum bonum sit terminus sub ea ratione sub qua sit præsens; & possessum formaliter à Beato; concedo minorem; ita ut tale summum bonum sit terminus sub alia ratione sub qua non sit præsens; nec possessum formaliter à Beato; nego minorem; & consequentiam. Ratio est, quia circa beatitudinem obiectivam ut talem possunt versari plures actus intellectus, & voluntatis; ille tamen actus est beatitudo formalis, quæ versatur circa beatitudinem obiectivam, ita ut sit possessio illius, & faciat illam præsentem, ac possessam formaliter à Beato; ac proinde solus actus intellectus intuitivus

beat.

beatitudinis obiectivæ, & summi boni erit beatitudo formalis, siquidem vi solius intuitionis sit præsens, & possessum summum bonum formaliter, id est quatenus est terminus illius actus intuitivi sub ratione veri, secus tamen quatenus est terminus alterius actus amoris sub ratione boni, cum hic actus abstrahat secundum se à præsentia, & absentia sui termini, ut supra ostensum est.

29. Hinc constat; Beatitudinem formalem non consistere essentialiter in actu amoris; subindeque nec consistere in tali actu scorsim à visione, nec consistere in simultate vtriusque, ut volebant Auctores citati pro sententia mediæ num. 23. deinde sine necessitate multiplicarentur Beatitudines formales in patria; cum sufficiat vnica beatitudo formalis recepta in anima ad hoc, ut tota hæc sit beata formaliter; denique alia posterior beatitudo formalis præsupponens priorè beatitudinem formalem non esset primaria essentialis; aut integralis, quod tamen adversarij

diffitentur.

SUBSECTIO II.

NON CONSISTIT ES- sentialiter in actu gaudij.

30. **P**ROBATUR primò auctoritate in favorem solius visionis intuitivæ Dei. Licet enim aliquando in Sacra Scriptura exprimatür Beatitudo formalis sub nomine gaudij; inde non inferitur, in gaudio consistere essentialiter Beatitudinem formalem; sed quod hæc explicetur per suam proprietatem; aut effectum subsequutum necessario ex illa: sicut ipsa beatitudo formalis explicatur ab Apostolo, dum dicitur, *nec oculus vidit, nec auris audivit*, &c.

31. Probatur secundò, ratione efficacissima; nam Beatitudo formalis supernaturalis est possessio summi boni Dei, ita ut ex vi talis possessionis fiat summum bonum præsens, ac possessum formaliter à Beato, iuxta hæcenus stabilita: atqui actus

gaudij aliter se habet, siquidem est quies voluntatis in summo bono iam possesse formaliter à Beato, subindeque præsupponit possessionem illius, ac per consequens præsupponit beatitudinem formalem, qua gaudet, & circa quam complacet Beatus per actum gaudij; ergo beatitudo formalis supernaturalis non consistit essentialiter in tali actu gaudij, seu complacentiæ. Sic enim actus gaudij, seu complacentiæ de sanitate non est sanitas formaliter; & sic de alijs similibus passim occurrentibus.

32. Dices primò, beatitudinem formalem esse dilectationem, & fruitionem summi boni Dei; quæ quidem in solo actu gaudij salvatur. Contra tamen; quia hæc nomina *delectatio*, & *fructio* sunt æquivoca, siquidem aliquando usurpantur ad significandum actum gaudij, seu complacentiæ de bono possesso, & aliquando usurpantur ad significandum actum perceptionis, seu possessionis boni præsentis, proindeque intuitio rei pulchræ est delectatio, & fructio ipsius rei pulchræ; sicut auditio musicæ est delectatio, & fructio ipsius musicæ. Ratio est, quia delectatio, & fructio dicunt perceptionem, & cognitionem experimentalem bonitatis convenientis; eodem modo, quò dolor, & tormentum dicunt perceptionem, & cognitionem experimentalem rei disconvenientis; ergo inde nil inferitur contra me, cum beatitudo formalis sit delectatio, & fructio in hoc posteriori sensu perceptionis, & possessionis summi boni Dei.

33. Dices secundò, beatitudinem formalem esse vltimam perfectionem, quæ quidem in solo actu gaudij salvatur, ad quem ordinantur actus intuitionis, & amoris ut talis. Contra, quia beatitudo formalis non est vltima perfectio ut cum quæ sed est vltima perfectio taliter ut sit possessio formalis summi boni Dei, qualis est sola intuitio Dei, secus tamen actus gaudij præsupponens possessionem ipsius Dei, ut probatum est. Nec alij actus ordinantur ad actum gaudij tanquam ad finem per se, nec tanquam ad finem vltimum quo, ut sæpe in finuat Aristoteles lib. 10. Ethic. cap. 4. siquidem non est possessio formalis respectu vltimi finis *quæ*, sed illam præsupponit simpliciter.

34. Dices tertio. Aristotelem ibidem tradidisse, delectationem gaudij esse perfectissimam operationem; constat autem, hanc

hanc esse beatitudinem formalem. Contra quia Aristoteles ibi potius docet gaudium oriri ex perfectissima operatione, nam quo perfectior est operatio, eo perfectioris gaudij causa est.

35. Dices quartò Beatitudinem formalem esse satietatem appetitus; constat autem, hanc competere gaudio, & non intuitioni Dei. Contra, quia Beatitudo formalis est satietas appetitus causaliter, quatinus causat satietatem appetitus, sicut Beatitudo obiectiva est id quod potest causare obiective satietatem appetitus, licet neutrasit satietas formaliter: intuitio autem Dei causat satietatem formalem in statu beatifico.

SVBSECTIO III.

CONSISTIT ESSENTIALITER IN SOLA VISIONE INTUITIVA DEI.

36. **F**ateor, aliquando mihi placuisse sententiam aliam, dum distinguebam rationem Beatitudinis formalis concretive sumptam à ratione Beatitudinis formalis abstractive sumptam: sed cum de hac posteriori tantum agatur in presentiarum, licet satis probabile existimem alias sententias, probabiliorum tamen reputo eam, quam nunc defendo; scilicet, Beatitudinem formalem consistere essentialiter in sola visione intuitiva Dei: nec parum roboris accipit veritas huius sententiæ ab efficaci aliarum impugnatione, quam in præcedentibus subsecutionibus præmisi.

37. Probatur primò multiplici auctoritate, quæ obvia est apud Auctores citatos pro hac sententia; ex quibus de promam solemniora testimonia: primum est illud capitale S. Ioannis cap. 17. v. 3. *hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum; sunt enim hæc verba Christi Domini, & in hoc sensu accipiuntur communiter à Doctoribus ex ipsorum lumine S. Augustino apud P. Maldonatum, & alios Sacros Interpretes. Consonat que ipse S. Augustinus serm. 2. in psalm. 90, ubi ait*

ad rem; visio est tota merces: idem assertum est ab alijs Sæctis Patribus citatis à P. Rhodes hic, §. 3. subinde que proficitur, & prædicatur à Sacro Concilio Francofordienfi, in Epist. ad Episc. Hisp. per hæc verba: Prædicamus enim Deum verum, ut ad eius beatissimam visionem pervenire mereamur, in qua est vera beatitudo, & beata æternitas: quid clarius?

38. Probatur secundò, ratione; nam beatitudo formalis consistit essentialiter in eo, quod sit possessio summi boni, nempe Dei, seu termini divini ut docet Theologia ex communi Magistro D. Thome lib. 4. contra gentes cap. 26. & hic quæst. 3. art. 4. in corpore: atqui sola visio intuitiva Dei ita se habet: ergo in sola visione Dei intuitiva consistit essentialiter Beatitudo formalis; scilicet supernaturalis. Minor constat; tum ex eo quod proxime ostensum sit, conceptum illud possessionis summi boni non competere actui amoris ut talis; nec actui gaudij ut talis; tum etiam quia soli visioni intuitivæ Dei competit reddere possessam à Beato beatitudinem obiectivam formaliter, ita ut in eius potestate sit, vi illius intuitionis Dei, omne commodum illatum ex possessione intentionali supernaturali Dei ut ultimi finis: inde enim inferuntur, & subsequuntur, amor intensissimus, gaudium iucundissimum, & transformatio similitudinis optatissima; iuxta illud S. Ioannis Epist. 1. cap. 3. *similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est: ut amplius constat ex nuperime dictis num. 21. & 32.*

39. Dices primò. Sanctos Patres sæpe docere, amorem beatificum esse constitutum saltem partiale Beatitudinis formalis supernaturalis. Contra, quia Sancti Patres potius stant pro mea sententia, licet sæpe loquantur late; & quasi descriptive, ut nobis explicent Beatitudinem formalem per effectus etiam posteriores, & per commoda subsequenda ex illa: immò sæpe oritur obscuritas verborum ex eo quod vitatur nomine æquivoco *fruitus*, quod explicite proxime n. 32. sicq; facili negotio intelligitur sensus in quo loquutus fuit Benedictus X II. dñi vñs fuit vocibus *frui*, & *fruitione*. Recole dicta eo num. 32.

40. Dices secundò; visionem intuitivam Dei non esse possessionem Dei, sicut visio intuitiva auri non est possessio auri. Contra, quia visio intuitiva Dei reddit beatum possidentem, & Deum possessum formali-

ter

ter à Beato, ita ut inde percipiat omnia commoda illata ex possessione formali Dei: visio autem intuitiva auri non reddit possidentem me, nec aurum possessum à me, quia sola visio intuitiva boni finiti, ac limitati non habet vim derivandi, aut communicandi omnia commoda, quæ aliunde subsequuntur ex possessione physicali illius boni; at cum Deus sit summum bonum infinitum simpliciter possessum intentionaliter per visionem intuitivam beatam, sola hæc habet vim derivandi, & communicandi in beatifico statu omnia commoda perceptibilia à Beatis, & quæ proximè recensita sunt in probamento conclusionis.

41. Dices tertio; maiorem coniunctionem habet amans cum amato, quam habet videns intuitivè cum obiecto viso: ergo. Respondeo, distingo antecedens; maiorem coniunctionem affectivam, concedo: maiorem coniunctionem possessivam, sive possessionis; nego antecedens; unde nulla est consequentia.

42. Dices quarto; homo est beatificabilis non solum in linea intellectiva, sed etiam in linea volitiva: ergo beatitudo formalis ad utramque lineam spectat essentialiter. Respondeo, distingo antecedens; eodem modo; nego: diverso modo, concedo: unde nego consequentiam, quia modus diversus stat in eo, quod homo in linea intellectiva sit capax possessionis formalis summi boni, nempe visionis intuitivæ Dei; secus tamen in linea volitiva, in qua suo modo est beatificabilis, quatenus est capax amoris beatifici, & gaudij de Deo possessio, ut supra dictum est.

43. Dices quinto. Adhuc posita visione intuitiva Dei, potest de potentia absoluta subtrahi concursus divinus ad amorem, & gaudium de Deo: ergo in illa visione non salvatur essentia beatitudinis formalis; siquidem in tali casu non esset homo beatus, sed anxius simpliciter. Respondeo, transeat antecedens, & nego consequentiam; ad cuius probationem dico, in tali casu hominem esse beatum quoad beatitudinem formalem, & essentialem, licet illi deficeret complementum debitum beatitudinis integralis, aut accidentalis: nec obstat beatitudo formalis, & essentiali anxietas orta ex desiderio boni sibi debiti, & denegati à Deo operante de potentia absoluta, sed anxietas orta ex desiderio boni sibi indebiti,

aut denegati à Deo operante de potentia ordinaria, si fortassis illud contingere possit in statu beatifico, qui debet esse secundum se perfectus aggregatione bonorum, quorum nonnulla recenset P. Hugo, in desiderijs pijs; lib. 3. eleg. 14 sic.

*O qui sidereas habitas, Rex maxime, sedes,
Quam tua; præ terris, invidiosa domus!
Tectum augustum, ingens, gemmisque atroque
superbum,
Quale putres, ipse sum posse decere Deum.
Ambrosia superos hilarat quis, nescio succus,
Deus & arborio nectare potus alit.
Elysium, sine carne, epulas, Baccoque ministrat,
Calicolumaque venit nullus in ora cibus.
O qui sidereas habitas, Rex maxime, sedes,
Quam tua delictis affluit illa domus.
Iam flagrat, & studio nimis inflammata
videndi.
Mens desiderio deficit agra suo.
Deficit & lingua, de calamus, dum
pulsat Olympum;
Æternum videam dum sine nocte diem.*

SECTIO III.

ELUCIDATUR BREVITER PRINCIPIA BEATITUDINIS FORMALIS SUPERNATURALIS.

44. **C**elebris est lis inter Jesuitas, & Thomistas circa principia creata effectiva visionis beatæ, seu beatitudinis formalis; Thomistæ enim antiquiores volebant, lumen gloriæ esse totam rationem agendi, seu producendi visionem beatam; licet recentiores Thomistæ in solo modo loquendi consentiant; & in re dissentiant, ut infra patebit: Jesuitæ verò volunt, intellectum etiam creatum elevatum à lumine gloriæ producere effectivè cum ipso visionem beatam, seu beatitudinem formalem; licet inter ipsos restet dissidium circa causam principalem illius, ita ut plerique velint complexum intellectus creati, & luminis gloriæ esse causam principalem illius

Ooo lius

lius effectus supernaturalis simpliciter; alij vero negant, eo quod in tali complexo datur per complexionem perfectio, quæ datur in illo effectu per identitatem, proinde quo evadat perfectior ex hoc modo perfectiori habendi vitalitatem, & supernaturalitatem, nempe per identitatem. Hinc tamen manifeste convincitur, quod etiam respectu intellectus purè naturalis non erit causa principalis complexum intellectus creati, & speciei impressæ, ac proinde falsificabitur sensus, in quo communiter recipitur solemne illud axioma, *ex obiecto, & potentia paritur notitia*; ut rem perpendenti clarescat. Nec erit fundamentum ut nõ sit maior perfectio in solo Deo, quam in complexo Dei, & creaturæ, si ille modus discurrendi subsistat. Unde hoc punctum reducitur ad voces circa modum loquendi.

SVBSECTIO I.

CIRCA INTELLECTUM magis, aut minus perfectum alio, respectu Beatitudinis formalis supernaturalis.

45. **R**ogabis, virum ex perfectiori intellectu, cæteris paribus, evadat perfectior visio beata, sive Beatitudo formalis supernaturalis? Circa hoc punctum varia sunt Doctorum placita videnda a pud P. Leonardum de Peña-fiel tomo 1. trac. 6. disp. 29. sec. 1.

46. Respondeo cum distinctione; scilicet, ex intellectu perfectiori, cæteris paribus, aut non evadere perfectiorem visionem beatam physice entitative; ut vult sententia negans; aut evadere perfectiorem visionem beatam adhuc theologice in ratione Beatitudinis formalis supernaturalis; si semel evadit perfectior physice entitative, ut vult sententia affirmans.

47. Probatür prior pars specialitèr, relictis alijs probationibus vulgaribus; nam maior perfectio intellectus creati v. g.

Angelici se habet omnino de materiali respectu visionis beate supernaturalis, cæteris paribus; siquidem intellectus creatus Angelicus perfectior, & intellectus creatus humanus imperfectior, non producant visionem beatam supernaturalem, nisi quatenus elevantur; nec elevantur secundum maiorem, aut minorem perfectionem naturalem, sed secundum rationem æque perfectam intellectus creati elevabilis ad producendum visionem beatam supernaturalem: ergo ex intellectu perfectiori, cæteris paribus; non evadit perfectior visio beata physice entitative, sive in ratione entis. Probatür antecedens: nam potentia obedientialis, sive elevabilitas illa est communis tam intellectui Angelico, quam intellectui humano specificè diversis, sub indeque debet fundari potentia communis in aliquo prædicato communi utriusque intellectui, nempe in ratione substantiæ intellectivæ creatæ, secundum quam uterque intellectus est æque elevabilis ad videndum intuitive Deum, sive ad producendum visionem beatam supernaturalem; secus tamen in aliquo prædicato specifico, aut individuali, secundum quod importat maiorem, aut minorem perfectionem unius intellectus præ alio: sicut eo ipso quod potentia materialis visiva albedinis fit communis homini, & leoni specificè diversis, debet fundari in prædicato communi utriusque, nempe in prædicato animalis, secundum quod uterque est æque productivus visionis materialis albedinis; secus tamen in prædicato specifico, aut individuali, secundum quod homo importat maiorem perfectionem principij ad æquati productivi visionis materialis albedinis, & excitativi, seu inductivi visionis spirituales, sive intellectivæ respectu ipsius albedinis: atqui eo ipso se habet utrobique de materiali maior perfectio secundum specificum, aut individuale, scilicet intellectus Angeli respectu visionis beate supernaturalis, & potentie visivæ materialis humanæ respectu visionis materialis albedinis: ergo.

48. Ratio à priori est, quia stante hæc verà doctrinà, non debet elevari intellectus Angelicus secundum id quod est perfectior intellectu humano ad producendam visionem beatam supernaturalem, sed rantum secundum id, quod uterque est substantia intellectivæ creatæ æque capax ele-

vationis, & productionis entitatis visionis beate supernaturalis, quam neuter intellectus valet producere physice entitative, nisi ut elevatus, id est, nisi elevetur à principio supernaturali, quod quidem supponitur omnino æquale respectu utriusque intellectus Angelici, & humani, ut patet ex ly *cæteris paribus*, sub quo præfens questio procedit.

49. Addo, simili modo arguendi, eodemque exemplo visionis materialis albedinis, sive potentie visivæ materialis communis homini, & leoni, convincendos esse illos, qui defensant, potentiam visivam materiale de facto existentem non posse elevari ad videndum Deum; posse tamen elevari aliam potentiam visivam materiale specificè diversam, quam possibilem esse admittunt: in consequenter tamen procedunt, meo videri, siquidem potentia obedientialis illius entitatis possibilem debet fundari in aliquo prædicato communi respectu utriusque potentie visivæ materialis; ac proinde, vel neutra, erit elevabilis obedientialitèr ad videndum Deum; aliud ve obiectum spirituale, ut ex dictis clarescit.

50. Probatür posterior pars, scilicet, quod si semel evadat perfectior visio beata physice entitative, ut vult sententia affirmans, debeat evadere ipsa visio beata perfectior adhuc Theologice in ratione Beatitudinis formalis supernaturalis; & quidem arguo ad homines; nam ideo hoc repugnat iuxta adversarios, quia inde sequeretur, quod illi qui equalia merita haberent, premiarentur inæquali premio, videlicet clariori visione beata, seu perfectiori Beatitudine formali, proveniente à perfectiori intellectu unius præ alio; quod quidem est contrarium doctrinæ Conciliorum præsertim Venensium; & S. Pauli ad Romanos 2, cap. 6: ubi docet, Deum reddere præmium æternū unicuique secundum opera sua meritoria; atqui hoc inconveniens minime sequeretur ex eo, quod inde evaderet visio beata perfectior adhuc theologice in ratione beatitudinis formalis supernaturalis; ergo. Minor ostenditur: nam minime repugnat, quod maioritas illa perfectionis adhuc theologice in ratione Beatitudinis formalis supernaturalis non respondeat tanquam præmium meritis proprijs illius qui habet perfectiorem intellectum, sed tanquam hæreditas ex meritis Christi Domini,

ex quibus datus fuit illi perfectior intellectus tanquam effectus prædestinationis, & gratia data per Christum, quælis est bonus intellectus, bona indoles, & sic de alijs similibus recensitis à Theologis cum Eximio Suárez memorante effectus prædestinationis, & gratias nobis datas per Christum, sive ex meritis Christi Domini.

51. Nec enim repugnat illo pacto, quod in eadem Beatitudine formali supernaturali, seu gloria graduale, correspondent aliqui gradus tanquam præmium æquale meritis proprijs, & alij gradus correspondent tanquam hæreditas, seu gratia donata ex meritis Christi Domini, ut aperte constat ex doctrina Concilij Tridentini sess. 6. cap. 18. ubi hæc habet clarissima verba: *Bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia filijs per Christum IESUM misericorditer promissa; & tanquam merces, (sive præmium) ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus, & meritis fidelitèr reddenda.* Constat insuper ex eo, quod in gratia, ac per consequens in gloria, dentur aliqui gradus ex opere operantis correspondentes meritis proprijs tanquam præmium, seu merces, & dentur alij gradus ex opere operato correspondentes tanquam hæreditas seu donum ex meritis Christi Domini; ut patet in recta susceptione Sacramentorum. Constat denique ad homines in sententia eorum adversariorum, qui tenent Angelos bonos ita se disposuisse ad gratiam, & gloriam, ut illis donata sit à Deo maior, aut minor, etiam attentà maiori, aut minori naturali perfectione, ac ordine ipsorum Angelorum, & non attentis solis eorum meritis; scilicet ex meritis Christi Domini, qui Angelorum hominum caput est, & primogenitus in multis fratribus.

52. Nec à me accipitur ly *tanquam hæreditas*, nisi in eo sensu in quo alibi sæpe accipitur pro dono, seu gratia donata ex meritis Christi Domini; & prout contraponitur premio; & mercedi, quæ habentur ex proprijs meritis, sive titulo iustitiæ: unde titulus ille hæreditatis accipiendus est in eo sensu lato, in quo contraponitur titulo iustitiæ; secus tamen in alio sensu stricto, in quo dicitur gratia habitualis forma constituens hominem hæredem gloriæ, apud Tridentinum sess. 6. cap. 7. & Apostolum pluribus in locis.

53. Nec urget aliquid aliud in contrarium,

rium, si quisque sibi persuasum habeat, me non loqui de intellectu perfectiori seorsim. Iuncto cum æquali lumine supernaturali gloriæ, in tentu supposito quæstionis, sive de intellectu perfectiori elevato à lumine gloriæ secundum totam perfectionem ipsius, ut supponitur ex principijs sententiæ affirmantis: ita ut tota indivisibilis entitas perfectior, ac proinde maioritas etiam perfectionis illius visionis beatæ in ratione beatitudinis formalis, correspondeat indivisibiliter realiter complexo supernaturali resultanti ex intellectu inæquali utpote perfectiori. Et quidem non video, assignari ab adversarijs disparitatem, ad hoc ut sicut posito æquali habitu Fidei supernaturali, & inæquali intellectu perfectiore, v.g. D. Thomæ, evadat actus supernaturalis Fidei perfectior, tam physice entitative, quam theologice, circa mysterium Incarnationis; & alia æque inscrutabilia respectu alterius actus eliciti ab homine rustico: & pariter non theologifsetur in casu quæstionis. Sed iam ad alia breviter etiam resolvenda de habitu luminis gloriæ.

SUBSECTIO II.

CIRCA LUMEN GLORIÆ respectu Beatitudinis formalis supernaturalis.

34. **D**Octores scholæ Iesuitæ ad eo strenue decertarunt pro concursu activo intellectus creati respectu visionis beatæ, seu Beatitudinis formalis supernaturalis, adversus scholam antiquorum Thomistarum, pro aris, & focis defensorum, lumen gloriæ esse totam rationem agendi sive adæquatum principium producendi illum effectum supernaturalem; ut recentiores Thomistæ eorum castra deserentes in re; admittant concursum partialem intellectus creati, & contendant de voce, lumen gloriæ dicitur esse totam rationem agendi, quatenus est tota ratio elevandi intellectum creatum; ut aperte

constat apud M. Ioannem & S. Thomam, r. p. quæst. 12. disp. 14. art. 2. à num. 13. & M. Gonet, disp. 3. de visione, art. 3. §. 2. quibus addo M. Albeldam, quæst. 12. de visione, disp. 27. art. 6. sect. 3. num. 41. Proindeque non est ratio ad hoc ut in puncto de voce immoremur, cum iure manus; & palmas dederint Thomistæ recentiores, locis citatis.

55. Rogabis tamen de re, an divinitus possit suppleri lumen gloriæ per auxilium extrinsecum Dei? Sive, an de potentia absoluta possit suppleri concursus activus luminis gloriæ per omnipotentiam divinam applicatam modo supernaturali?

56. Respondeo affirmative cum Doctoribus Iesuitis contra Thomistas, quos refert, & refutat nosser Sap. P. Leonardus de Peñafiel, tom. 1. trac. 6. di. p. 16. sed. 3. Sed ut veritas magis ac magis illuc escat, placet nostram sententiam illustrare adhuc in Thomistarum principijs.

57. Probatum igitur primo in principijs S. Thomæ, nam S. Doctor r. p. quæst. 74. art. 2. in corpore docet; errorem esse dicere, Deum non posse facere per se ipsum omnes determinatos effectus, qui sunt per quamcumque causam creatam: rursusque, quæst. 10. de veritate, art. 1. ad rem aliter potest Deus mentem ad hoc perducere, ut divina essentia uniat, eo modo, quo illi unitur in patria sine hoc quod à lumine persundatur. Cuius ratio est, quia omnipotentia divina, ut pote virtus infinita simpliciter, & præcontentiva ac productiva omnium creaturarum possibilem, præcontinet in se virtutem activam luminis gloriæ; subindeque potest per se ipsam suppleri concursum activum luminis gloriæ, licet hoc debeat esse tota ratio agendi in principijs Thomistarum, si non adsit omnipotentia divina ut applicata modo supernaturali ad supplendum defectum luminis gloriæ. Quod autem hoc fieret sine læsione modi connaturalis operandi actum supernaturalem, constat ex supra stabilitis à me trac. 4. disp. 1. sect. 1. per totam, saltem à paritate rationis.

48. Probatum secundo: nam in principijs Thomistarum, licet accidens naturale, v.g. calor, sit tota ratio agendi, sive adæquatum principium producendi substantiam ignis, nihilominus potest Deus per suam omnipotentiam suppleri concursum activum caloris; ita ut Deus se solo

pro-


SECTIO IV.

AN RATIO BEATITUDINIS formalis supernaturalis, supposita communissima eius definitione essentiali, conveniat proprie Maternitati Dei seorsim à visione beatifica?

producat substantiam ignis; ergo pariter licet lumen gloriæ sit tota ratio agendi, sive adæquatum principium producendi visionem beatam, seu Beatitudinem formalem supernaturalem in principijs Thomistarum, nihilominus poterit Deus per suam omnipotentiam suppleri concursum activum luminis gloriæ, ita ut Deus se solo producat visionem beatam, seu Beatitudinem forma e supernaturalem, saltem si actus vitalis in sola qualitate consistat. Siquidem virtus infinita omnipotentia divina non est minor ad supplendam virtutem activam accidentis supernaturalis luminis gloriæ, quam ad supplendam virtutem activam accidentis naturalis caloris, ut de se constat: alioqui non posset Deus suppleri virtutem alterius habitus supernaturalis accidentalis, qualis est habitus Fidei, qui dicitur lumen Fidei, sicut habitus elevativus intellectus ad visionem beatificam dicitur lumen gloriæ.

59. Hæc dicta breviter pro meo instituto sufficiant contra Thomistas: si autem plura videre velis, adeas P. Leonardum de Peñafiel loco proxime citato, ubi de mari ad motus rem per tractat. Nec tamen omittam addere contra Scotistas recentiores, irrete probare suam, & meam sententiam affirmativam, ex eo quod lumen gloriæ non sit necessarium simpliciter ad visionem beatificam, quatenus Deus est lux obiectiva infinita simpliciter, quæ proinde non indiget compleri in ratione lucis obiectivæ per aliam lucem creatam, quale est lumen gloriæ. Arguo enim sic: Deus non est minus infinitus simpliciter in ratione bonitatis obiectivæ terminativæ amoris beatifici; ac est infinitus simpliciter in ratione lucis obiectivæ terminativæ visionis beatificæ; ut de se clarescit: atqui nihilominus indiget Deus compleri in ratione bonitatis obiectivæ proxime terminativæ amoris beatifici per lucem intellectualem creatam; nepe per visionem beatificam creatam per quam redditur illa bonitas proxime terminativæ amoris beatifici; nihil enim potest esse volitum, seu amatum tali amore, quin sit præcognitum tali cognitione: ergo ex illo capite irrete probatur à recentioribus Scotistis intentam circa lumen gloriæ.

60. **P**Ræsens quæstio à nemine, quæ viderim, adhuc leviter insinuatæ est; an tam tamen mihi præbuit ad eam indagandam Sap. P. Ioannes Martinez de Ripalda, tom. 2. de Ente supern. lib. 4. disput. 100. sec. 10. ubi de more ingeniosus inquirat, & resolvit, tam unionem identitatis realis Dei se cum ipso, quam unionem hypostaticam Humanitatis Christi Domini cum personalitate Verbi Divini esse Beatitudinem formalem physicam, seorsim à visione intuitiva Dei, quæ est Beatitudo formalis intentionalis, cum æque conveniat utrique esse possessionem summæ boni, in sua linea. Placuit idem hoc assertum nonnullis recentioribus citatis à P. Oviedo r. 2. tract. 2. concl. 2. pag. 5. num. 47. & M. Prudentio, tom. 1. de Incarn. tract. 3. disp. 1. sec. 2. Contra ipsum Oviedum ibidem, num. 50. Eximium Suarez r. 2. disp. 9. sec. 1. num. 18. Acutissimum Vasquez, disp. 8. sec. 14. Arriagam, Salmaticenses, & alios apud citatos.



SUBSECTIO I.

AFFIRMANS ASSERTUM ostenditur.

61. **H**inc placuit mihi simile assertum affirmativum stabilire circa Maternitatem Dei, cui à paritate rationis tenentur assentiri P. Ripalda, & alij proximè citati. Sit igitur mea conclusio: Maternitas Dei est propriè Beatitudo formalis supernaturalis, seorsim à visione beatifica; immò etiam perfectior in ratione beatitudinis formalis ut talis.

62. Probat prior pars conclusionis: nam Maternitati Dei convenit propriè definitio essentialis beatitudinis formalis supernaturalis: ergo Maternitas Dei est propriè beatitudo formalis supernaturalis. Probat antecedens: definitio essentialis beatitudinis formalis supernaturalis est *possessio summi boni*, nempe Dei, aut termini divini simpliciter, ut docet certa Theologia ex Angelico Aquinate 1. 2. quæst. 3. art. 4. & in 4. dist. 46. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. atqui Maternitati Dei convenit propriè esse *possessionem summi boni*, nempe Dei, aut termini divini simpliciter; & quidem seorsim à visione beatifica: ergo. Probat minor: tum quia Maternitas Dei infinita simpliciter constituitur essentialiter per unionem idemnitatis realis adæquatæ cum Filio Deo homine, qui est terminus illius relationis realiter in adæquatæ idemnitatis cum ipso, iuxta mea principia factis stabilita in proprio loco; nil autem potior iure possidetur, quam id quod possidetur, seu habetur per unionem idemnitatis realis in adæquatæ: tum etiam quia saltem dicit Maternitas Dei unionem idemnitatis moralis cum Filio Deo homine, ut tradunt plures Sancti Patres sæpe citati in superioribus; immò & ipsi prædicant idemnitatem absolutam, & sine limitatione, ut videre est apud ipsam Patrem Ripaldam eo tom. 2. lib. 4. dist. 79. per varias sectiones; tum denique quia Deipara Domina ratione Maternitatis Dei habuit unionem realem physicam substantialem cum suo Filio Deo homine in utero materno, ut supra defensum

est à me cum M. Saavedra, vest. 1. disput. 24. sec. 1. num. 1090. subindeque posset quis ad rem præsentem adaptare illa verba: *Beatus venter, quæ portavit, & ubera quæ suxisti*. S. Luc. cap. 11.

63. Deindè, possessio propria alicuius rei tribuit potestatem, & dominium rsi, ut docent unanimè Theologi, & Iurisprudenti apud Patrem Molinam tom. 1. de iust. disp. 12. atqui Maternitas Dei tribuit potestatem, & dominium Deiparæ Domine respectu sui Filij Dei hominis, ut docet unanimè Sancti Patres, & Doctores apud ipsam Ripaldam loco nuperrimè citato, & passim apud Interpretes ad illa verba S. Luc. cap. 2. *Et erat subditus illis*: ergo Maternitas Dei, &c.

64. Denique possessio propria summi boni infert statum beatificum, sive cumulum omnium bonorum aggregatione perfectum, excludentemque omnia mala ratione sui; ut proclamant uno ore Theologi ex Boetio lib. 3. de consolatione: atqui ita se habet Maternitas Dei, seorsim etià à visione beatifica, ut potè cui debita est ipsa visio beatifica, & debita sunt alia quælibet bona dona quæ supernaturalia excludentia omne malum, sive sint proprietates morales, sive sint proprietates physice, respectu ipsius Maternitatis Dei; iuxta varios opinandi modos, quorum probabilitas innuitur per illa verba Ecclesi. 24. *Ego Mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, sancta spei*. ergo Maternitas Dei est, &c.

65. Probat hinc facili negotio posterior pars meæ conclusionis, scilicet maior perfectio Maternitatis Dei præ visione beatifica in ratione beatitudinis formalis supernaturalis ut talis. Vbi notandum est *hæc ut talis*; nec enim loquor de visione beatifica secundum rationem specificam beatitudinis formalis intentionalis; ad quam spectat prædicatum vitalitatis, & sic de alijs; sed loquor de visione beatifica secundum rationem genericam Beatitudinis formalis, seu *possessionis summi boni*, in qua convenit cum Maternitate Dei, cui sane convenit supernaturalitas simpliciter talis, ut supra defensum est. Excessus igitur perfectionis ostenditur, ex eo quod Maternitas Dei in ratione Beatitudinis formalis ut talis, sive in ratione *possessionis summi boni*, est infinita simpliciter per constitutionem essentialem, & unionem idemnitatis realis in adæquatæ cum summo bono possesso, nempe

nempe Filio Deo homine; dicit que unionem realem physicam substantialem Matris divinæ cum Filio Deo homine, aliaque suprema charismata proximè recensita; ita ut hæc non reluceant in visione beatifica dicente solam unionem metaphoricam cum Deo in ratione Beatitudinis formalis, seu *possessionis summi boni*, ut docet catholica Theologia: ergo Maternitas Dei est perfectior visione beatifica in ratione Beatitudinis formalis ut talis.

66. Nec mihi cura est de modo loquendi circa convenientiam analogam, aut æquivocationem utriusque Beatitudinis formalis, dum modo salva maneat in re pars utraque meæ conclusionis; optime enim stat, quod Maternitas Dei dicatur Beatitudo formalis propria in sua linea physica possessionis realis, & quod visio beatifica dicatur Beatitudo formalis propria in sua linea intentionali possessionis intentionalis, dum modo utraque sit propria possessio summi boni in sua linea; sicut datur comprehensio formalis propria in linea physica, v. g. argenti in arca; & datur comprehensio formalis propria in linea intentionali, v. g. Angeli inferioris in cognitione Angeli superioris; ita ut utraque comprehensio propria sit in sua linea.

SUBSECTIO II.

RESPONDETUR objectionibus.

67. **O**bjic. 1. De ratione Beatitudinis formalis supernaturalis est, quod sit perpetua; atqui Maternitas Dei non est perpetua: ergo.

Respondeo, maiorem esse dubiam inter Theologos, quorum aliqui cum Angelico Præceptore 1. 2. quæst. 3. art. 5. & quæst. 4. art. 3. admittunt Beatitudinem formalem supernaturalem transeuntem in via. Sed in forma distinguo maiorem; quod sit perpetua, vel physice, vel moraliter; concedo, quod sit perpetua, physice necessario; nego maiorem: adhuc enim de visione beatifica tenet docti Theologi apud P. Ariagam, & P. Ripaldam tom. 4.

disp. 27. sect. 3. num. 27. ita esse Beatitudinem formalem supernaturalem in patria ut non sit eadem perpetua physice, sed tantum moraliter; nec minus est, non esse de conceptu unionis intellectualis cum Deo perpetuitatem physicam; cum hæc denegat esse de conceptu unionis physice hypostaticæ cum Verbo Divino P. Rhodes, tom. 2. disp. 2. de Inc. q. 4. art. 2. §. 3. ubi ait, præputium Christi Domini nunc asservari Romæ; iuxta Innocentium 3. vel iuxta alios permanere Anicij, ita ut in illo pateat defectus perpetuitatis physice unionis hypostaticæ partialis intervenientis inter Verbum Divinum, & unionem physicam animæ; ac præputij Christi Domini non minus, ac in triduo mortis defectus totius unionis physice inter Animam, & Corpus Christi Domini, cum tamen antea tantam unionem assumpsisset Verbum Divinum mediâ unionem hypostaticâ. De perpetuitate autem morali Maternitatis Dei sæpe dictum est supra, præsertim trac. 2. disp. 3. sect. 3. subsec. 2. num. 70. & sect. 4. numero 62.

68. **O**bjic. secundò. Si Maternitas Dei esset Beatitudo formalis, seorsim à visione beatifica, in Deipara Domina daretur duplex Beatitudo formalis; atqui repugnat, siquidem non sunt multiplicandæ entitates sine vrgente: ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem; nam vrgens necessitas multiplicandi in Deipara duplicem illam Beatitudinem formalem, vnam in linea intentionali; cum utriusque conveniat propriè definitio essentialis Beatitudinis formalis ut talis; constat ex hæcenus dictis; patet que à paritate duplicis sanctitatis formalis in Deipara Domina defensatæ expresso in superioribus; ita ut vna sit ipsa Maternitas Dei; & alia sit gratia habitudinalis; non aliter ac in Christo Domino relucet duplex sanctitas formalis; & duplex Beatitudo formalis, quarum vna est unio hypostatica, iuxta plures Theologos supra citatos.

69. **O**bjic. tertio. Beatitudo formalis est ultima perfectio, quæ Deus possidet; sive est ultima possessio Dei, ut docent Theologi cum D. Thoma, 1. 2. q. 3. art. 2. atqui Maternitas Dei non est ultima possessio Dei, sed sola visio beatifica: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem, est ultima in sua linea, modo supra explicato; con-

concedo: est vltima in omni linea; nego maiorem; cum igitur Materitas Dei sit vltima possessio Dei in sua linea physica, & visio beatifica sit vltima possessio Dei in sua linea intentionali, vtraque sane est Beatitudo formalis in sua linea. Nec aliter loquuntur Theologi cum D. Thoma; alioquin nec visio beatifica esset Beatitudo formalis; siquidem datur vltior possessio Dei per amorem beatificum, vt volunt plures aduersarij Scotiffantes.

70. Obijc. 4. Beatitudo formalis debet esse delectatio, & fructio summi boni, cuius est possessio: atqui Materitas Dei non est huius modi scorsim à visione beata: ergo.

Respondéo, hoc argumentum esse contra suppositum quæstionis, cum recurrat ad prædicata specifica beatitudinis formalis intentionalis, quorum vnum est vitalitas, vt proximè notabam num. 65. Sed si sermo sit de Beatitudine formali vt tali, distinguo maiorem; debere esse delectatio, & fructio summi boni, formaliter, vel radicaliter; concedo: formaliter necessario nego maiorem; sufficit enim quod Materitas Dei sit radix, cui debetur visio beata, seu delectatio formalis vitalis intentionalis; cum tamen illi conveniat proprie conceptus possessionis summi boni in sua linea, ac proinde ratio Beatitudinis formalis vt talis simpliciter.

71. Obijc. 5. Si per impossibile denegetur Deiparæ Dominæ visio beatifica, non esset Beata formaliter: ergo.

Respondéo, distinguo antecedens; non esset beata formaliter in linea intentionali in qua careret visione beatifica; concedo: non esset Beata formaliter in linea physica in qua gauderet possessione physica summi boni proprie tali; nego antecedens, & consequentiam; siquidem tunc gauderet Deiparæ Dominæ Materitate Dei, quæ quidem est possessio summi boni perfectior ac præstantior visione beata, quando quidem collocat Deiparæ Dominam in ordi-supremo vnionis hipostaticæ, infertque alia altissima charismata, quæ non competunt visioni beata secundum se, vt satis in superioribus probatum; ac demonstratum est.

*)

DISPUTATIO II.

DE ESSENTIA BEATITUDINIS FORMALIS SUPERNATURALIS, seu Glorie essentialis Deiparæ Domine.

1. **T**empus tacendi sub rosa, non loquendi rosas, mihi ignaro in dubiè apparet; dum tamen cum Prophetâ Jeremia 1. clamito, *ne scio loqui; audio Sanctum Bernardum serm. 4. de Assumpt. proclamantem sic: Tempus loquendi est omni carni, cum assumitur incarnati Verbi Mater in cælis nec cessare debet à laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura super immortales spiritus exaltatur in Virgine. sed de eius gloria, nec devotio silere paritur, nec dignum aliquid concipere sterilis cogitatio, aut invidita potest locutio paritur ire. Hinc est, quod ipsi celestis curia Principes in consideratione tanta novitatis clamant non sine admiratione; quæ est ista quæ ascendit de deserto delitij affluens? Ascendens igitur de deserto Regina mundi, etiam Angelis sanctis, (vt canit Ecclesiâ) speciosa facta est, & suavis in delitij suis. Silant igitur labia imperita, quia vir pollutus labijs ego sum; & loquantur Sancti Patres de Gloria essentiali Deiparæ Domine.*

SECTIO I.

QUÆNAM SIT PRÆSTANTIA BEATITUDINIS FORMALIS SUPERNATURALIS, seu Glorie essentialis Deiparæ Domine?

Cum Beatitudo formalis supernaturalis, seu gloria essentialis,

lis consistat in sola visione beatifica, vt in anteverente disputatione ostentum est: restat investigare, quanta, & qualis sit visio beatifica propria Deiparæ Dominæ? Hoc autem magni momenti negotium est, pro cuius resolutione sit

SUBSECTIO I.

NONNULLA NOTANTUR; & vera sententia stabilitur.

3. **N**otandum est primò, quod cum gratia habitualis sit *semen glorie*, loquendum est de gloria essentiali Deiparæ Dominæ ea proportionem, quæ de ipsius gratia habituali supra loquendum est. Notandum secundò, quod cum gloria essentialis sit visio beatifica accidentaliter in Deiparæ Dominæ, cui etiam accidentaliter est gratia habitualis; sicut hæc nequit esse infinita simpliciter, nec infinita intensivè categorématique, vt suo in loco ostentum est, ita nec gloria essentialis potest esse talis de facto, & in actu; siquidem gradus gloriæ essentialis correspondens gradibus gratiæ habitualis saltem in plausibili sententia de fensante, ex maiori gratia habituali crescere meritum ad maius præmium extensivè. Notandum tertio, infinitum categorématique secundum intentionem graduum in se non esse infinitum simpliciter, sed secundum quod, vt notabam loco insinuat, contra Patrem Ioannem de Cardenas sci licet supra, tract. 6. disp. 1. sect. 1. subsec. 1. num. 8. & sec. 2. num. 27.

4. Placet vera sententia tenens, Gloria essentialem Deiparæ Dominæ tantam esse; vt excedat gloriam essentialem collectivè sumptam omnium Beatorum Angelorum, & purorum hominum; licet illa non sit infinita simpliciter, nec intensivè categorématique; si vero talis esset, correspondisset merito dignificato à gratia Maternali infinita simpliciter. Hæc conclusio conformis, & consentanea est duplici conclusioni à me stabilitæ loco proximè citato, subsec. 2. à num. 10. contra laudatum Patrem Ioannem de Cardenas; & quoad priorem partem defenditur expresse à Patre Rhodes tom. 2.

disp. vnic. de B. V. quæst. 5. sec. 1. §. 2. P. part. 2. pal. 35. cert. 1.


5. Probatum prior pars meæ conclusionis autoritate Sanctorum Patrum, inter quos S. Petrus Damianus serm. de Assumpt. B. V. sic fatetur ad rem: *inter animas Sanctorum, & Angelorum choros, super eminentes, & eccelsa, merita singulorum, & omnium titulos antecedit, quem ad modum enim titulus visionis B. Virginis superat collectivè titulos gloriæ omnium hominum, & Angelorum; ergo & gloria B. Virginis superat collectivè reliquas omnium hominum, & Angelorum.* Et concludit: *unde verba Apostoli ad Hebræos 2. in Virgine Deiparæ vultu cuncta cum proportione quadrant: tanto melior Angelis, & hominibus effecta, quanto differentius præ illis nomen hereditavit.* Rursum ibidem subdit: *eam præsertim sole dici vestitam, in quo plus est lucis, quam in omnibus stellis simul; aliam aptissimam comparationem exprimit S. Bonaventura in speculo virg. cap. 6. nempe maris, in quo plures sunt aquæ, quam in omnibus fontibus, ac fluminibus collectivè sumptis; & cap. 8. addit illud Sapient. multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.* Consonant que plures alij Sancti Patres apud citatos Auctores; quorum non nulla testimonia de ea sectione 2. num. 28. ita vt à præstantia gratiæ habitualis æqua præstantia gloriæ essentialis legitime inferatur.

6. Probatum ratione; nam gloria essentialis collata Deiparæ Dominæ fuit præmium correspondens meritis ipsius dignificatis à gratia habituali excedere omnem gratiam habitualem collectivè sumptam relucens in omnibus Angelis, & hominibus puris, vt ex præfesso demonstratum est ea sect. 2. at qui eo ipso gloria essentialis collata Deiparæ Dominæ tanta est, vt excedat omnem gloriam essentialem collectivè sumptam relucens in omnibus Angelis, & hominibus puris Beatiss; siquidem gratia habitualis est mensura gloriæ, vt pote semel gloriæ, & pignus hereditatis, quæ in cælo possidetur: ergo. Consonet igitur ad rem solemne illud emistichium; *Qua diuina Beatos efficitur, collecta tenes.*

7. Rursum, illa etiam merita Deiparæ Dominæ condignificata erant à Materitate Dei infinita simpliciter, de qua laudatus S. Petrus Damianus ibidem ait: *Materitas Dei naturalis superat collectivè filias omnes.*

nes omnes adoptivas: proindeque licet in meis principijs in finuatis eo loco, impossibilis sit qualitas adhuc supernaturalis infinita simplicitate, aut infinita intensive categorematice; si tamen talis supponeretur gloria essentialis possibilis respectu Deiparæ Dominæ, correspondisset utique meritis ipsius dignificatis à gratia Maternali infinita simplicitate tanquam premium proportionatum tali merito, ut discurrebam ei sect. 1. num. 12. Sed quod de facto non fuerit talis gloria essentialis infinita simplicitate; nec intensive categorematice, constat ex ipsa impossibilitate rei, quam negare nequeunt aduersarij, siquidem fatentur, Deipara Dominam accepturam augmentum gratiæ, & gloriæ; si longiorem vitam duceret cumulatam pluribus alijs meritis, & ulteriore susceptione Sacramentorum, ut eo loco ostensum est.

8. Hinc constat veritas postterioris partimæ conclusionis, quæ ulteriore probatione non indiget. Eget tamen notamento, displicere mihi id, quod addit laudatus P. Vega num. 1867. scilicet gloriam essentialem Deiparæ Dominæ esse specificè diversam à gloria essentiali aliorum hominum, & Angelorum; siquidem optimè stat excessus perfectionis, in visione beatifica sine variatione speciei, cum magis, & minus non variant speciem; quod facit P. Rhodés § 2. prope finem; ubi concludit sic: *nihilominus intensio gradualis huius gloriae tanta est, ut specialem velut ordinem Beatitudinis constituat; in quo post visionem Dei, & Christi, plus placebunt sibi omnes Beati, quam in omnibus alijs obiectis, & in omnibus alijs donis; quibus in celo fruuntur; pulchra est amica mea, & suavis, decora quasi Ierusalem; quia scilicet tota Ierusalem celestis, minus habet suavitatis, & pulchritudinis, quam sola Virgo.* Hæc ille; ex quibus mihi occurrit specialis quædam lucubratio in maiorem gloriam Deiparæ Dominæ proponenda ac illustranda sic



SVBSECTIO II.

SPECIALIS ALIA conclusio proponitur, ac illustratur.

9. Fortassis, ex proximè dictis placebit alicui, quod & video placebit apud celeberrimum Oratorem Paravisinum in Mariali, sermone de Assumptio 142. scilicet, tantam esse gloriam Deiparæ Dominæ in celo, ut eius intuitiva visio sufficeret ad beandum aliquo modo. Hoc assertum postea occurrit defensatum à P. Vega pal. 35. cert. 3. num. 1881. sub his verbis; *visio Mariana pulchritudinis ita videntem bearet, ut damnatorum cruciatus absorberet; intentumque illustrat ibidem num. 1882; ex opinione aliquorum Theologorum apud P. Salaza. tomo post. in cantic. cap. 1. v. 3. in appendicè ad expositor. Hypermisti videntem, Beatos omnes, propter ex antlatis labores in hac vita, ac perfectam præceptorum observantiam, aliaque virtutum opera præstita; condigno premio affectos arbitraturus; si ad solam B. Virginis claram visionem evolverentur, si per impossibile clara Dei visio repugnaret.* Sed in hoc modo absoluto discurrendi, & probandi assertum laudati P. Vega, displicent mihi non nulla ut pote durissima, aduersantiaque communi sanæ doctrinæ Societatis nostræ, præsertim circa dignitatem gratiæ habitualis, condignitatem nostrorum meritorum, & acerbiter panarum inferni æterni: proindeque cum ab alijs capitibus peti possit probatio præfixi asserti limitati per ly ad beandum aliquo modo, aliam viam incedere fas est.

10. Potest igitur probari illustre testimonio Sancti Dionysij Arcopagite in epistola ad Sanctum Paulum Apostolum, quæ variè auctoritatim adducit ad aliud inter alia laudatus P. Vega pal. 23. cert. 3. & sic se habet de verbo ad verbum: *Consisteor coram te, Princeps mi, ab hominibus non posse percipi; quam ego oculis, non tantum mentis, sed corporis, vidi, per spexi, atque propria oculis intuius sum; formam, atque supra omnia.*

Angelicos Spiritus, sanctissimam Matrem IESU-CHRISTI Domini nostri, quam mihi benignitas Dei, & clementia Salvatoris, & gloria maiestatis Deiformis Virginis Matris eius ostendere dignata est. Quoniam cum à Ioanne vertice Evangelij, & Prophetarum, qui in corpore habitans, quasi sol fulget in celo, ductus fui ad Deiformem præsentiam Altissimæ Virginis; tantus me inmensus Divinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius; tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundavit fragrantia, ut nec corpus infelix, nec spiritus posset torius, ac tantæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit spiritus meus tanta gloria maiestate oppressus. Testor, qui aderat in Virgine, Deus; si tua doctrina non me docuisset; hanc verum Deum esse credidissim: quoniam nulla videri posset maior gloria Beatorum, quam felicitas illa quam ego infelix nunc, tunc verò felicissimus degustavi. Gratias ago summo, atque optimo Deo, Divinæque Virgini, & Eminentissimo Apostolo Ioanni, & tibi Ecclésiæ vertici, atque Principi triumphanti, qui mihi talia clarissime, & clementissime præstistis. Vale. Hactenus S. Dionysius.

11. Vnde facili negotio quisque arguet ex tanta gloria Deiparæ Dominæ in terra, quanta illa erit in celo ad beandum aliquo modo cœlicolas; quorum proinde complementum gloriæ decantatur Deiparæ Dominæ præsentia à Sanctis Patribus, pro quibus fateat audire Sanctum Bernardum serm. 1. de assumpt: ubi hæc mellita verba stillat: *MARIÆ præsentia totus illustratur orbis, aded ut ipsa cœlestis patria clarior rutilet. Virgine a lampadis irradiat a fulgore: & Sanctum Bonaventuram opusculo de laud. B. V. sic: Gloriosum gloria MARIÆ est, quod post Deum maior nostra gloria, & manus nostrum gaudium; ex MARIÆ est quod quidquid post Deum pulchrius, quidquid dulcius quidquid iucundius in gloria est, hoc MARIÆ, hoc in MARIÆ, hoc per MARIAM est.*

12. Deinde S. Augustinus serm. 35. de Assumpt. consonans Sancto Dionysio appellat ipsam formam Dei; per hæc verba: *si eorum te appellem MARIÆ, altior es; si matrem cunctorum viventium, excellis; si formam Dei te appellem, digna existis: ab alijs autem indigna ut speculum sine macula Dei maiestatis; subindeque in hoc Mariano speculo ita exprimitur forma Dei; sive pulchritudo Dei; ut eius intuitiva visio gloriæ in celo sufficeret ad beandum aliquo modo Ange-*

los, & homines cœlicolas.

13. Denique, cum Beatitudo formalis strictè talis sit possessio summi boni Dei, & Maternitas Dei sit strictè talis in linea physica, ut supra probatum est disp. 1. sect. 4. congruum utique est, quod intuitiva visio illius, & gloriæ essentialis ipsius, sufficiat ad beandum aliquo modo cœlicolas, servata aliquo modo proportione, quæ à catholica prudentia exigitur in hoc, & in alijs similibus discurrendi modis pro gloria Deiparæ Dominæ.

SVBSECTIO III.

OBIECTIONVM OBEX obtunditur.

14. Objic. 1. Si gloria essentialis Deiparæ Dominæ tanta esset quantà expressa est in superioribus conclusionibus, Deipara Dominæ consisteret in celo specialem chorum superiorum omnibus choris Angelorum, & hominum Beatorum; atqui hoc non est dicendum: ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem; nam hoc constat aperte ex doctrina Sanctorum Patrum, quorum testimonio videri possunt apud laudatum Patrem Vegam, ea pal. 35. cert. 2. sufficiat in medium proferre clarissima verba ad rem Sancti Bernardi Senensis, tom. 3. serm. 3. de gloria Nominis MARIÆ, art. 2. cap. 1. ubi eloquitur sic: *Certitudinaliter tenendum est; quod ipsa sit supra omnem puram creaturam in gloria exaltata, tanquam per se impletis, & complexum unum integrum, ac totalem statum, cui secundum rectam rationem altera persona congruè non potest addi, quia nullatenus deceat Filium Dei, nisi unam solam Matrem naturalem habere; sed ratio naturalis dicitur, quod Mater Regis sit in sede regia super omnes Ministrorum ordines collocanda. Sic que recte intelligitur illud Ecclesiæ: assumpta est MARIÆ ad Herberum balanum; in quo Rex Regnum stellato sedet folio.*

15. Objic. 1. Si hactenus dicta subsisterent, sequeretur, quod de facto in celo omnium Beatorum gloria accidentalis accresceret ex præsentia Deiparæ

Do-

Dominae; atqui hoc est falsum: ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem; nec enim manifestum est apud Sanctos Patres, quorum testimonia congerit laudatus P. Vega eadem palam. 5. cert. 3. quibus addo illud Sancti Bernardi serm. 7. de Assumpt. *Virgo gloriosa celos ascendens supernorum gaudia civium copiosis sine dubio cumulavit augmentis: quod ultra expendit Dionysius Cart. sic: in Regno Celorum Virginitatis presentia, & aspectus ineffabiliter auget accidentale premium beatorum.* Unde omnes Beati privati presentia Deiparae Dominae in has voces erumpebant, quas eorum nomine effundit Hugo à Sancto Victore apud nostratem Cabreram serm. de Assump. *Vox turturis audita est in terra nostras quasi dicat, nihil in hac Regia prater tuam ardentiam, & gemebunda desiderare sonant, absque te luctuosa ipsa felicitas, sudoriferis tristis mittit de tua absentia querelas; dum te desiderat, quasi turtur in solitudine degit, velut vacua sunt omnia.*

16. Obicit. 3. Deiparae Dominae debet concedi de facto omne id excellentiae, ac perfectionis, quod manifeste non repugnat auctoritati, nec rationi: ergo Deiparae Dominae debet concedi de facto gloria essentialis infinita simpliciter, & intensive categoricè.

Respondeo, concedo antecedens, & nego consequentiam; quia ea gloria infinita simpliciter, seu visio beatifica creata infinita intensivè categoricè est in possibili, & chimerica, repugnatque auctoritati, & rationi, ut supra ostensum est à paritate gratiae habitualis, quae est semen gloriae essentialis. Aliae autem objectiones, quae in presentiarum possunt instaurari, satis dissolutae sunt ea sec. 2. subsec. 1. à num. 32.

SECTIO II.

QUAenam sit praesentia gloriae accidentalis Deiparae Dominae?

17. Gloria accidentalis est quasi complementum gloriae es-

sentialis; subindeque pro complemento huius agendum est in presentiarum de illa. Beatitudo enim formalis sive beatificatio ita est possessio summi boni, nempe Dei qui est beatitudo obiectiva, & obiectum primum illius, ut etiam extendatur ad obiectum secundarium, nempe creaturas contentas in ipso Deo: unde beatificatio visio evadit intensivè, & extensivè, magis aut minus perfecta, sicut etiam ex modo tendendi in obiectum ipsitis. Denique committitur cum illis omnium bonorum aggregatione perfectus, qui est de ratione illius status beatifici, quem complect.

SVBSECTIO VNICA.

VERA SENTENTIA stabilitur, & propugnatur.

18. **I**ssentialem gloriam Deiparae Dominae tantam esse ostendebam proximè, ut excedat gloriam essentialem collectivè sumptam omnium Angelorum, & purorum hominum: eodem igitur iure tenendum est, tantam esse gloriam accidentalem Deiparae Dominae, excedat gloriam collectivè sumptam omnium Angelorum, & purorum hominum. Haec est vera sententia, quam tuentur laudati PP. Vega, & Rhodès locis supra citatis, quos ducit Eximius Suarez tomo 2. in 3. part. disp. 26. sec. 4. assequiturque P. Salazar tomo 1. in proverb. cap. 8.

19. Probatum conclusio: nam auctoritas Sanctorum Patrum, quorum testimonia dedi supra hum. 5. & ratio, quam tradidi num. 6. militat aequo robore pro excessu, ac praesentia gloriae accidentalis relictae in omnibus Angelis, & hominibus puris, ut recolenti patebit.

20. Roboratur nam ut docet Divus Thomas ubi supra art. 8. *manifestum est, videri creaturas in Deo sicut effectus in causa: quanto melius causa videtur, tanto plures effectus in ea cognosci possunt; ac proinde ab eo, qui perfectius Deum videt, plures creaturae in Deo videntur: atqui Deipara Domina perfectius Deum videt, quam omnes Angeli, & homines puri collectivè sumpti, ut sectione antev-*

rente probatum est: ergo plures creaturas in Deo videt, ac per consequens praestantiore gloria accidentaligaudet.

21. Urgetur ex eodem Angelico Doctore, 3. part. quaest. 10. art. 1. ubi ait: *Nulli intellectui creato beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia, quae ad ipsum spectant: cui consonat Concilium Senonense decreto 13. ubi docet, Beatis pervium esse divinitatis speculum, in quo quidquid eorum interfit, illucescat; unde laudatus S. Doctor ibidem concludit sic: Ad Christum autem, & ad eius dignitatem spectant omnia in quantum ei subiecta sunt; atqui proportione tertia ad Deiparam Dominam, & ad eius dignitatem spectant omnia in quantum ei subiecta sunt, quatenus omnium creaturarum Regina est, ut suo in loco ex Sanctorum Patrum doctrina ostensum est: ergo Deipara Domina omnes creaturas videt in Deo.*

22. Hoc autem intelligendum est proportione servata, ut optime observat Eximius Doctor loco nuper citato his verbis: *Pie quidem, & probabiliter colligo, Beata Virginem videre in Verbo, quidquid Deus videt scientia visionis, ipsi solum exceptis, quae singulariter ad Christum, & ad interioris eius animi cognitionem spectant; quia cum Beata Virgo sit longe inferior Filio tam beatitudine, quam dignitate, non decet, ut sine manifestatione, & consensu eius omnes interiores illius actus cognoscat.*

23. Nec inde inferas, Deiparam Dominam comprehendere Deum incomprehensibilem à pura creatura: nam licet Deipara Domina cognosceret quidquid formaliter, & eminentè est in Deo, nihilominus non comprehenderet Deum siquidem cognitio comprehensiva debet aequare non tantum cognoscibilitatem extensivam sui obiecti, sed etiam cognoscibilitatem intensivam ipsius obiecti, ita ut sit aequè perfecta in ratione cognitionis, ac est perfectum eius obiectum primum in ratione cognoscibilis, ut tenet plausibilior sententia nostrorum Recentiorum, ex qua è dux in tractatu de Anima definitionem essentialè comprehensionis sic: *comprehensio est cognitio quidditativa, ita adaequatè circumspiciens obiectum, ut sit aequè perfecta in modo cognoscendi, ac est perfectum eius obiectum primum in modo, quo est cognoscibile intrinsece, quidditativè, clarè, terrè, & evidentè respectu illius.* Cui consonat doctrina Magistri Sententiarum in 4. distinctione 14. ubi docet, Chri-


sti Domini animam cognoscere quidquid Deus cognoscit, sed non eodem modo, ac proinde non comprehendere Deum ex inaequatione perfectionis: ergo proportione servata ad rem discurrendum est.

24. Rogabis: utrum Gloria accidentalis Deiparae Dominae in Caelo accipiat augmentum ex aliquo capite? Negativè respondet P. Vega palest. 35. cert. 4. num. 1883. ubi pro se allegat Eximium Suarezum sed re attentè considerata, in sensu quaestionalis, affirmandum est; si quidem haec procedit de gloria accidentali proveniente ex bono temporali, sive spiritali, quod in tempore ponitur extra causas, iuxta illud Christi Domini apud Sanctum Lucam, cap. 15. *gaudium est in caelo super uno peccatore penitentiam agente: atqui non minus de hoc gaudet Deipara Domina, quam reliqui Beati, de quibus S. Augustinus lib. sol. 1. cap. 27. ait, Angeli congaudent gaudentibus de re; & quoties bona agimus, gaudent Angeli; cum sit Regina Angelorum, & hominum, Materque viventium, immò etiam Mater pulchrae dilectionis: ergo in sensu quaestionalis affirmandum est, gloriam accidentalem Deiparae Dominae in caelo accipere augmentum non minus, ac gloriam accidentalem reliquorum Beatorum Angelorum, & hominum ex eodem capite.*

25. Et quidem miror, hoc negare Patrem Vegam loco citato, cum paulò antè adducat ipse, nempe immediatè antecedente certamine 3. num. 1876. in sui favorem clarissima verba Sancti Bernardini tom. 1. serm. 61. art. 3. cap. 2. quae meum internum convincunt, & sic se habent: *si igitur minus Beatorum, qui est in Regno Celorum, tantum à Beata Virgine dilectus est, & tantum diligit eam; necessario sequitur, quod secundum mensuram utriusque dilectionis, gloria accidentalis in ea propter illos, & in illis propter illam, multiplicetur.* Quid clarius pro augmento gloriae accidentalis Deiparae Dominae in caelo? Maxime si rectè perpendatur, dilectus est, quod de praeterito intelligitur circa bona, quae adhuc in via moverunt dilectionem Deiparae Dominae erga praedestinos, qui postea Beati sunt in Regno Celorum.

26. Nec obstat, quod in Deipara Domina praecedat scientia omnium possibilium ut supra dictum est: etenim hoc non obstat, ut postea gaudeat Deipara Domina de existentia, & executione salvationis, v. g.


suorum cultorum, quorum prædestinationem præsciebat possibilem, ac futuram pro aliqua differentia temporis; quod quidem aperte convincitur ex textu allegato ab ipso Patre Vega eo num 1883. videlicet S. Matthæi cap. 18. *Plus homo de ovis inventa gaudet, quam de nonaginta novem; ibi enim bonus Pastor Christus. Dominus augmentum sui gaudij exprimit de inventione ovis perditæ, licet ipse præsciret possibilem, ac futuram inventionem ovis pro aliqua differentia temporis; & sic de alijs similibus: ergo perperam procedit P. Vega de negas ab eodem ex hoc capite augmentum gloriæ accidentalis Deiparæ Dominæ.*



TRACTATUS VIII.

DE DOTIBVS, ET Aureolis, seu laureolis, Deiparæ Dominæ in Cælo.

1. **O**ptimè loquitur Apostolus 1. Corinth. cap. 2. vers. 9. dum ait: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus ijs, qui diligunt illum: inter alia autem præparavit Deus dotes, & aureolæ, quæ ad gloriæ accidentalem spectant, & de quibus brevi calamo nonnulla perstringam.*



DISPUTATIO I. DE DOTIBVS RE- luentibus in Deipara Dominæ.

2. **D**Otes in præsentiarum dicuntur per metaphoram, quatenus in matrimonio consueverunt donari temporalia bona, quæ appellantur dos spõsalis, lib. dot. ff. de iurè dot. vt expresse docet D. Thomas in 4. dist. 49. art. 3. & 4. nam in cælo à Divino Spõso donantur quasi dotes sponsales pro matrimonio spõrituali; animabus, & corporibus Beatorum inter dotes autem spõrituales animarum innumerantur ab eodem Divo Thoma in 3. dist. 49. art. 5. quæstionum. 1. de lectario, & fruitio, de quibus satis dictum est: unde ad dotes corpõrales transitum facere fas est.

SECTIO I.

DOTES CORPORIS Deiparæ Dominæ dilucidantur.

3. **P**Ræter dotes animæ Mariæ, de quibus in superioribus actum est, veniunt annumerandi, ac dilucidandi principales dotes eius corporis gloriosæ; quæ licet communes sint aliorum Beatorum corporibus, singulari tamen præstantia, excessuque eximio exornant Corpus gloriosum Deiparæ Dominæ, vt ex supra stabilitis de præstantia, & excessu eius gloriæ accidentalis præalijs, manifestum est; siquidem gloria corporis commensuranda est cum gloria animæ, à qua originem, seu ortum ducit.

4. Principales dotes corporis gloriosi à Theologis recensitæ, & receptæ ex Divo Augustino, lib. 13. de Civitate Dei, cap. 18. & D. Paulo ad Corinth. cap. 15. sunt

sunt quatuor; nempe impassibilitas, claritas, agilitas, subtilitas etenim hæc principaliter conducunt ad perfectionem status beatifici, & animæ beatæ reunitæ cum corpore glorioso; siquidem perfectio illa non subsistere sine impassibilitate excludente malum doloriferum; sine claritate clarificante, ac relucente in pulchritudine opposita scditati; sine agilitate ad motus oppositos tarditati; sine subtilitate ad penetrationes oppositas actui secundo quantitatis unde ea perfectio supernaturalis corporum beatorum non est incompossibilis cum actu primo connaturalis quantitatis, & gravitatis. Consulatur de his P. Rhodes t. 1. de act. hum. sec. 4. §. 3. videanturque extricati errores Mahumetani apud Sap. N. G. P. Thyrium Gonzalez tom. 3, disp. ult. sec. 4.

5. Nec mihi dubium est, quia claritas seu lux solius Corporis Virginei Deiparæ Dominæ excedat claritatem, seu lucem omnium aliorum corporum beatorum in cælo, adhuc si collectivè sumantur; dum modo seorsim excipiat Corpus gloriosum Christi Domini ex cuius, excessu, ac præstantia claritatis, excessus utique Deiparæ Dominæ proportionè servata, deducendus est. Videat vt de hoc P. Vega pal. 35. cert. 4. num. 1886.

SECTIO II.

CUR DOTES NON tribuantur Angelis? Vbi de custodia Angelorum respectu Deiparæ Dominæ.

6. **S**upponit quæstionem, non cõpellari dotes dõs, quæ à Deo tribuantur Angelis Beatis. & inquit, cur tali nomine priventur à Theologis? Aliqui respondent, ideo esse, quia Angelus gaudet nomine masculino, sub quo non congruit metaphora sponsæ, secus verò congruit animæ sub nomine femino: hæc tamen congruentia nullius momenti est; rum quia in re Angelus, & animus rationalis

sunt spiritus immunes; sexum masculinæ & sæmenini secundum se, qui proinde impertinentes sunt ad matrimonium spõrituale prout difert à matrimonio carnali: unde S. Ambrosius lib. 1. de Virginitus, concludit sic: *Postremo, non meum est illud, quoniam quæ non nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei in cælo: nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quæ Angelorum Dominæ copulantur.*

7. Alij aliter respondent, ideo esse, quia matrimonium, in quo dos intercedit non celebratur nisi inter personei dem naturæ; Christus autem, & Angelus sunt diversæ naturæ. Sed quis nescit, Deiparæ Dominam verè dici ab Ecclesia sponsam Spiritus Sancti? Et naturam humanam sponsam Dei, iuxta illud Ossee cap. 2. *sapò sabote mibi; licet non sint eiusdem naturæ? Ut omnibus pervium est.*

8. Potest igitur responderi, ideo esse, quia Beati puri homines, si ve viri, si ve femina; potuerunt contrahere matrimonium carnale, in quo dos de more intercedit, immò plures de facto contraxerunt; secus tamen Angeli vrpote qui purè spõrituales sūt, ac proinde incapaces matrimonij carnalis, in quo de more dos intercedit: unde in matrimonio spõrituali cælesti dona non dantur dotes respectu Angelorum; sed respectu hominum. Hancque rationem insinuare videtur S. Ambrosius in verbis proximè allegatis, hæc ea perpendenti patebit.

9. Restat agere de custodia Angelorum respectu Deiparæ Dominæ; quia licet illa in cælo custodià necessaria non sit respectu cuiuslibet puri hominis beati, qui illa in dignitate in terra; video tamen indubiè vocari singularitè à P. Mendoza in suo vicario, lib. 2. de flor. sacr. probl. 8. *Utrum B. Virgo unum, aut plures Angelo custodes habuerit? Vbi à numero 45. proponit triplicem rationem ad probandum, Deiparæ Dominam in terra nullum Angelum Custodem habuisse. Prima ratio est, quia Deipara Dominæ non indigebat vilo Angelo Custode ad directionem, & doctrinam, cum immediatè à Deo edocta potius magistra Angelorum esset, ut fuit Magistra Apostolorum, ex quibus didicerunt Angeli non pauca, vt restatur S. Paulus ad Ephes. 3. *Secundum revelationem notum mihi factum est sicut unum, vt innotescat Principibus, & Potestatibus in cælestibus per Ecclesiis.**

ribus per Ecclesiam: allegat que ibi verba Jeremiae, cap. 31. quorum meminit ipse Sacerdos Paulus ad Hebraeos cap. 8. videlicet; *non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque frater rem suam, dicens, cognosce Dominum quoniam omnes scient me*: siue hæc verba intelligantur de Ecclesia triumphante in celo, ut exponunt aliqui cum Sancto Augustino; siue accipiantur de Ecclesia primitiva militante in terra, ut interpretatur alij cum Sancto Hieronimo.

10. Secunda ratio est, nam si Deipara Domina habuisset Angelum Custodem, fuisset subdita illi, siquidem Angelus Custos deputatur in principem, & rectorem sui custodit: atqui hoc repugnat, cum semper extiterit deputata in matrem Dei, ac proinde in Reginam Angelorum, ut canit cum Ecclesia S. Athanasius serm. de B. V. per hæc verba: *quia ipse Rex est, & Dominus; Materque eum genuit, & Regina, & Domina vere censetur; unde Regina Angelorum absolute decantatur*: ergo.

11. Tertia ratio est, quia si Deipara Domina habuisset Angelum bonum custodem, habuisset utique Angelum malum insidiatorem; siquidem eodem iure vnum, ac alium convincunt Sancti Patres ex Sacra pagina respectu hominum viatorum: atqui Deipara Domina non habuit Angelum malum insidiatorem, siquidem Deipara Domina fuit *hortus conclusus* demoni; cuius insidiæ tendunt in peccatum, ut docent Theologi cum Magistro Sententiarum in 2. dist. 8. & D. Thoma 1. p. quæst. 111. ergo Deipara Domina non habuit Angelum bonum custodem; seu tutelarem in via; sicut nec habuit Christus Dominus, ut tenent communiter Theologi pariformibus rationibus.

12. Has tres rationes relinquit sine illa solutione ibi laudatus P. Mendoza; & nihilominus pergit immediate num. 48. ut ostendat veritatem contrariæ sententiæ affirmantis, Deiparam Dominam habuisse Angelum Custodem: hoc, que placitum ait esse communem doctrinam, pro qua stat Abulensis in cap. 18. S. Mathæi, quæst. 60. ad adventum alij cum Sancto Ambrosio libro 2. de Virginibus, quatenus asserunt Deiparam Dominam (cuius Præsentationis festivitatem hodierna die concelebrat Ecclesia) in Templo nutritam fuisse ab Angelo, qui custos illius credendus est. Probat autem assertum ex eo, quod Deipara

Domina indiguerit Angelo custode, ut eius ministerio liberaretur ab externis periculis, & admoneretur de rebus hic & nunc faciendis, v.g. de fuga in Ægyptum, & de regressu ab Ægypto, de aliisque similibus. Denique confirmat ex eo, quod Deipara Domina habuit custodiam hominis, nempe Sancti Iohannis Apostoli, cui eam commendavit Christus Dominus moriens in cruce; atqui custodia Angeli excellentior, ac nobilior est custodia hominis; ergo illam etiam habuit. Addere in super potuisset custodiam Sancti Iosephi Sponsi, quæ innuitur a S. Augustino lib. de Sancti Virginitate, cap. 4. per hæc verba: *desponsata est viro iusto, virginitatem non ablaturus, sed custoditurus*; qui proinde Deipara Domina custos decantatur.

13. Sed rationum pondera utrinque perpendantur, & auctoritas communis non attendatur pro affirmativa sententiis; fortassis alicui placeret pariformiter discurrere in hoc puncto de Deipara Domina, ac de Christo Domino, cui communiter negant Theologi Angelum Custodem apud laudatum Abulensem ibi, quæst. 61. Et quidem probatio, & confirmatio, quæ proximè relatæ sunt ex P. Mendoza pro affirmativa sententiâ, videntur militare pro custodia Angeli in Christo Domino, æque ac in Deipara Domina; siquidem æque Angelus Custos deserviret ad abigenda, ac vitanda externa pericula, immò hæc maiora respectu Christi Domini; utpote implacabiliter persecuti à Iudæis, & expressa à Davide psalm. 90. per totum, ubi ad rem conclusit sic: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis; in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*. Nec defuit Christo Domino saltem parvulo custodia hominis, iuxta illud Deiparæ Domine, *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*; unde S. Iosephus custos IESU à Sanctis Patribus compellatur, & nutritior ipsius proclamatur.

14. Sed si attendatur communis auctoritas, affirmandum est in præsentiarum iuxta alibi dicta; breviterque dissolvenda sunt tria argumenta supra proposita pro parte negativa. Ad primum igitur dico Deiparam Dominam, non indiguisse Angelo Custode ad doctrinam, & directionem spirituales; ut bene probatur num. 9. sed ut eius ministerio uteretur, & Angelicis obsequijs tanquam Regina Angelorum frueretur.

tur. Hinc ad secundum constat, quod licet reliquis puris hominibus deputeretur Angelus Custos in principem, & rectorem, utpote qui indigent eius doctrina, & directione; licet tamen deputatur in ministrum; ac servum famulantem Deiparæ Domine Regine, & Magistræ Angeli, qui proinde illi subditus erat, cui subditus dicitur ipse Christus Dominus, iuxta illud, *erat subditus illi*. Ad tertium denique dico, eam illationem Sanctorum Patrum circa Angelum malum, ac insidiatorem, stare optimè licet respectu reliquorum hominum, de quibus ipsi Sancti Patres loquuntur; sed cuius tamen respectu Deiparæ Domine, ut bene ostenditur num. 1. sic ipsi Sancti Patres inferunt peccatum originale in reliquis hominibus ex eo etiam, quod in sacra pagina dicatur redempti a Christo Domino; ita tamen ut illud malum non inferatur in Deipara Domina, licet in ipsa detur bonum redemptionis ab ipso Christo Domino. Sicut igitur non admittitur Angelus bonus ad doctrinam, ac directionem spirituales Deiparæ Domine; ita nec admittendus est Angelus malus ad insidias, ac tentationes ipsius spirituales; cum solum insidiatus fuerit calcaneo eius, utpote victus, calcatusque à primo instanti reali eius Purissimæ Conceptionis.

15. Nec tamen constat ex vilo capite, quisnam fuerit determinatè Angelus Custos Deiparæ Domine licet, laudatus P. Mendoza ibi num. 50. probabile existimet, fuisse Arcangelum Gabrielem, vnum è supremis, immò supremum, ac primum omnium ut tenent aliqui Theologi. Auctor tamen ipse in festo S. Catherinæ Virginis Sapientissimæ, & Martyris Gloriosissimæ loquens de Sancto Gabriele profert hæc verba: *Angelus relinquit cælum à tergo, ad cælum proficiscitur virginitatis; nunquam à facie abstractus conditoris*: si ergo Gabriel relinquit cælum à tergo, dum ad cælum virginitatis Deiparam Dominam proficiscitur pro annuntiatione Inefabili Mysteriorum Incarnationis; quo iure custos illius semper assitens, ac inseparatus adstruitur?

16. Ex dictis clarescit, quod præcisè stando rationi, æque dubium est, Deiparam Dominam habuisse Angelum Custodem, aut non habuisse; immò neutrum omninò certum est stando auctoritati; si consonet illud testimonium Sancti Epiphaniij, quod sæpe circumfertur: *qualis Filius, talis fuit*

Mater MARIA. Omninò autem incertum, ac divinatorium est individuum Angelicum deputatū determinatè ad custodiā Deiparæ Domine; unde diversos Angelos eius custodes pro diversis temporū circumstantijs designat Abulensis ea quæst. 60. & regat Mendoza ibi num. 51. pagina mihi 40. Pro certo tamen mihi est, & extra dubitationis aleam credo, plures Angelos suam Reginam Deiparam Dominam frequentissimè visitasse, ac ministrasse, non minus ac Christo Domino; de quo dicitur; *accesserunt Angeli, & ministrabant ei*, post trinam victoriam in deserto. Videatur P. Rhodes, tomo 2. pagina 269.

DISPUTATIO II.

DE AVREOLIS, SEU
LAWREOLIS, CONDECORANTIBUS
DEIPARAM DOMINAM
IN CÆLO.

1. **C**um nomina nos ducant in cognitionem rerum; teste Aristotele lib. 8. Met. fas est elucidare nomen *Aureola*; quo vulgariter utuntur Theologi, licet P. Vega pal. 35. cert. 4. num. 1886. utatur nomine *Lauveola*; quod fortassis deduxit à lauro. *Aureola* autem nomine in primis usus est Venerabilis Beda lib. de Tabern. capite 6. duxitque originem ab vna ex duplici Corona mensæ aureæ deservientis in tabernaculo Templi, quarum vna dicebatur *aurea*, & alia, appellabatur *aureola*

SECTIO I.

QUÆNAM SIT, ET
QUOTUPLEX *Aureola*
IN CÆLO?

2. **A**ureola est præmium particulare pertinens ad gloriam accidentalem in cælo, correspondens que proximæ victoriæ reportatæ in via nem.

nempè à carne per Virginitatem; à mundo per martyrium; à dæmone per doctrinam; vt tradit D. Thom s in 4. dist. 49. quæst. 5. Aliqui tenent cum P. Salaz. aureolam esse caracterem similem caracteribus sacramentalibus; alij asserunt cum P. Rhodes, esse particulare gaudium, lumenque animæ Beatificatæ, simulque particularem notam pulchritudinis corporalis, qualis est, ornatus gratiæ, aut corona, aut palma; idque videtur consentaneum modo loquendi sacræ paginæ passim.

3. Numerus ternarius aureolarum proxime als gnatus est à D. Thoma ex triplici victoria reportata à triplici inimico, nempe mundo, dæmone, & carne: correspondetque triplici virtuti Theologicæ; scilicet Fidei aureola Doctoratus; Spei aureola Virginitati Charitatis aureola Martyrij. Colligitur insuper ternarius ille numerus aureolarum ex sacra pagina; aureola Doctoratus ex Danielis capite 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos fulgebunt in perpetuas æternitates:* aureola Virginitatis ex Apocalipsis capite 14. *Virgines enim sunt* &c iuxta expositionem S. Augustini lib. de Sanct. Virginit, cap. 2. aureola Martyrij ex Apocalipsis capite 7. & palmæ in manibus eorum &c.

SECTIO II.

ANTRIPLEX RECENSITA Aureola Doctoratus, Virginitatis, & Martyrij condecorat Deiparā Dominam in Cælo?

4. **T**riplex hæc Aureola innuitur à Spiritu Sancto Cant. 4. vers. 8. vbi ter vocatur, siue ad triplicatam coronam invitatur Deipara Domina: *Veni de Libano sponsa; veni de Libano; veni coronaberis:* licet enim ibi exprimatür tema vocatio, simul ac vna corona, subindeque non nemo intellexerit expressam ternam partem

Coronæ, seu Rosarij Sacratissimi Marianij; nihilominus eruditus Castro de vita B. V. lib. 2. cap. 14. ait, collatam fuisse Deiparæ Domine Aureolam quamdam præ excellentem eminentiori quodam modo continentem in se illas tres Aureolas communiter memoratas, & supra recitas pro Doctoribus, Uirginibus, & Martyribus. Addit insuper plus æque, ac Eximius Doctor tom. 2. in 3. part. disp. 21. plaudente P. Salazar tom. 1. in 1. tract. 2. disp. 8. Deiparam Dominam ex singulari gloria infinita Maternitatis Dei exornari in cælo singulari splendore altioris ordinis, ac perfectionis præ alijs anreolis gloriosis, vt potè quo insignitur Regia ipsius dignitas, dominiūque in reliquos Beatos: adfaver quæ huic assero Seraphicus Doctor S. Bonaventura in spec. virg. cap. 6.

SVBSECTIO I.

DOCTORATVS AV- reola ostenditur in Dei- para Domina spe- cialitèr,

5. **A**cademicus Doctorum honor pro luce subrogatur; splendor namque lūcis eorum capita redimere deberet: vnde c. Paulus insignitur Doctor Gentium; *Circūfulsit enim lux de cælo, quæ fuit in symbolum Doctoris,* vt noster Cornelius decantat. *Magistram Gentium* Deiparam Dominam appellat Augustinus serm. 6. de tempore; quid nisi eam lux de cælo circumfulciat? Audi verba S. Ioannis in Apoc. cap. 12. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole & Luna sub pedibus eius; & in capite eius coronā stellarum duodecim:* en signum magnum, & maximum, en magnam Matrem Dei MARIAM, quam circumdat Soli iustitiæ, in qua sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei; ipsa enim est sedes sapientiæ, & Mater sapientiæ Divinæ Incarnatæ: en sub pedibus eius lunam typum vniuersæ Ecclesiæ: en in capite eius laureola, seu coronam stellarum, scilicet Doctorum, de quibus dicitur Danielis cap. 12. *qui autem Docti fuerint,*

DISPVT. I. SECT. II. SVBSECT. I.

vin: fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates.

6. Si autem in illa *corona stellarum duodecim* Apostolos duodecim totius Orbis Doctores intelligas, scias etiam hos maximos Doctores, has duodecim stellas maioris magnitudinis, lucis splendorem accepit se à signo magno MARIE, vt plaudit S. Bernardus term. 2. de Natiuit. B. U. sic. *dignum plane duodecim stellis coronari caput, quod & longe ipsis clarius micans, ornēt eas potius, quam ornentur ab eis.* Hoc autem amplius constabit, luceque ipsa clarius conspicietur ex iam dicendis.

7. Existimo igitur, Deiparam Dominam in cælo non solum decorari aureola Doctoratus, sed etiam Doctorum Doctrinis, ac Magistræ. Prior pars huius asserti est communis doctrina Sanctorum Patrum, & Doctorum; præsertim si ad aureolam Doctoratus promerendam non sit necessitas docere publicè, aut concionari, sed sat sit comunicare alijs multis doctrinam Fidei, & illa, quæ attinent ad bonos mores, vt tenent Angelicus Doctor in 4. dist. 49. quæst. 5. art. 5. & Eximius Doctor, tom. 2. in 3. part. disp. 21. sect. 4. hoc enim à Deipara Domina factum principalitèr post assensum Christi Domini; nemo sciens libros legere indubium reuocabit.

8. Posterior pars asserti mihi etiam indubia est; scio enim, non solum illustrari ex nuperrime dictis, sed etiā convinci manifestè ex communi Sanctorum Patrum & Doctorum vulgari doctrina; siquidem passim proclamatur omnium fidelium Magistra, immò predicatur Præceptor, ac Doctrina Apostolorum, vt videre est apud P. Vegam tom. 1. pal. 15. cert. 4. sufficiat transcribere clariora verba Eusebij Emisleni, qui omnium nomine eloquitur serm. 2. de Nat. D. sic exclamans: *O Mater sapientissima! O sola talis Filij dignissima! quæ omnia verba hæc in corde suo ideo conferebat, nobisque conservabat, & memoria conimendabat, vt postea ipsa docente, ipsa narrante, & nuntiante, scriberentur; & in vniuerso mundo predicarentur; cunctisque nationibus nuntiarentur: ab ipsa hæc Apostoli audierunt, & ipsa dicente scripserunt, nobisque legenda mandauerunt.* Hinc Deipara Domina Hæreticorum errorum victrix decantatur ab Ecclesia illis Verbis plausionis: *Gaude MARIA Virgo, cunctas hæreses solas in-*

teremisti in vniuerso mundo: quasi soli illius doctrinæ omnes victoriæ reportatæ ab Apostolis, alijsque Ecclesiæ Doctoribus debeantur.

9. Si ergo Deipara Domina Doctrinx, ac Magistra extitit Apostolorum, Doctrinx vtique, ac Magistra extitit Angelorum; Angeli enim ex Apostolis non pauca didicerunt, testes Paulo ad Ephes. 3. vt supra ostensum est in hoc tract. 7. disp. 1. sec. 2. num. 9. Consultatur laudatus P. Vega ea pal. 15. cert. 6. vbi ex professo ostendit Deiparam Dominam doctiorem Apostolis, Angelis, alijsque omnibus rationalibus creaturis.

SVBSECTIO II.

VIRGINITATIS AV- reola demonstratur in Deipara Domina singularitèr.

10. **R**egale decus, ac decor Virginitatis innuitur, dum gloria Virginalis corona nobilitatur: sed quid mirum, cum Regis Regum sponsæ Virgines esse promereantur? iuxta illud matris Ecclesiæ simul ac Virginis, *Veni sponsa Christi; accipe coronam.* Vnde Deipara Domina Regnarum Regina indigitatur, dum *Regina Virginum* ab eadem Ecclesia indigitatur: Subindeque existimo, Deiparam Dominam in Cælo non solum exornari aureola Virginitatis, sed etiam Virginum Virginitatis, ac Primipilæ singularitèr. Hæc est in te assertio Sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ quoad vtramque partem.

11. Probatur prior pars; ex eo quod aureola Virginitatis correspondeat illibatæ Virginitati; hanc autem singularitèr seruat Deiparam Dominam ante partum, in partu, & post partum, constat de fide, vt ex professo demonstravi supra tract. 2. disp. 1. sec. 1. Hinc etiam probatur posterior pars assertionis; siquidem Deipara Domina, ita fuit singularitèr Virgo, vt simul esset Mater Dei; in quo

nec similem visa est, nec habere sequentem. gaudia Matris habens cum Virginitatis honore, ut ad rem mellifluè ait S. Bernardus serm. 4. de Assumpt. B. V. subinde ipsa Deipara Domina à Sanctis Patribus, cunctaque Ecclesia singularitè prædicatur *Regina Virginitatis*, & *Virgo Virginitatis*, immò & *Virgo* per autonómiam: denique Deipara Domina fuit prima omnium Virginitatis in nuncupando voto virginitatis, cuius proinde extitit exemplar, atque idea Virginitatis, ut latè ostendi loco proxime citato, sect. 2. per totam.

12. Audiatur ad rem ipse S. Bernardus serm. in signo mag. vbi adducit illud Davidis psalm. 44. *adducentur Regi Virgines posteam*: & concludit sic: *nam primatum sola Virgo MARIA vendicat sibi*: consonat S. Ambrosius lib. de inst. virg. cap. 5. vbi sic eloquitur: *egregia MARIA, que signum sacra Virginitatis extulit, & in cetera Virginitatis pium Christo vexillum leuavit*. Plaudat B. Albertus Magnus in Mariali, vbi hæc habet: *MARIA initium fuit beate Virginitatis, & sic est Virgo Virginitatis, que sine Consilio, & sine exemplo, gloriosum munus virginitatis Deo obtulit, & per sui imitationem Virgo omnes Virgines germinavit*.

13. Nemo autem est, qui dubitet, singularem inesse gloriam primatui, singularique decore insigniri quemque primum seu primipilum, siue in rebus sacris, ut erudite ostendit P. Vega, pal. 19. cert. 1. num. 1405. siue in alijs rebus, ut constat etiam apud Gentilitium, siquidem Mars aureola divinitatis insignitus fuit, quia extitit armorum inventor, primusque bellorum dux; simulque decore nobilitati sunt Mercurius scientiarum, & Orphæus musicarum inventores; sic que de alijs dijs, quos recensere omitto, ut memorem vnam Carpentam Matrem Evandri deam Ausoniarum, eo quod Carpentorum curruum inventrix fuerit apud Plinium, & Suetonium, cap. 11. quibus concinit Ovidius lib. 1. fastorum sic.

Respicit Titan ætas ubi tertius idus,

fiunt Parrhasia sacra relata deæ,

Nam prius Ausonias Matres Carpentæ

vocebant;

Hæc quoque ab Evandri dicta pa-

rente reor.

Constet igitur singularis gloria Virginis Matris Dei hominis, qui ut homo non

fuit prior suâ Matre in tempore, licet fuerit prior dignitate, & gloriâ divinitatis, quæ unica est.

SVBSECTIO III.

MARTYRII AUREOLA elucidatur in Deipara Domina loculentè.

14. Romani consueverunt olim inter alias coronas cõstruere vnam laureolam palmarum, quam civilem compellarunt; aptius tamen Ecclesia Catholica Martyribus Sanctis similem coronam, seu laureolam adaptat, dum in eorum officio concinit, cum palma ad regnâ pervenerunt sancti, coronas decoris meruerunt de manu Dei: palma enim signa est crucis, & folia palma formam gladij præferunt, ut adnotat Cartagena tomo 2. part. 2. fol. 76. Immo etiam quo magis palma de primitur, eo altior in cælum ascendere conspicitur, ut canit Alciatus emblemat. 36. sic.

Nititur in pendus palma, & consurgit in altum.

Quo magis & premittitur, hoc magis tollit omni.

Potiori tamen iure hæc omnia consonant Deiparæ Domine, quæ de se ipsa vere prædicat apud Ecclesiast. 24. *quasi palma exaltata sum in Cades*: Sponsusque divinus contestatur cant. 7. *statura tua assimilata est palma*: omnium namque Martyrum palmas, ac triumphos longe late que Deipara Domina superavit.

15. Existimo igitur, Deiparam Dominam non solum fuisse Martyrem, sed plusquam Martyrem; ac proinde in cælo decorari aureola Martyrij præstantiore aliorum Martyrum aureolis. Hæc est in re assertio plurium Sanctorum Patrum, quos pro vero Martyrio Deiparæ Domine allegat P. Christophorus de Vega, tomo, seu part. 2. pal. 17. num. 1251. simulque pro vera aureola Martyrij; ait que, hæc cõsentientem Sæctorum Patrum sententiam, quoque

quorum aliqua testimonia infra expendam. Et quidem cogor, hanc assertionem certam reputare, cum audiam S. Gregorium Magnum homil. 3. in Evang. de Sacra Ilicitate investigantem; num quid hanc feminam Martyrem dixerim? Statimque respondentem; sed plusquam Martyrem; quæ septem pignus ad regnum præmisit, tot ante se, mortuos transmisit: ad penam prima venit, sed pervenit octava. Felicitatem ipsa Felicitate Deiparam Dominam plusquam Martyrem dixerim, quæ vnum pignus præstantius omnibus alijs præmisit, & ante se mortuum transmisit; ad penam que simul ac semel cum ipso venit, & pervenit, eo redemptrix.

16. Hic videtur sensus, hæc innuitur mens totius Ecclesiæ Catholicæ in suo capite Clemente X. cum de novo instituit officium sub titulo septem dolorum Deiparæ Domine celebrandum ferri sexti post Dominicam Passionis Domini; in cuius secundo Nocturno legitur serm. S. Bernardi Abbatris de duodecim stellis, & mea assertio demonstratur his verbis. *Martyrium Virginis, tam in Simeonis Prophetia, quam in ipsa Dominica passionis historia commendatur. Postus est hic (ait sanctus senex de parvulo IESU) insignium, cui contradicetur; & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Vere tuam, o Beata Mater, animam gladius pertransibit. Alioquin non nisi eam pertransiens, carnem Filij penetraret. Et quidem postea quam emisit spiritum tuus ille IESUS, ipse plane non attingit animam crudelis lancea, qua ipse aperuit latus, sed tuam utique animam pertransiit: ipse nimirum anima iam ibi non erat, sed tua plane inde nequibat avelli. Tuam ergo pertransiit animam vis doloris, ut plusquam Martyrem non immerito prædicemus. Quid clarius ac præclarius pro re nostra? Cum consequentia sit mea conclusio.*

17. Ex hac Doctrina S. Bernardi, & testimonijs Sanctorum Patrum Augustini, ac Petri Damiani, aliorumque plurium, propugnata eadem veritatem Doctores primatij, ita ut Guillelmus in cap. 1. cant. assertat: *gladius acutissimus dolor Dominice passionis animam pia Matris penetrans; aliorum Martyrum corporale, MARIE spirituale Martyrium, & proinde præstantius fuit; Martyres alijs fide moriendo pro Christo, hæc contemendo Christo Martyr fuit. Deinde, ipsam Martyrem Martyrum prædicat Ricardus de*

Sancto Laurentio lib. 3. de laud. Virg. immo Arnoldus Carol. intendit ultra procedere, cum ait: *vna est MARIE, ac Christo caro, unus spiritus, una charitas; unitas divisionem non recipit, nec secatur in partes, & licet ex duobus factum sit unum, illud tamen ultra scindi non potest. Cum igitur Christus Dominus fuerit Martyr, & plusquam Martyr; ut pote Martyrum Martyr, dum extitit Redemptor, ut ex D. Thoma ostendit Eximius Suarez tomo 2. in 3. p. disp. 21. sec. 4. id totum congruit Deiparæ Domine ut pote redemptrici simul cum Filio Christo Domino.*

18. Accedit ratio vigentissima: nam dolores, ac tormenta, quæ ex se, & ex natura rei sufficiunt ad inferendam mortem, non impediunt gloriam, nec lauroram Martyrij, si miraculose impediatur effectus mortis; ut ex Sanctorum Patrum doctrina ostendit laudatus P. Vega vbi supra; & ultra constat ex practica totius Ecclesiæ celebrantis Martyres, qui, causis naturalibus mortis applicatis, ac perpensis; divina miraculosa virtute illæsi, ac superstites remanserunt, ut patet in S. Ioanne Apostolo, & alijs; vteriusque clarescit ex definitione Martyrij tradita à me supra trac. 3. disp. 2. sect. 5. num. 75. atqui Deipara Domina simul cum suo Filio Christo Domino; eadem que decausa, perpeffa est dolores ac tormenta, quæ ex se, & ex natura rei, sufficeret ad inferendam illi mortem, nisi miraculose impeditus esset effectus mortis ipsius; immo etiam quæ excederet dolorifera tormenta, cunctos que cruciatu omnium Martyrum, atque sufficerent ad mortem inferendam illis omnibus: ergo dicendum est, Deiparam Dominam non solum fuisse Martyrem, sed plusquam Martyrem, & ac proinde in cælo decorari aureolâ Martyrij præstantiore aliorum Martyrum aureolis: Maior constat ex dictis, & ultra clarescit ex eo quod tunc non iterit per Martyres; quod effectus naturalis mortis non fuerit subsecutus; unde sicut hoc non minuit meritum, ita nec minuet præmium correlativum talis meriti. Videantur dicta loco proxime citato; num. 80. vbi triplex genus Martyrij elucidavit simulque audiat S. Paulinus in festo S. Felicis, ut nuper memoratæ S. Felicitati cõsonet.

Celestem nactus sine sanguine Martyr honorem,

TTC

MARIE



Nam confessor obit, penas non sponte lu-
cratus;

Acceptantē Deo fidam pro sanguine mentem:
Qui cordis taciti scrutator ferre paratos
dequibat passis; sat habens in terna
probasse.

Supplicium carnis iusta pietate remittis;
Martyrium sine caede placet; passura voluntas
sufficit, & summa est meriti, restatio voti.

19. Minor autem, in qua sistit diffi-
cultas præiactæ argumentationis, estendi-
tur clare ex Sanctorum Patrum æpertra do-
ctrina; inter quos Anselmus lib. de excel-
cel. vi. g. cap. 5. hæc habet: *Dolor Virginis*
maior fuit omnibus doloribus: quidquid enim
crudelitatis influctum est corporibus Martyrum,
leve fuit, aut potius nihil, comparatione tua vir-
ginis passionis; qua nimirum sua immensitate
transiit cuncta penetralia tua. tuique benigni-
ssimi cordis intima: & utique pia Domina nõ
crediderim, te potuisse, nullo pacto stimulos tã-
ti cruciatus sustinere, quin vitam amitteres, nisi
ipse spiritus vita dulcissimi Filij tui, pro quo mo-
riente conquirebaris. & tanrope torquereris,
te confortaret. Deinde S. Amadæus homil.
5. de laud. Virg. hæc tradit: *Gloriosa Virgi-*
nis pectus altissimo pietatis iaculo confossum, ex-
tremas spirabat inter angustias; hausit poculum
amarum ipsa morte; & quod hominum genus
ferre non possit; adiuta divino munere femina
valuit sustinere; vixit sexum, vixit hominem.
Denique S. Bernardinus Senensis, tom. 3.
serm. 2. de Nom. Mar. art. 2. cap. 4. elo-
quitur sic: *tantus fuit dolor Virginis, ut si in*
omnes creaturas, quæ pati possant, dividiretur,
omnes subito interirent: quod optimè pro-
bat laudatus P. Vega ibidem, num. 1353.


20. Et quidem in nostro casu non de-
fuit effusio sanguinis omnino; cum à Sanc-
tis Patribus prædicetur, ut videre est, tum
apud nostrum Delrium in oper. Mar. &
Drexellium tom. 3. part. 2. §. 2. vbi in me-
dium profert hæc verba: *authoritatem B. Ger-*
mani lego dicentis, Beatissimam Virginem adeo
amare fleuisse, ut post uberrimas lacrymarum ri-
vulos sanguineas quoque lacrymas effuderit: tũ
etiam apud Beatum Albertum Magnum
serm. iij. in Domin. 2. Advent. vbi ait: Tunc
Beata Virgo conversa in sanguinem fuit, quando
intullexit, dulcissimum Filium suum traditum ad
Crucis Martyrium postulatam; tunc vero tota lu-
na facta est ut sanguis; quando assisens cruci
vidit Filij caput spinis laceratum, &c. Unde
S. Hieronymus in epist. ad Paul. & Eust.

ait, Deiparam Dominam sui Filij Christi
Domini mortem suam propriam effecisse.
Videatur noster Maldonatus in cap. 2. S.
Lucæ quidquid dicat P. Raynauus, de
Mart. part. 2. cap. 1.

21. Nec tamen audiendi sunt aliqui
falsi testes confingentes, Deiparam Domi-
nam Martyrem fuisse, violenta morte per-
pessa; hoc enim signum contrarium est
consensui Sanctorum Patrum, & certo iu-
dicio Ecclesiæ afferentis; meliori gladio di-
vini amoris peremptam fuisse, ut alibi ostē-
sum est. Concludat Chelys sacro carmine
concinens pro re nostra sic.

Qualis populea marens Philomela sub umbra:
Amissum queritur Natum; miserabile carmen
Integrat, & mæstis late loca que scribis implet;
Siccine frondosa, læchymans Philomela. *de A-*
RIAS.

Arbore pendente Natum, gemebunda dolorem
Explicat, obscuro velans sua lumina paplo.
Heu! quæ te facies, quæ te fors aspera cogit,
Pulchra soror Phœbi, rutilum mætare colorem
Luna rubrum patitur, raptò sibi sole, laborem.
Nec satis incessare diem: lux aurea celo
Tollitur; astragemant noctis, tanta innuida lu-
cis.



TRACTATUS IX.

DE ADORATIONE debita Deiparæ Dominae, & cultu ipsi exhibendo; præsertim per coronam Sacratissimi Ro- sarij.

1. **C**um in superioribus elucidat-
verim, & excellentiam Dei-
paræ Dominae in se, & beneficentiam
ipsius

ipsius erga nos; restat explanare adora-
tionem, & cultum exhibendum à nobis
insignum gratitudinis, ac reverentiæ erga
illam, quam obsequijs, & supplicibus
rogationibus, non deam, sed Dei Matrem,
ac Dominam nostram profiteamur; quid-
quid de suis falsis dijs concinant profani
Poetae:

Quid fingit sacros auro, vel marmore
vultus.


Non facit ille deos, qui rogat, ille facit.

Extrema enim vitiosa vitare, & medium
tenere Beati nitimur; extrema, inquam vi-
tiosa hæreticorum, quorum aliqui dicti
Collyridiani Deiparam Dominam tan-
quam Deam adorationis cultu colebant;
e: que sacrificia litabāt, illud virgilianum
memorantes:

O quam! te memorem Virgo? Namque haud
tibi vultus

Mortalis: nec vox hominum sonat; ò Dea
certe;

Alij è contra dicti imaginarij, omnino de-
negabant adorationis cultum Deiparæ
Dominae; sacri que ipsius imaginibus, nes-
cientes, quod honos, qui imaginibus exhibe-
tur, referatur ad prototypum, ut tenet ex vetero
veteri aphorismo sana Theologia, docet
que Concilium Tridentinum sess. 25. sic.
per imagines, quas osculamur. & coram qui-
bus caput aperimus; & procumbimus, Christum
adoramus; & sanctos, quorum illa similitudi-
nes gerunt, adoramus. Et quidem Deum
negat; & Deum hominem requirit, ac rel-
puit, qui Dei Matrem denegat adoran-
dam, quam semper Christus Dominus de-
bito honore coluit, immo etiam multoties
genus flexit coram Matre, ut testatur Richar-
dus à S. Laurentio cum alijs; cum voluerit
esse subditus illi, relinquens nobis exem-
plum, ut sequamur vestigia eius.



DISPUTATIO I. DE ADORATIONE debita Deiparæ Do- mina.

2. **A**doratio est nota submissionis
quæ fit in testimonium ex-
cellentie alterius personæ: alia autem est
adoratio absoluta ex intrinseca excellentia
rei adorabilis; & alia est adoratio respec-
tiva ex respectu ad aliquid extrinsecum
rei adorabilis, v. g. Cruci ex contactu phy-
sico Christi Domini; Deinde alia est ado-
ratio *Larria* absoluta; quæ exhibetur Deo;
alia adoratio *Hyperdulia*, quæ defertur
Theotoco, seu Dei Matri; & alia adoratio
Dulia, quæ coluntur Sancti, ut pote amici
Dei: de quarum discrimine infra confi-
tabit.

SECTIO I.

AN VERE DEBEAT adorari Deipara Domina?

3. **N**egabant Hæretici proxime
memorati num. 1. & negant
eiusdem farinae sectarij, ac cæci homines;
ipsa luce cæcurescentes; contra quos Dei-
para Domina, *pulchra ut Luna, electa ut sol,*
terribilis est ut castrorum acies ordinata. Affir-
mant tamē omnes Catholici, velut agmine
facto militantes pro veritate docente, Dei-
param Dominam vere debere adorari.



SUBSECTIO VNICA.

AFFIRMANS VERITAS PROBATUR, & PROPUGNATUR.

4. **V**eritas affirmans de fide constat, ut pote definita in pluribus Concilijs, præsertim que in Tridentino ca. 25. & in septima synodo act. 4. immo a fonte Apostolorum derivari, indubium videtur, cum ab ipsis ortum duxerit cultus Ecclesiasticus circa festum assumptionis Deiparæ Domine, ut ex nostro Eximio Doctore, & alijs, ostendit P. Vega, pal. 33. cert. 1. num. 1823. id quæ convincitur ex sacris reimplis eorum tempore constructis in cultum Deiparæ Domine adhuc superstitis; interquæ solemne est, quod ex ipsius iussu, apparitione que super columnam, Cæsar Augustæ erexit S. Iacobus Maior Hispaniarum Patronus Apostolus, ut certo certius est: Sed ut plura de hoc argumento omittam, iuvat de Apostolorum Principe Petro, cuius nomine nobilitor, canere ad rem cum Latio laudato à Hippolito Marraccio in suo libello inscripto, *Apostoli Mariani*, sive *Apostoli MARIE*, sic concinente.

*Sancte Pater, Galilea senex fortissime
ovilis*

*Custos Romulei, salve, tibi contigit vni,
Christi implese vices; primum mox Vir-
ginis ore*

*Christipara, alloquio que frui, calef-
tia facta,*

*Et genus, & studia, & mores tibi
nosse licebat.*

*Dum terris superest, animatum sydus adorasti
Et nitidam cæli portam venerasti, ubi ipse
Claviger es quondam lectus, &c.*

5. Probatur in super ratione evertete hæreticum signum: nam Deiparæ Domine inest intrinsicè gratia habitualis sacrificans, quæ est participatio naturæ divinæ, & quæ maior fuit in sola illa, ac fuit in omnibus alijs Sanctis, sive Angelis, sive

hominibus iustis, adhuc collectivè superis: deinde inest ipsi intrinsicè dignitas Matris Dei infinita simpliciter: denique inest ipsi intrinsicè titulus corredemptoris, ut pote quæ cooperata est cum Filio Deo nomine ad redemptionem generis humani, ut suis in locis demonstratum manet: ergo vere debet adorari Deipara Domina.

6. Rursus; cum Christus Dominus Filius Virginis Matris non solum sit Rex, & caput hominum, sed etiam Angelorum; subindeque Deipara Domina Regina sit hominum, simul ac Angelorum, ita ut per sanctitatem Maternalem supra omnes illos infinitè sanctificetur; sicut Christus Dominus non solum cultum ad adorationis accepit ab hominibus adhuc infantulus, iuxta illud S. Math. 2. *Intran-tes domum invenerunt puerum cum MARIA Matre eius, & proidentes adoraverunt eum;* sed etiam ab Angelis, iuxta illud S. Pauli ad Heb. 1. *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei,* debet utique adorari Deipara Domina MARIA. non solum ab hominibus, sed etiam ab Angelis, quorum est Regina, & Mater Dei. Vnde S. Bonaventura cum alijs Seraphici Ordinis Doctoribus in Bibliotheca Virginali, tom. 1. pag. 218. lit. C. Expressè docet, Angelos turmatim è cælis delapsos in Bethleemicum stabulum, ac forte specie humana ut ad rem conformi, Christum Dominum, eiusque Matrem Virginem MARIAM singillatim adorasse.

7. Dices primò cum hæreticis; S. Epiphanium hæresi 78. aperte negasse adorationem deferendam Deiparæ Domine: ergo nec ab hominibus, nec ab Angelis debet exhiberi.

Respondeo, S. Epiphanium ibi solum negasse Deiparæ Domine deferendam adorationem absolutam patriæ, qualis deferretur Deo, & qualem deferendam Deiparæ Domine tanquam Deæ affirmant hæretici Collyridiani, quos ibidem impugnat, ac improbat S. Doctor; minimè tamè negat, sed potius docet, deferendam Deiparæ Domine adorationem debitam veræ Matri Dei, ut docet Fides catholica, & propheta ipsa in suo Cantico divino per illa verba, *ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:* elucidante Sancto Ioanne Damasceno lib. 4. Fidei, cap. 15. sic: *de-cepit Matrem Deo possidere ea, qua sunt Filij;*

ab omnibus rebus adorari.

8. Sed ut amplius clarescat, ab Angelis etiam debere adorari Deiparam Dominam, fas est addere ex nostro Eximio Doctore, tom. 2. in 3. part. disput. 22. sec. 1. Angelos bonos ab ipso initio suæ creationis cepisse adorare singularitè Deiparam Dominam simul cum suo Filio Divino; quod quidem ultra constat ex dictis supra, ubi ostendi, peccatum Angelorum malorum fuisse resistere huic cultui Mariano præcepto à Deo omnibus spiritibus Angelicis. Consonatque S. Vincentius Ferrerius ser. 2. de Nativ. Virg. ubi adstruit, innumera- biles choros Angelorum adorasse Deiparam Dominam statim ac concepta fuit, & deinceps.

9. Dices secundo: Deipara Domina solum adoratur ratione ordinis, seu respectus extrinseci ad suum Filium Divinum: ergo non debet adorari verè, & absolute, sed solum respectivè.

Respondeo, nego antecedens, cuius falsitas patet ex dictis proximè in probamento nec conclusionis, num. 5: ubi ostendi, inesse intrinsicè Deiparæ Domine dignitates, ac titulos adorabilitatis absolute; maxime cum dignitas Maternitatis Dei sit forma respectiva talitèr identificata in adæquatè cum Deipara Domina intrinsicè, ut simul sit sanctificans formalitèr excellentiori modo, ac gratia habitualis, ut propriè in locis superioribus probatum manet.

10. Dices tertio: Deipara Domina solum potest adorari ratione contactus physici Corporis Christi Domini, sicut adoratur Crux ratione similis contactus: atqui aliunde constat prohibitam esse adorationem rerum animatarum ex illo contactu physico: ergo ex nullo capite debet adorari.

Respondeo, nego maiorem, contrarium enim patet ex proximè memoratis; & expressis capitibus ex quibus desumptum est probamentum meæ conclusionis eo n. 5. sed tamen hoc ulterius constabit ex iam stabilendis.

SECTIO II.

*QUANAM ADORATIONE DEBEAT
adorari Deipara Domina?*

11. **C**um variæ species adorationis recensitæ sint ipso in limi

ne huius Tractatus, proximèque stabilita sit, Deiparæ Domine debitam esse aliquam veram adorationem; venit in præsentiarum disquirendum, quænam adoratio debeat Deiparæ Domine? Et quidem cum de fide constat, ut supponitur ex Conciliorum definitionibus, omnibus alijs Sanctis Catholicis debitam esse adorationem dulciæ; inferior est adoratione hyperdulciæ, & adoratione patriæ; solis his duabus speciebus adorationis præsens quæstio procedit.

SUBSECTIO I.

DE STABILITATE ADORATIONIS HYPERDULCIÆ.

12. **V**ideo, certum esse inter Catholicos, Deiparæ Domine debitam esse adorationem hyperdulciæ, quæ convincitur eisdem probamenti auctoritatis; & rationis proximè propositis, sectione antecedente, à num. 4. Quod tamen huius modi adoratio sit alterius speciei perfectioris respectu adorationis Dulciæ, ostenditur ex eo, quod adoratio Hyperdulciæ sit non solum propter dignitatem gratiæ habitualis præstantioris Deiparæ Domine; sed etiam propter dignitatem gratiæ Maternalis, sive Maternitatis divinæ infinite simpliciter, quæ in reliquis Sanctis Catholicis non relucet.

13. Nihilominus tamen non oritur adoratio hyperdulciæ ab habitu Religionis, à quo oritur adoratio Patriæ absoluta exhibita Deo, & Christo Domino; sed ab alio habitu specificè diverso medio inter illum habitum Religionis, & alterum habitum Dulciæ; siquidem ille habitus Religionis virtutis habet pro ratione formali excellentiam divinam saltem participatam essentialitèr; & alius habitus Hyperdulciæ habet excellentiam divinam participatam substantialitèr; alter verò habitus Dulciæ habet excellentiam divinam participatam accidentalitèr, quæ est ratio formalis motiva cultus Sanctorum, ut bene distinguit P. Rhodes hic. sec. 2. §. 3.

14. Deinde, tanta excellentia est adorationis Hyperdulciæ debita Deiparæ Domine, ut aliqui Doctores cum Eximio Suarez tomo 2. in 3. p. disput. 21. & 22. sec. 2. & P. Ioanne de Cardenas, in Gem. Syd.

disp. 2. cap. 14. teneant, talem adorati-
onem excellentiorem esse adoratione Latriæ
exhibita Ss. Cruci, propterea hæc est relata
ad Christum Dominum ex contactu phy-
sico ipsius; sic enim non est adoratio La-
triæ proprie, & stricte, sed improprie &
reductivè, ut ait Eminentissimus noster
Bellarminus, tomo 1. controvers. 7. lib. 2. de
imagin. cap. 25. assentiente eodem Suarez
ea disp. 22. sec. 3. sub initium; sub indeque
Angelicus Doctor Aquinas in 3. dist. 9.
quæst. 1. art. 2. quæstionum. 4. expresse ait.
adorationem Ss. Crucis dici etiam Hypera-
duliam.

15. Dices tamen primò. Cultus, seu
adoratio Dulciæ pertinet ad virtutem
observantiæ, & adoratio Latriæ pertinet
ad virtutem Religionis: ergo non erit vir-
tus, ad quam pertineat cultus, seu adora-
tio Hyperdulciæ Maternalis.

Respondeo; ex Eximio Suarez
loco proxime citato, concedo antecedens,
& nego consequentiam, nam sat est, quod
cultus, seu adoratio Hyperdulciæ, perti-
neat ad virtutem mediam, quæ à Materni-
tate Dei de nominari potest; & quod ali-
quo modo reductivo vergat; aut
vergere videatur in eam virtutem, quæ
inclinat ad cultum humanitatis Christi
Domini, in cuius honorem ultimatè cedit
honor Matris ipsius.

16. Dices secundò. Dignitas gratiæ
habitualis superior est dignitate Mater-
nitatis Dei; immo si illa deficeret, non
maneret adorabilitas ratione solius Ma-
ternitatis Dei: ergo.

Respondeo; nego antecedens,
cuius falsitas patet ex supra stabilitis, trac.
2. disp. 1. sect. 3. præsertim num. 34. & 35.
consonatque doctrina tradita à P. Vega
tomo 1. pal. 16. cert. 9. num. 1195. ubi
ostendit excelsum sanctitatis ex Mater-
nitate Dei naturali, & propria, respectu
sanctitatis ex filiatione adoptiva Deime-
taphorica, & impropria: id que prædicat
S. Ioannes Damascenus orat. 1. de dormit.
Virg. per illa verba sepe à me allegata;
*Matris Dei, & servorum Dei, infinitum est
discrimen.*

SVBSECTIO II.

EXPLANATIO ADORATIO RESPEC-
TIVA LATRIÆ.

17. **C**um certum sit apud omnes
Theologos Catholicos, Dei-
paræ Dominæ non esse deferendam adora-
tionem Latriæ absolutam, & primariam,
quam illi deferrebant Hæretici Collyridiani,
ut pote quæ soli Deo, & supposito divino,
debita est; restat investigare, verum illi de-
ferri possit adoratio Latriæ respectiva, &
secundaria, ratione contactus physici cor-
poris Christi Domini?

18. Hæc in re cum distinctione lo-
quendum est; nam stando rationi, certum
videtur, Deiparæ Dominæ posse deferri
adorationem Latriæ respectivam, & se-
cundariam ex illo capite contactus phy-
sici corporis Christi Domini; si enim talis
adoratio deferretur Cruci ex contactu phy-
sico corporis Christi Domini spatium trium
horarum; potiori iure videtur esse defe-
rendam Deiparæ Dominæ ex contactu
physico corporis Christi Domini spatium
novem mensium gestati in utero materno;
ita tamen ut tota ratio huius adorationis
sit Christus Deus homo, in quo sistit. Hæc
est sententia Eximij Doctoris recte intel-
lecti, & secuti à P. Vega pal. 33. cert. 9. &
P. Mendoza in suo Viridario lib. 2. de flor.
fac. problem. 4.

19. Sæd tamen auctoritati, negati-
vum placitum firmum est ex Angelic. &
Doctore 3. p. q. 25. art. 5. quo cum exist-
mant Theologi non oportere, eam adora-
tionem deferri Deiparæ Dominæ, nec alijs
rebus animatis, & contactu physico cor-
poris Christi Domini, eo quod in homini-
bus gregarijs ac rudibus posset esse occasio
scandali, ex periculum idololatriæ, v-
pote qui possent censere in Deipara Do-
mina relucere excellentiam propriam dig-
nam tali cultu Latriæ; hoc autem pericu-
lum non apparet in Cruce, & in alijs rebus
inanimatis.

20. Hinc fit, quod cessante occa-
sione scandali, & periculo idololatriæ in
hominibus sanè Theologia instructi, talè
adoratione Latriæ deferri posse Deiparæ
Dominæ, doceant Auctores proxime citati
ibidem. Nec tamen maior censenda est
hæc

hæc excellentia extrinseca Deiparæ Do-
minæ, ut pote conveniens rebus in anima-
tis deferentibus ad doloriferam pœnam
passionis, ac mortis Christi Domini; quæ
excellencia intrinseca Matris Dei, ut con-
veniens soli Deiparæ Dominæ, ita ut nec
similem visa sit, nec habere sequentem;
deserviensque ad obsequiosa mûnera de-
bita Christo Domino; vnde S. Antelmus
libro de excellentia Virginis, cap. 2. sic elo-
quitur ad rem: *hoc solum de sancta Virgine
predicare, quod Mater Dei est, excedit altitu-
dinem, que post Deum dicitur, vel cogitari potest.*
Consonantque alij plures Patres; quorum
testimonia alibi allegata sunt circa affini-
tatem Deiparæ Dominæ cum Deo, & ipsius
consanguinitatem, ac identitatem mora-
lem cum Christo Deo homine.

SVBSECTIO III.

EXPENDITUR SINGULARE PRIVILE-
GIUM pro adoratione Deiparæ
Dominæ.

21. **S**ingulare privilegium pro
adoratione Deiparæ Dominæ
est; quod in aliquibus simulacris, seu ima-
ginibus insignibus ipsius, pie credatur
assistere, ad esseque personaliter physice,
& realiter, ut expresse revelatum fuit ab
ipsa Deipara Dominæ suo dilecto clienti
B. Amadæo apud Alvam in Bibliotheca
Virginali, tomo 1. pagina mihi 72 r. colum-
na 1. his verbis: *Notum facio vobis, quod
gratia Domini mei Iesu Christi etiam ego corpore
ero vobiscum usque ad consumationem sæculi;
non quidem in Sacramento, quia id non licet, sed
in imaginibus pictis, & sculptis. Et nunc scietis
quod ego sum præsens illi imagini; Tunc terte;
quando ibi miracula fieri videbitis.* Hoc ipsum
revelatum fuisse S. Vincentio Ferrerio
accepi à quodam Illustrissimo Episcopo
Perentino. Nec deficit ratio congruens;
sicut enim ex eo quod Deus permittat An-
gelis malis possessionem corporalem homi-
num, infert P. Eusebius nostræ Societatis
honor, privilegium concessa à Deo Angelis
bonis respectu aliquorum hominum, quos ap-
pellat Angelicos, sive Angelifatos: ita etiã
ex eo quod Deus permittat Angelis malis
seu dæmonibus assistere physice; &
realiter in suis simulacris, sive idolis; in

quibus proinde indebitas adorationes ac-
cipiunt ab idolatris; dicendum sit conce-
sum Deiparæ Dominæ privilegium assisten-
di physice, & realiter in aliquibus suis si-
mulacris, seu imaginibus, de quibus pro-
cedit prædicta revelatio, ut in illis debitas
adorationes recipiat à fidelibus cultori-
bus.

22. Si autem in hoc privilegio Ma-
riano; eiusque revelatione, repugnantia
nulla appareat, licebit mihi hoc assertum
tenere de aliquibus insignibus imaginibus
Deiparæ Dominæ, quæ in nostro Peruvia-
co Regno primariè veneratione coluntur,
quales sunt in hoc Collegio Limentis Do-
mina nostra del Aviso; & in Callaguenfi
Collegio Domina dostra de la Misericordia; ut
pote quæ non semel in miraculosum su-
dorem, lacrymas que resolutæ sunt, qui-
bus quasi vocibus publicas huius Regni
calamitates prædixerunt; & deplorarunt;
canente Ovid; de Tristib. *Interdum lacrymæ
pondere vocis habent.* Principaliter que an-
numeranda venit publico voto prima om-
nium imago miraculosa, huius Regiæ Vi-
bis Limentis; & totius orbis Peruviani Pa-
trona; *Domina nostra del Rosario*, quæ in illu-
stri Dominicano Tèplo refulget argenteo
pegmate; & petque refulsit auricomis sola-
ribus radijs; atque in varios aspectus, vene-
ratione, amore; & timore, dignos; divi-
num vultum transmutavit; de quo non ni-
hil invenies apud Auctores Scriptores vi-
tæ Sanctæ Rosæ à Sancta MARIA Peru-
vij gloriosi floris; ac honoris; dum scici-
ne canere ore, & corde lubet in amoris mo-
nimentum.

*Humano aspectu dulces captamus amores,
Præcipui que oculi sunt in amore duces.
Hinc oculis Virgò mira solet arte mederi;
Vt plures MARIÆ sint in amore duces.
Tot a rubet facies; hinc auguror esse pudorem.
Qui merito culpa debuit esse mea.*

*Adde
imaginem
Laurentia-
nâ in Col-
legio Mar-
tiano.*

23. Nec egrè feram; quod hinc quic-
que colligat; similem præsentiam physicam
in alijs Imaginibus miraculosis Deiparæ
Dominæ; sibi devotis; immò; nec quod
à paritate simile privilegium discurret con-
cessum alijs Sanctis in suis imaginibus de-
pictis, aut sculptis, v.g. S. Iosephi Abilè-
fis. S. P. N. Ignatij Munebregensis; S. Frã-
cischi Xaverij Potamienfis, & sic de alijs
quæ miraculis insignes sunt; hinc enim non
infertur

inferret aliquid confarium dignitati singulari Maternitatis Dei, uti alibi saepe conatur inferri, dum singularia privilegia specialia quae charismata Matris naturalis Dei hominis intenduntur extendi statim ad Sanctum Iosephum Patrem legalem Christi Domini, ex eo quod Eximius Doctor P. Franciscus Suarez tom. 2, in 3. part. disp. 8. quaest. 26. sect. 1. prope finem, asseruerit, ministerium Sancti Iosephi esse superius ministerio Apostolorum, quatenus illud institutum est in superiori ordine unionis hypostaticae; addit tamen, *illud esse institutum in infimo veluti gradu illius ordinis* unde non est aequiparandum muneris Matris naturalis Christi Domini, quae fuit causa physica illius unionis hypostaticae. Immo nec recurrendum est ad casum, in quo Sanctus Iosephus esset Pater naturalis Christi Domini; talis enim casus impossibilis est saltem in hac providentia, in qua convenientissimè Deus decrevit Verbum Divinum incarnari in Virgine Matre, siquidem nequiret subsistere Virginitas Matris cum paternitate naturali, & copula conjugali S. Iosephi, ut de se patet.

24. Restat accipere à S. Ildephonso dignissimo Deiparae Dominae Capellano modum, quo eam dignè veneremur: *estimare fratres*, (ait ille serm. 3, de Assumpt. B. V.) *quae reverentia, quo devotionis affectu & obsequio, nos Matris Dei interesse debeat sacramentis; cui Angelus ipse non sine motu sancto, nec sine honore debito, impendit reverentiam evangelizandi, &c.* Vellem transcribere ad rem plura Sanctorum Patrum testimonia: sufficiat tamen dare medium practicum, quod didici ab Alexio Sa'ensi, in sua *Arte pio amandi, & colendi Deiparam Dominam*, conditione 4. cap. 7. ubi docet: quoties quisque cubiculum ingreditur, ut ex ipso egreditur, genuflexus ante Imaginem Deiparae Dominae, & cancellatis brachijs, aut complicatis manibus, suppliciter petat veniam à sua Domina ad egressum, vel gratias solvat pro regressu; idque toto cordis affectu exprimat oratione etiam vocali si bi grata, v. g. *Custodi me Domina ut pupillam oculis sub umbra alarum tuarum protege me: aut AVE MARIA gratia plena, &c.* O millies, ac millies (ne dicam tantum terq; quaterque) beatum illum, qui huic pio operi operam dederit! Sic enim quoties illo honore Deiparam Dominam afficiet, toties ipsam sibi arctissime devinciet, cogera-

que sui materno effectu meminisse; atque oculos misericordes ad eum convertere: ac demum beneficijs coelestibus cumulato; cum ipsa non rogans, sed imperans, impetret omnia bona à suo Ello Divino, ut alibi dictum est.

25. Denique video pro complemento praesentis disputationis institui quaestionem de cultu, & adoratione debita Sanctissimo Nomini MARIAE; apud Patrem Uegam, part. 2. palaest. 33. certam. 10. ubi adstruit, Nomen MARIAE adorandae eodem cultu, ac ipsa persona significata per tale nomen; quod quidem est quasi imago illius; & pro hoc asserto allegat D. Thomam, & alios ibi num. 1891. Fateor rem illustratam satis omnigena eruditione à pio hoc Auctore, subindeque consulti poterit, & confirmari eadem doctrina, tum discursu concionatorio nostri Peruviani R. P. Fr. Ferdinandi de Herrera à pag. 95. ubi adducit illud S. Augustini: *non propter se, sed propter id, quod significat, nomen est: tum ex adductis ab Ecclesia in novo officio Sanctissimi Nominis MARIAE pro victoria Vienensi: tum demum ex dictis de hoc Sacratissimo Nomine MARIA à me supra, tract. 1. disp. 1. sect. 4. & 5. ubi plura dedi de illo, eiusque vilitate, dum à nobis invocatur.*

DISPUTATIO II.

DE CULTU EXHIBENDO DEIPARAE DOMINAE, praesertim per Coronam Sacratissimi Rosarii.

1. **Q**UOT Deiparae Dominae dotes, & charismata haecenus recensita, ac elucidata sunt, tot stimuli, & incitamenta ad movendum nostrum erga eam amorem praefixa, ac proposita manent, debentque alta mente manere reposita, ut moveant corda, & manus provocent ad opera *probatio enim amoris est exhibitio operis; qui operatur magna, si est; si autem operari renuit amor non est.* Et quidem, cum Deus decreverit, nos omnia bona habere per *MARIAE*, ut passim testantur Sancti Patres, ita ut per Marianas manus à Deo in nos nihil boni non transfundatur; in gratitudinis vitio deturpabitur, qui in eius debitum cultum, probationem amoris, & exhibitionem operis denc-

2. Cum autem inter divina illa bona à Sanctis Patribus decantata unum sit, quod Deus per *MARIAM*, tanquam per hunc, peccatores expiscetur, dum piscator hominum innuitur; certum est, chordam, seu funiculum Mariani hami esse Rosarium ipsius; probationemque praecipuam Mariani amoris esse exhibitionem operis recitandi Rosarium Marianum, quod manu apprehenditur, & ore simul alternatur. Nec desideratur virga, cum extet *Virga Jesse*, sive Virgo Mater Dei *IESU*, qui velut *flos Rosarii de radice eius ascendit*, ut nos coronet.

3. Pro coronide igitur totius huius Mariani operis de Marianam Coronam, seu Rosarium, non tam armatam, quam togatam Palladem, agendum est. Nec in vitae fas est peccatores, ut coronentur Rosarijs, quae marcescunt, sed Marianam inmarcescibilem Rosarum Coronam, quae in stellas incorruptibiles transmutantur, (teste Episcopo Crotoniensi, tom. 3. suae Epitomes) dum de cubilibus leonum, de montibus Pardorum, invitantur peccatores, ut in caelis felicissimè coronentur. Auctur P. Serarius ad illa verba Judith; cap. 15 *Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & invenibus in organis, & civitatis; quae vertit ex textu Graeco sic: Et benedixerunt ipsam (nempe gloriosissimam Juditham) & fecerunt ipsi chorum ex se ipsis; & ipsa suis manibus Thyrsos sumpsit, deditque; & coronans se coronis, tam ipsa, quam cum ipsa illis: ipsa autem populum unum sum progredi batur in chorem omnes ducens, & sequebatur omnis vir Israelis armatus cum coronis, & hymnis in ore ipsorum.* Quid praeclearius pro re nostra? Restant tamen plura alia pro praesenti instituto infra dilucidanda.

SECTIO VNICA.

DE EXCELLENTIA CORONAE SACRATISSIMI ROSARII DEIPARAE DOMINAE.

4. **C**ORONA congruit Reginae congruentior autem, & gratior Deiparae Dominae Reginae Corona est Sacratissimi Rosarii, quae triplicata (sive tripartita in tres partes consonarias Thiarum ad instar Pontificalis) coronatam à Deo

Deiparam Dominam conspeximus in superioriori trac. 8. disp. 1. sec. 2. num. 4. simulque est quasi corona omnium devotionum, seu cultuum erga Sanctissimam Virginem, magnam Matrem *MARIAM*; corona enim Sacratissimi Rosarii, ac floridissimi Mariani Rosarii est corona coronarum omnium, quae Mariam Reginam caeli, & terrae cumulatissime coronant. Unde Apocal. 12. dicitur: *in capite eius corona stellata duodecim; sive ut alij aliter legunt; in capite eius duodecim corona ex stellis: stellas* *Ex Arab* existimat rosas Episcopus Crotoniensis *go, à duodecim* loco proxime citato, subindeque simul *decim* stellas caeli, & rosarum terrae, coronis *Apostolis* redimitur Regina caeli, & terrae, ni velis *ut infra* ad rem adaptare illud *Drachonis*, de opific. sex. die. *qui rosas stellare nemus, vel floritur.* *bus agros &c.*

5. Solemnior festivitas Deiparae Dominae del Rosario originem duxit à celebriori Nauali victoria Christianorum reportata è Turcis tempore B. Pij V. qui eam designavit sub titulo Sanctae *MARIAE de la Victoria*; inde autem *exiit vincens, ut vinceres;* & *in capite eius diademata multa*, sive coronam multam, quam solemnè cultu Hispania nostra concelebrat; concinente Ovidio lib. 1. de Trist. eleg. 1. *Victoria Dea res solitis circum volat alas; & Claudiano de laud. Stylib.*

Ipsa duci sacras Victoria panderet alas, Et Palma viridis gaudeus, & amicta trophais, Custos Imperij Virgo.

6. Sed si fides tribuenda est Auctoribus fide dignis infra recensendis (inter quos annumeratur B. Alanus à Rupe Dominicanus, caelitus illuminatus, & miraculose electus à Deipara Domina tanquam fautor devotionis Sacratissimi Rosarii) ritus recitandi Marianum Rosarium caput à primordijs Ecclesiae, initiumque sumpsit ab Apostolis ex obedientia ipsius Deiparae Dominae; ita ut hoc fuerit primum Breviarium, quod tunc dicebatur *Psalterium*, quatenus eius numerus, nempe centum quinquaginta *Ave Maria*, correspondebat numero centum quinquaginta Psalmorum Davidis, quos postea assumpsit pro Horis Canonicis decantandis S. Ignatius Episc. & Martyr in Ecclesia Antiochena; indeque hic usus posterior prevaluit, & in tota Ecclesia Catholica perdurat: de quo

consultat P. Franciscus Garcia in festo Sanctissimi Rosarij.

7. Video tamen ab alijs Auctoribus defensari, originem desumpisse vltim recitati Rosarium Marianum a revelatione Deiparæ Dominæ facta gloriosissimo Patriarchæ S. Dominico de Guzman, qui proinde primus eius inventor decantatur. Sed quidquid alij sentiant, mihi indubium est, præclarum hunc Patriarcham, cui multis nominibus devinctus fuit, primum extitisse Predicatorem Marianum devotionis Sacratissimi Rosarij tripartiti in mytheria gaudiofa, doctrosa, & gloriosa, quæ in Angelico trisagio decantata sunt, teste S. Bernardo concinente; sanctus pro incarnatione; sanctus pro redemptione; sanctus pro gloria resurrectionis. Nec in super nobilitas huius sacerrimæ devotionis ex sola antiquitate delumenda est, eum optime canat Lucanus ad Pis: perit omnis in illo nobilitas, cuius laus est in origine sola: sed ex alijs etiam capitibus iam expendendis.

8. Primum, & Princeps est, quod Marianum Rosarium continet præma principia Fidei Catholicæ in præcipuis eius mysterijs; coalescitque ex omnium primis, ac primarijs orationibus; cuius proinde Auctor est ipse Deus Trinus, & vnus, qui Auctor fuit orationis Dominicæ Pater Noster, & orationis Dominicæ Ave Maria, ex qua vtrique oratione confluit, licet posterior dicatur communiter saluatio Angelica. Sed vt hoc, & alia infra exponenda; circa Sanctissimum Rosarium, quo ad se, quo ad Deum ac Deiparam, & quo ad nos, fide digna reddantur; tradere fas est Auctores prælodatos, ex quibus omnia facili negotio comprobata manebunt.

9. Auctores igitur principales agentes de Sacratissimo Rosario sunt Dominicani; quorum non nullos impresos vidi, aut citatos inveni; inter quo annumeratur S. Dominicus; B. Alanus; Alphonsus Ferrer; Alphonsus Fernandes; Hieronymus Tais; Antonius Luque, Fraco de Neapoli; & alij non pauci. Ielutæ vero plusquam viginti sunt apud P. Antonium de Vieira, in 1. p. concionum Sacrat. Rosarij serm. 6. §. 3. num. 217. qui sane omnes alios illustravit Auctores aures suo duplici volumine novissimo, in quo triginta Sermones de hoc solo argumento concinnatos in lucem edidit; vt votum Deiparæ Dominæ adimpleret, & omnium

animos, ac mentes in admirationem eaperet. Accedunt ex nostris P. Theophilus Raynaudus; P. Ioannes Rebelo; V. P. Ioannes de Alfofa; P. Alphonsus de Andrade; P. Alphonsus Flores; P. Ioannes Bourgesius; P. Adrianus Uanleyere; P. Andreas Stibig; P. Antonius de Balinhem; P. Balthasar Kizmeri; P. Ioannes David; & alij videndi apud P. Natanaelem Sotuello in Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu, §. 3. a pag. 886.

10. Nec mireris, tot Auctores seuitas de hoc præclaro argumento scripsisse; siquidem omnes accepimus a nostro Protoparente S. Ignatio de Loyola singularem devotionem, ferventem que pietatis affectum erga Sacratissimum Rosarium Deiparæ Dominæ, quod ipse singulis diebus ac experge factus brevissimum sonnum excutiebat, Marianum Rosarium recitabat, vt a primo hoc opere pijsimo reliqua omnia diurna, ac nocturna ad maiorem Dei gloriam initium felicissimum delumeret, & tanquam in prima linea dirigerentur. Vnde merito iure Paris hæreditatem adierunt illustres Filij, S. Franciscus Xavierius; S. Franciscus Borgiæ; B. Aloisius Gonzaga; B. Stanislaus Kostka; & alij in numeris; vt videre est in eorum historijs, in quibus traduntur plura miracula ab ipsis perpetrata mediò Mariano Rosario.

11. Nec desunt aliarum Religionum illustres Scriptores, qui pro eodem argumento calamos adaptarunt; vt videre est in Bibliotheca Virginali, verbo Rosarium; quibus adde Augustinianum Peruanum Illustrissimum D. D. Fr. Gasparem de Villarroel, Archiepiscopum Placentem, qui pro dignitate rem pertractat tribus voluminibus prælo datis; vt de his, & alijs supra memoratis merito decantetur illud S. Pauli ad Rom 10. in omnem terram exivit sonus eorum, & in omnes orbis terra verba eorum; quæ verba Sapiens Idiota ad rem interpretata sunt apud P. Vegam palastri; cart. 1. num. 9.

SVBSECTIO I.

EXCELLENTIA PRINCIPALIOR

elucidatur.

12. Proximè in sinuatum est; primum, ac princeps optat excellen-

lentiarum Coronæ Sacratissimi Rosarij de sumi ex eo, quod eius Auctor fuerit episcopus Deus Trinus, & vnus; hoc autem intelligendum est de causalitate speciali, particulari, principali; & cum distributione accommodata ad tres Divinas Personas concurrentes; eo modo quæ rem explanat laudatus P. Antonius de Vieira in serm. 4. §. 3. num. 145. quæ scilicet Divina Persona Filij Incarnati specialiter composuit orationem Dominicam Pater Noster; & alia duæ Divinæ Personæ, nempe Pater æternus, & Spiritus Sanctus specialiter concinnarunt orationem Dominicam; dictam communiter salutationem Angelicam, AVE MARIA ex qua vtramque oratione coalescit Sacratissimi Rosarij Mariana Corona, quam proinde non semel supra dicebam exprimi Cant. 4. vbi Deiparæ Dominæ dicitur; veni, veni, veni, coronaberis subiungit; recens Interpretis; ad coronam ter vocatur a Trinitate, vnde tripartitam adnotabam Coronam Sanctissimi Mariani Rosarij.

13. Erquidem de fide constat apud S. Matt. cap. 6. veritas præfixi asserti quo ad priorē eius partem; quo ad posteriorē vero clarescit apud Sacros Interpretes S. Luca cap. 1. vbi asserunt, Partem æterni & Spiritum Sanctum concinasse, atque hoc Angelico pronuntiasse salutationem illam, AVE MARIA gratia plena Dominus tecum; posteaque ore S. Elisabethæ Spiritu Sancto plenè protulisse illa verba; benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui; ac demum ore totius Ecclesiæ illuminatæ singulariter a Spiritu Sancto addidisse reliqua verba; Sancta MARIA Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc; & in hora mortis nostræ Amen.

14. Confirmat intentum ipse P. Vieira ibidem ex quadam revelatione relatâ lib. 4. cap. 49. inter alias factas a Deo S. Gettrudi Virgini, vbi dicitur; in die Assumptionis Deiparæ Dominæ, audivisse Sanctissimam Trinitatem in celo pronuntiantem illa verba: Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Addit que aliam revelationem eiusdem S. Gettrudis, lib. 1. cap. 4. vbi refert, se vidisse Christum Dominum gestantem molinè quoddam triangulum inftar trifolij; quod de Sanctissimo Mariano Rosario accipit, & expendit Vieira ibidem num. 170. Nec mirum id, cum ipse Christus Dominus alternis vocibus eum suâ sponsâ S. Cathalina Se-

mensi Marianum Rosarium recitavit; vt videre est in eius historiographis.

15. Similem huic vltimo eventum superadderem recentissimum in hac Regum vrbe Lima divulgatum; si maius mihi miraculum non appareret, noctu, diuque, (etiam ad gallicinum, cum medium silentium tenerent omnia) in specille, audisse que Latinum hunc populum, duobus ab hinc annis, per calles per vicos, per plateas, procedere in sodalitates vicinatarum divisum solemnibus supplicationibus; vtrinque agminibus re ac religiose viam incedentibus; vicislibalis lucis, aut papiaceis laternis apprime perpolitis; musicis instrumentis; alternis dulcisonis vocibus, Psalterium, seu Rosarium Marianum concinere, a deo calico consentu, numero que fontis suavis, pietatem ac religionem resonante; vt molliter in lacrymas cogat duriora pectora ante depictam Deiparæ Dominæ imaginem solemnè pompa importatam; & quotidiano vocum, tibiarum, chordarum immo & cordium, & cordium cantu celebratam. Hæc, & alia pijsissima, mirata, & historico narratu digna sunt; quæ dum præloparantur, fateri aptare (neque enim numero comprehendere possum) illud iam pridem a sacro colore modulatum, apud P. Salas in thesauro Poet. pag. 178. num. 127. & pag. 405. num. 685.

Musica turba modis diversis æthera mulcet.

Psalterium hic crepitat, tuba vocem; & fistula ludunt.

Chorus, ecce chorus resonant; plebs inde choraulis,

Cantibus Angelicis hominum sociat a propago reddat honorificam laudis amore sonantem.

SVBSECTIO II.

EADEM EXCELLENTIA VLTIORE elucidatione illustratur.

16. Laudatus P. Vieira, parte 2. serm. Sac. Rosarij, serm. 19. §. 6. pag. 103. conatur probare, vtramque orationem, Pater Noster, & Ave MARIA, esse vnâ in re, licet sit duplex quoad voces; id que solito acuminè ingenij ostendit.

ostendit ex eo quod in se fit petio eadem contenta in vtraque oratione, licet diversis vocibus significetur; sicut petio Ceurionis, & Sacerdotum Hebræorum pro salute Pueri, eadem fuit in re, licet diversis vocibus significata proponatur ab eisdem Evangelistis historiographis. Vnde infero, similem excellentiam relucere in vtraque oratione Dominica ab eodem Auctore Deo, cui proinde singulariter tribuendum est totum opus mirificum Sacratissimi Rosarij Mariani, quando quidem totum non debeat distingui à partibus simul sumptis & unitis: de quo videatur ipse Auctor Uicira ibidem §. 7. per totum, vbi ingeniosissime rem elucidat.

17. Sed si hæc dista vellis vltiore authoritate fulcire; ad eas, precor insignem virum Adamum Brovverum, cuius opera invenies in tomo 1. Bibliothecæ Virginalis, à pag. 31. legeque salutationis Angelicæ coronatæ caput 1. vbi adducuntur quæstionculæ 44. quibus ea omnia mirificè comprobantur. Nec tatebunt plura alia probamenta apud alios Sacros Interpretes tibi obvios, dum ipsi elucidant vtramque illam orationem à Deo edoctam, in caput 6. S. Mat. & in cap. 1. S. Lucæ.

18. Si autem desiderio desideres, tantæ excellentiæ vtilitatem percipere; non tantum ore recites; sed etiam mente recolas vtriusque orationis sensum, orationem vocalem cum mentali coniungens; vti Maximus Magister spiritualis meus Patens S. Ignatius docet in suis Exercitijs spiritualibus; alioqui oratio vocalis sola corporis sine anima comparabitur. Pro vberi, ac vtili meditatione orationis Dominicæ Pater Noster, adeas opera Seraphicæ Matris S. Theresiæ à IESV, tom. 2. in opere inscripto, Via perfectionis, vbi pro singulis diebus hebdomadæ meditationum materiem ministrat. Pro præxi commoda recitandi vtiliter orationem Dominicam, siue Marianam APE MARIA, adeas nuper laudatum librum quartum revelationum S. Getrudis cap. 4. prope finem, vbi doctrinam à Deo acceptam aperit ad omnium spiritualem vtilitatem.

19. Sæpè tamen præoculis mentis habéas, dum recitas Sacrosacram Rosarium, Sanctissima ipsius Mysteria, quæ quindecim sunt: quinque Gaudiosa, scilicet, Incarnatio, Visitatio, Natiuitas Domini,

Præsentatio ipsius, Inventio in Templo: quinque alia Dolorosa, videlicet, Oratio in hereto, Flagellatio in Prætorio, Coronatio spinarum, Baulatio Crucis; Crucifixio: quinque alia Gloriosa, nempe, Resurrectio Domini, Assensio in Cælum, Assisio Spiritus Sancti, Transitus, & Assumptio Deiparæ Domine, Coronatio eius scæm in Cælo à sanctissima Trinitate. In apertam confirmationem asserti supra præfixi; à primo enim mysterio Incarnationis habes ex Apostolo, quod Deus Pater sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, & conceptum de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine; vt enim seruum redimeret, Filium tradidit: & sic de alijs Mysterijs memoratis.

20. Nec omitam opportunum exemplum pro præsentis instituti inventum in vita Venerabilis Viri Gregorio Lopez; cû enim Mag. Loff, spiritualis discipulus prædicti Gregorij, diu versatus esset in vocali simul, ac mentali exercitatione Mariani Rosarij, magno sane sui spiritus incremento; postea recitatio vocalis rædio, ac fallido fuit, vt soli meditationi vacaret: sed tamen aperre falsa illum opinio fefellit, subindeque omni prorsus meditationis luce orbarus, illud iterabat:

*Eei mihi! quam densis nox incubat atrâ tenebris!
Nubila, lurida, squallida, terrica, terribilis nox!*

Cœlesti denique illustratione persuasus Gregorius, se obviû illi præbuit; & animi milerilatebrâs detegens, destruxit tenebras, deduxit ad errorem, & ad pristinum faustû statum restituit. In alieno igitur capite periculum feceris;

Felix, quem faciunt aliena pericula tremum;

SVBSECTIO III.

EXIMIE ALIÆ EXCELLENTIÆ EXPLANANTUR.

21. **N**OVUS huius sæculi Christologus P. Aloisius Ingliarij ex Doctorum lumine Augustino viurpat illa verba: Regem spinarum Ethnici facere, Indei fecere: Rex enim Christus Dominus

minus; ex Rosario, seu Roseto Sacratissimo sibi spinas in coronam deligens, Rosas omnes in coronam diædite sue magnæ Matris Mariæ Reginæ reliquit: in virtusque tamen maximum honorem, & maiorem Dei gloriam, Rosarij recitationem cedere, extra dubitationis aleam est; manifestum que id reddunt innumera miracula, quæ ad convincendam hanc veritatem aduersus Hæreticos patrata sunt, plenâ manu tradita integris libris prælo datis à supra memoratis Auctoribus.

22. Nec folius Deiparæ Domine corona est Rosarium, sed etiam extat corona cultorum illius; subindeque dum Rosarium recitatur, aut illa Rosi coronari, aut illos coronari Rosi, non semel divina revelatio demonstravit. Sed ne historiographum agere videar; fas sit, panegyrica carmina ad rem de promere ex P. Antonio Deshons, pag. 10. vbi sic canit.

Siste, precor, tot sacra tuæ Mysteria menti,

*Quor specie flores veyi colore leges:
Sive Rosas nuceo similes candore lignifris,
Sive Tyrio madis murice purpureas.*

*Dum tibi iucunda propones gaudia Marvis;
Gaudia candidulas noveris esse Rosas.
Dum pia sollicita recoles lamenta Parentis.*

*Illâ rubris venient assimilanda Rosi.
Fortunata manus, casto, quæ, pollice flores.*

*Serta que Virgineis crinibus apta parâs!
Adveniet Regina pios vsura labores;
Adveniet forti capta decore tui.
Novimus ingenuum, quod sit dignata clientem*

Munere; qui crebrum ferre solebat Ave.

Quor quot Ave facile solitus proferra labello,

*Ore Rosas totidem fundere visus erat:
Floribus ex illis Virgo fecisse coronam;
Tertur, & angustis imposuisse comis.*

Nec modo sunt Domina iucunda Rosaria, verum

Nulle spei causas, mille salutis habent.

23. *Vix fuit, & quicumque volet cognoscere, cultor*

*Virginis; ac magnas inter avarus opes:
Assus ad offensu quondam se iudicis urnam sistere; conspectu palluit ipse foror.*

Eheu, quin agas? Mentis laux terdit in a-

*nis in auras;
Subcidit culpis altera pressa suis:
Auxilium, auxilium, clamat; ne Diâa morare:*

*Tam cito vix dixit: quam cito sensit operam:
Ecce levi posuit sua Fango Rosaria lance,*

Et misera indidit morre Ravonia fuit.

Si iuvat, & tanti est grata promissa Parenti,

Non intermisso, plætere serena, die.

24. Si autem salutem animæ tuæ magis habes, magis que facis te sanctis non deficientes in cælis; quo sur non appropriat, neque tunc corrupti; Lucæ 12. Rosarium recita debita devotione; nomen que tuum confitebatur in libro vitæ, videlicet in libro sacre Confraternitatis Sacratissimi Rosarij, quam olim instituit magnus Patens S. Dominicus; quod sane consequeris sine vllâ sumptu, aut impensâ pecuniaria; innumerasque indulgentiarum divitias, & gratiarum infinitos thesauros; quibus ex a ratio Ecclesiæ à summis Pontificibus locupletata est, lucraberis: nec gravaret omnes hic transcribere, nisi passim obvij essent codices impressi, in quibus recensentur; si autem tibi non occurrent, adeas Fr. Ioannem de Carthagenâ Minoritam; tomo 3. lib. 16. homil. 6. à pag. 367. alios ve Auctores Dominicanos supra citatos num. 9. Scias tamen, novissime omnes illas indulgentias, & gratias approbatas, auctas que à Summo Pontifice Innocentio Vndecimo, digno quidem immortalî memoria, & veneratione; de quo proinde possis canere cum Virgilio in obitu Mæcænatî:

Et decet; & certè vivet tibi semper amicus;

Nec tibi, qui moritur, desinit esse tuus.

25. Conclude igitur; Rosarium Marianum esse, tum arcam testamenti, in qua delitefcunt tabulæ divinæ legis, virgæ divinæ virtutis; & Mana cœlestis refecutionis; tum arcam Noë, per quam totus mundus à dilubio peccatorum, & à morte æterna inferni liberatûsi salvus esse vellet: tum gazophylacium divinarum thesaurorum, ex quo Deus hominibus sua dona distribuit: tum horreum divinæ misericordie, ex quo nutriuntur fidelium felices animæ: tum thesaurum Catholicorum,

quã ab infidelibus, ac hæreticis discrimi-
nantur: tũ scutum validissimum, in
quo cuncta hostium tela confringuntur:
rum armaturam fortium clypeumque au-
reum pendentem è turri Davidica, in quem
refullit Sol, & resplendent montes ab eo:
tũ arcum belligerum, cuius potentibus
sagittis potestates tartaræ confodiuntur:
tũ psalterium, seu organum, in quo cen-
tum quinquaginta fistulæ resonabant, cu-
ius dulcisona modulatione demones fu-
gantur, & Cœlestes Spiritus demulcentur:
tũ cytharam, cuius suavissima armonia
Deus, & Deipara Domina delectantur: tũ
monile auricolum, signumque manifesta-
tivum amoris erga Christiparam, ac prog-
nosticum æternæ futuræ felicitatis: tũ
viam compendiosam ad Paradisum cœle-
stem mysticamque Scalam Jacob, per quã
veri cultores Deiparæ ad Dei viventis col-
pectum conscendunt: tũ circularem viã
lacteam cœli, atque iridem rosidam trieo-
lorem, qua felicissimè coronantur, dum
mittunt coronas suas ante Thronum Dei.
Quid plura? Sed quid non pauca? Omit-
to sane plurima, nè in infinitum procedam
si velim sacra eloquia percurrere, v. g. vi-
tam cocineam labiorum sponsæ; salvife-
rum coccinum Rahab, & sic de alijs in-
numeris.

S. V. B. S. E. C. T. I. O. I. V.

EGREGIA PLYTERIOR EXCELLENTIA
exponitur.

26. **T**riumphantem Coronam
Mariani Rosarij supra vidi-
mus in Navali Victoria apud Lepantum
reportata è Turcis, cuius historiam omni-
nibus scitam eruditè refert laudatus Car-
thagenã vbi supra, homilia 8. celebratque
Gomez de Sanc. Stephan. pag. 113. sic:

*Non est purpureo Poneris staturata cruce,
Vernat ad officium qua Rosa, Diva,
tuum!*

*Hæc aliofert picta genas de muricis
ostro.*

*Tu das puniceis luxuriant comis.
Christiadum Egææ classis dum veltæ per
vadas,*

Sensur in odoratis fœdere immittentes.

*Accurrit vocitata sacris, pia Virgo Rosetis,
Te Duce miscentur prælia vincis, & vasa
Æternum ut mancant ut tanti monumentum
ta triumpho,
Tunc Rosa Threicio sanguine tincta fuit.*

27. Cum tamen nunc etiam videam
Catholica huius Perubici Regni arma mi-
litare sub patrocinio Sanctissimi Nominis
MARIE del Rosario, fas est eorum felici-
cissimos triumphos sub tanta tutela inaugu-
rari, ac felici omine prælagari. Et qui-
dem statim ad rem occurrit singularis ani-
madversio circa illa verba Deiparæ Domi-
næ, Eccl. 24. *quasi palma exaltata sum in Ca-
des, & quasi plantatio Rosa in Jerico:* cùm scilicet
prius Deipara Domina indigetur pal-
ma (quæ in factis, & prophanis litteris sig-
num est triumphantis victoriæ) quam Ro-
sa, cuius spinæ quasi satellites, aut Prætorij
milites, ad pugnam, ad victoriam, illam
circumcingunt, & comitantur? Sanè in-
nuitur ibi, ita securam a se victoriæ palmã
sub tutamine Deiparæ Dominiæ del Rosario,
ut etiam ante infinitam pugnam, sine
armorum si repitu, sine dubij Maatis mili-
tationis aleam, palmarem victoriam, & tri-
umphalem Coronam nobis polliceatur, & in-
tuto constituat. Vnde a B. Pio V. Festi-
vitas del Rosario instituta est sub titulo de
la Victoria; in ipso namque Rosario cons-
picio coronã victoriæ: *data est ei Corona, &
exiit vincens, ut vinceret;* Apoc. cap. 6.
nempe Corona Rosarij.

28. Ad hæc, notare fas est, Rosam Je-
richo constare centum quinquaginta folijs
ut cum B. Alberto Magno asserunt com;
muniter Auctores; deinde Jericho signifi-
care Lunam, quã insignuntur Turcicæ gẽ-
tes; denique Rosam nobilitate stemmata
Anglicorum Pyratarum, qui hæc nostrum
pacificum mare belligero Marte pertuba-
runt. Vnde facili negotio percipies, in
Mariana Rosa Jerocuntina, cuius Rosariũ
constat alijs centum quinquaginta *AVE
MARIA*, naugurata fuisse victo-
riam sub ipsius tutela affecutam è Turcis:
necnon prælagari triumphales victorias
nobis reportandas sub eodem patrocinio
ex Anglicis Pyratis (horum enim Rosa
prophana est ex illis Ephemereticis, de quibus
Poeta cecinit, Virg.

*Quam longa vna dies; ardens longa
Rosarum. Qui*

Quibus coronari exambiebant homines
amantes, vanitatem que amantes; Sap. 2.
coronemus nos Rosas, antequam marcescant. Su-
bindeque profana Rosæ vincendi, ac su-
peranda sunt a Sacris Rosis Sacratissimi
Rosarij Mariani, ut in simili eventu con-
trigisse refert Pontificalis historia tom. 1.
pag. 347. de victoria sacra reportata è pro-
phana vrbe dicta Victoria, in cuius æternum
monumentum hæc carmina conscripta
sunt, ibidem.

*Per te, Rex alme, cessit Victoria Palma,
Antiphrasi dicta, cessit Victoria victa,*

29. Davidici triumpho memini, de quo
liber 1. Regum, cap. 17. testatur: *Præva-
luitque David adversus Philistæum in funda, &
lapide:* olim enim Rosarium lapillis conta-
bat, ipsumque funiculum, seu fundam Ro-
sarij n. B. Alberus Magnus appellavit: im-
mò fortassis Davidici lapides ex illis erant, de
quibus Rabbi David, apud Parrã in Rosa
laureata ait; *omnes lapides illius montis ap-
parent deformatis Rosis:* aut saltim in illis
Davidicis lapidibus inscripta erant no-
mina divina *IESVS, & MARIA*, ut ali-
qui Auctores autumnant. Nil igitur mihi
quod David securum sibi triumphum
prælagaret ibi etiã ante partam victoriam:
*Nunc vadam, & auferam opprobrium populi;
quoniam quis est Philistæus circumcisus
qui ausus est maledicere exercitum Dei
viventis?* vers. 36. *elegit sibi quaque lim-
pidissimos lapides de terrene:* *fundam manu
tulit:* vers. 40.

30. Ad rem accipe aptum natum even-
tum relatum è supra laudato Adamo Bro-
verio; in salutatione Angelicã coronatã,
cap. 2. §. 4. per hæc verba. *salutatio Ange-
lica mirabiliter inspirata videtur quibusdam la-
pillis: inter prodigia merito referendam, quod
scribit Niderus lib. 4. Formic. cap. 6. cuius hæc
est narratio. Cum Magistrum Sententiarum
Vienna legi, venit eo filius Regis Lusitania D.
Petrus cum exercitu multo iturus in terram sanc-
tam; eumque audire dicentem, suo tempore in
terra Saracenorum circa Septem Africa civi-
tatem (quam Pater eius paulo ante ceperat) in
fonte quodam repertos lapides varios, quibus,
ut videbatur, naturaliter insita erant nomina
nostræ fidei, & Incarnationis Christi: nam in
quibusdam lapillis, Ave Maria; in alijs, gratia
plena; in quibusdam, Dominus tecum. Et ita de
Christi Domini Incarnatione plurã legebantur
claro intuitu. Hactenus ille; ut videre est in*

Bibliotheca Virginali, tomo 1. pag. 48.
Compara fontem cum fonte, seu torrente,
& lapillos cum lapidibus Davidicis, utro-
bique pro triumpho, pro victoria, felicis-
simè inaugu andis.

31. Sed ut ad ad mare, unde exeunt flu-
mina, revertamur, ad mare Lepantum re-
vertor, vbi Turcica clasis devicta est co-
rona Sacratissimi Rosarij: omisso que
adducere, pro resimili, triumphum Israe-
litici populi in mari rubro per arcam testa-
menti, in qua Deus præcepit fieri coronam
auream per circuitum, Exod. 25. & quæ con-
structa astabre erat ex ligno Setim, in cuius
medullis Rosæ de litescut; ut in medium
proferam singularem pro hac re eventum
relatum ab Alexandrino, de origine Tur-
carum.

*Tempus erat, quò prima quies mortali-
bus agris*

*Incipit, & dono Divum gratissima
serpit;*

Cum Rabata, mater Osmani Turcarum
Imperatoris, in somnis per vitum accepit
arborem alticonam perfimilem alicui Na-
bucho donosoris Regis, non tantum re,
sed etiam representatione imperij: assimul
intuita est contra arborem stare Reginam
belligeram sinistra manu gestantem festu-
lum Filiolum dextrã tamen arcum, quasi
Rosarium, in cuius sagittæ cuspide cœlestis
Rosa resulgebat, & in huius folijs hæc
verba inscripta legebantur: *ego destruan;*
ego destruo. Quid pro re nostra illustrius?

32. Quod vitra illustrari valer ex
dictis supra circa visionem signi magni
Apoc. 12. *Luna sub pedibus eius; & in ca-
pite eius corona stellarum, sive Rosarium ex
Episcopo Crononiensi. Si autem velis illust-
trare id, quod proxime insinuatam de tri-
umpho Israelitico in mari rubro, consule
P. Gasparem Sanchez in caput 63. Itã,*
vbi de germinatione Rosarum accipit illa
verba consona Sapientie 19. v. 7. *in mari
rubro via sine impedimento; & capus germinans
de profundo nimio: consonat que illud Exodi
14. iam que ad venerat vigilia marulina; scilicet
erit aurora rosida, seu rosas; Aurora fulgebat
rosis Aurora capillis: pro coronando Israe-
litico triumpho, quem roseo hilari vultu
prælagiebat: quasi Aurora consurgens, &c.*

SVBSECTIO V.

EXTREMA EXCELLENTIA BXA;
ratur.

33. **M**erito iure Tertulianus in lib. Mart. cap. 3. Deipara Dominam appellat *Coronariam certantium*; quia scilicet suos cultores coronat gloria, postquam in agone huius vite strenue certantes corona rosea Sacratissimi Rosarii ipsam coronarunt; ut de illis verum repetat, ac reputet illud Apostoli ad Philip. 4. *Gaudium meum, & corona mea.* Vnde S. Gregorius Nazianzenus in traged. C. P. Deiparam Dominam ad rem alloquitur sic cini:

*Ego frētus his, tibi me audentius,
In verba supplex offeram, & suavissimo
Contextam ab horro, qua tuum exornem caput,
Coronam, d. Domina, proferam, ut quæ gratia,
&c.*

34. Memini Persianam mulierem nutriculam solitam bene precari suo alumno; ut ipsi omnem faustam felicitatem; & beatitudinem huius vite inauguraret, sic: *quid quid calcaverit, id Rosa fiat.* quid ni potiori iure feliciorem felicitatem æternæ Beatitudinis, sub rosis Sacratissimi Rosarii suis alumnis Deipara Dominam bene precetur? Triumphalem victoriam de huius vite hostibus inaugurare, ac presagire, in anrevertente subseccionem vidimus; in hac extrema, ut omnium coronis sit; triumphalem victoriam de acerbioribus animæ inimicis reportandam a veris cultoribus Mariani Rosarii conspiciemus.

35. Vulgare quidem est assertum inter Doctores Scholasticos, & Scripturificos, cum Sanctis Patribus, ad illa verba Proverb. 8. *Beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei; qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino:* veros cultores Deipara Dominæ gaudere nota characteristicam candidatorum æternæ beatitudinis, subindeque veram Deipara Dominæ devotionem esse signum prædestinationis; de quo late P. Vega, part. 1. palæst. procem. cert. 9. per totum. Cum igitur prædicta devotionis præcipuum signum sit exercitium de-

votâ recitandi Rosarium Marianum; hoc utique signum prædestinationis inferendum est. Et quidem hoc viderur innuisse Angelum illum, qui apparens B. Pio V. eique Rosarium Marianum ostendens, tanquam Ecclesiæ capiti hæc verba fecit: *In hoc signo vinces.*

36. Hoc ipsum innuitur ab Ecclesiast. cap. 24. ubi de Deipara Domina decantatur, esse *quasi plantatio Rosa in Ierico*, nempe centum quinquaginta foliorum, ut supra dictum est; per respectum scilicet ad centum quinquaginta *APE MARIA* Rosarii Mariani: de tali enim plantatione Rosæ Jerocuntine Marianæ dicitur ibidem *radicasse in populo honorificato, & in electis Dei misse radices:* subindeque concluditur ibi versu 30. sic: *qui audit me, non confundetur; & qui operantur in me, non peccabunt; qui elucidant me, vitam æternam habebunt: quæ omnia de Deipara Domina decantat Ecclesia Catholica, quasi eius verba sint, non minus ac alia allegata proximè ex Proverbiorum capite 8. quibus hæc posteriora consonant pro re nostra.*

37. Subditur ibidem versu 23. singularis pro nostro instituto roboratio; ait enim Deipara Domina: *Flores mihi fructus honoris & honestatis; ego Mater pulchra dilectionis; & sancta spei.* Quid clarius? Vbi enim flores Mariani indigitantur, Rosæ Sacratissimi Rosarii innuuntur in spæ Sanctam æternæ felicitatis; vbi dilectio pulchra MARIÆ Matris exprimitur, pignora eius amoris, seu Rosæ Sacratissimi Rosarii expetuntur. *Fecite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo;* canit Cantic. 2. Deiparæ MARIA; vbi flores Rosas intellige, incentiva, signa, & pignora Marianæ amoris; concinente sacro obre Hug. lib. 3. eleg. 2.

*Ferte rosas; date mala; ardentibus obvia flammis;
Mittor in malis est amor, inque Rosis.*

Consonanteque Mariano amatore Bernardo, serm. 51. in Cant. *Crevit amor, quia incentiva amoris, plura solito processerunt:* ergo flores Rosæ; siue flores Rosarum (iuxta illud, *circundabant eam flores rosarum, & lilia convallium*) insunt incentiva, pignora; & signa Marianæ amoris, proindeque prædestinationis, erga veros, ac devotos cultores Rosarii floridissimi Mariani.

Rumi;

38. Rumiua insinuata proximè verba ex officio Ecclesiæ in Festo Triumphalis Assumptionis, & Coronationis Gloriosæ Deiparæ Dominæ: ait enim: *sicut dies verni circumdabant eam flores Rosarum, & lilia convallium; nec invenies, id aptius quam pro præfenti instituto intelligendum fore; præsertim si sciās, lilia in Sacra Scriptura accipi pro rosis, iuxta illud, sicut liliam inter spirita:* ibi enim verni dies, vernæque rosæ diurna verba rosea, ac vernantia sunt; quibus Rosa Mystica MARIA circumcingitur a cultoribus Mariani Rosarii; cui libetque illis merito iure adaptabis Ovidianum carmen, Factor 5. *dum loquitur, vernas afflat ab ore rosas.*

39. Vide igitur, ne alius accipiat coronam tuam; si vis coronari corona gloriæ a coronaria certantium MARIA diurnum tributum consecra, coronam rosaceam attege, recita, rumina; sic enim in te verum erit signum illud: *coronam, qua rosas in texta fulgurabat, devoravi, & protinus delabitur mihi serena facies:* Apul. de asin. aur. *Virgo Dei Genitrix* (teste S. Greg. Nicom. serm.

de Præsent) *pratum est odoriferum, incorruptione coronas eos, qui decerpunt: carperolas, collige flores, honoris, & honestatis fructus.*

40. Hactenus agrestis calamus Marianum hoc pratum mirâ varietate picturatum percurrebat: sed tamen *hortus conclusus* permanet, Rosa sub granoso cortice inclusa adhuc invenietur, quam in hoc Roseto Theologico Mariano rubentes foliorum calathos distunderè exambisbam. *Omnia sub rosa;* sed non sine corona; nec enim finis coronat opus hoc, sed illa, quæ est *coronaria certantium*, calamo, & animo, indagandi veritatem circa ipsius gratiam, & gloriam: *MARIA* (inquit Rupertus in Cant. 9. *finis extitit laboris, & initium consolationis:* igitur a te principium, tibi desinat; *annue dixi:* dixi equidem plura, quam potui; sed pauciora, quam debui, dixi.

Omnia que Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ correctioni
subjicio.


;)§(

FINIS.



222

AP.



TRACTATUS
APPENDICIUS,
SIVE APPENDIX
AMPECTENS ALIQVAS QVÆSTIONES

SELECTAS EX ROSETO PHILOSOPHICO REFLO-
RESCENTES, QVÆ PRO ELUCIDANDO ROSETO
THEOLOGICO SCHOLASTICO MARIANO
DESIDERANTVR.



IN ANDVM REGINAM IVBET RENOVARE DOLOREM-
dum Regina Mater Dei MARIA, in cuius decus nova sydera partu
rita ther, pro complendo, elucidando que suo Roseto Theolo-
gico Mariano cogit doloriferam renovare memoriam mei nau-
fragij Roseti Philosophyci, cuius memini in ratione operis ad lecto-
rem; ubi etiam huiusmodi appendicem promisi, si per tempus
licere. Licet sane pertempus, huius tamen angustie arctam
tantum tractationem permittunt earum quaestionum philoso-
phycarum, quae in superioribus Theologicis insinuate sunt, &
quae a me in integro illo cursu Philosophico fuerant ex professo

discussae. Brevis igitur calamo, & quasi acu, attingam, ac perstringam, in tripartita disputa-
tione, quaestiones omnino necessarias pro praesenti instituto, selectasque ex Dialectica,
Physica, & Metaphysica, ac Animastica facultatibus Philosophicis famulantibus Sacrae
Theologiae, quibus utique circum ornata fuit Deipara Domina, ut supra non semel
stabilitum est cum P. Christophoro de Vega, part. 1. palae. 14. certamine 4. Subinde-
que non diffiteor verum illud S. Ambrosij lib. 1. de Fide, cap. 5. sacramenta Fidei ab argutijs
Dialecticorum sunt libera, & ubi Fides quaeritur, Dialectica non auditur: nec enim hoc obstat,
quo minus ex connexionem rerum inter se, pro plena, ac plana intelligentia Theo-
logicarum notitia non semel interserviat, harumque perfunc-
tiona tractatio inseratur, ut omnibus
pervium est.

DISPUTATIO I.
DIALECTICÆ SELEC-
tæ quæstionis diluci-
dantur.

1. **S** i verba, (teste Platone) ubi decet, contemneremus; rebus utiliores essent: verba videlicet diffusa contemnenda sunt, ut rerum agendarum utilitati consulatur: subindeque verbis diffusis, prolixisque citationibus abstinere, ut rebus utilior sim.

SECTIO II.

AN IDEM SIT AS REALIS DISTINGVA-
tur formaliter obiective ab extremis
realiter identificatis?

2. **M**ethodus in his quæstionibus philosophicis discutendis desumenda est ex ordine illo, quo in Roseto Philosophico discussæ erant à me: cum in præsentiarum non appareat aliud caput ad prælegendam unam præ alia. Et quidem cum sepissime, adhuc à limine Roseri Theologici, ex doctrinâ Sanctorum Patrum statuerim identitatem inter Deiparâ Dominam, suum que Filium Deum hominem, ea que identitas expressa à Sanctis Patribus sit in se difficilis pro nostro captu; ut ipsa nobis innotescat, fas est statim præfixam quæstionem discutere quam in Dialecticæ Summulis discussam, dedi, dum investigavi, *utrum unio identitatis realis inter subiectum, & prædicatum propositionis obiective distingatur formaliter ab illis?*

3. **C**ircâ hanc quæstionem vix unquam ad scholas, sive ad scholasticum pulverem revocatum, negativum placitum communiter supponitur potius quam probatur: placuit tamen mihi militare pro affirmativa sententia, sive pro veritate, quæ mihi in illa appareta: nam, ut sæpe repetit Hispaniæ decus, decorque pruden-

tia Seneca, in suis Epistolis, 33. 64. 79. *parcè omnibus veritas non dum est occupata; multum etiam ex illa relictum est futuris; qui præceserunt, non præripuisse mihi videntur, quæ d. c. poterant, sed superuisse: multum adhuc restus operis, multum que restabit; nec ulli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adiciendi; facile enim est inventis addere.*

4. **S**ed antequam pergam ad proponendam, & probandam meam affirmativam sententiam, fas est præmittere, in præsentia quæstione supponi; tum dari præcisiones obiectivas, de quibus paulo infra agendum est; tum etiam dari distinctionem virtuales vulgarem quæ est ipsa identitas realis inter res, seu formalitates realiter identificatas inter se; si quidem identitas realis v.g. inter animal, & rationale, non obstat distinctioni formali, nec præcisioni unius ab alio, ut alibi defensant adversarij, quibus cum nunc eorundemust

SUBSECTIO I.

AFFIRMATIVA SENTENTIA ELIGITUR,
& probatur.

5. **P**lacet affirmativa sententia, & conclusio sic: *identitas realis distinguitur formaliter obiective ab extremis realiter identificatis, saltem si hæc distingatur formaliter obiective inter se.* Huic conclusioni adfavet Philosophorum Princeps Aristoteles, lib. 5. Met. cap. 2. his verbis: *per spicuum est, identitatem esse unitatem quamdam ipsius esse, aut plurium: en ubi identitas dicitur unitas, & extrema identificata dicuntur plura, seu pluralitas: hoc autem verificari nequit, nisi admittatur distinctio formalis obiectiva à me defensata.*

6. **P**robatur ratione ad homines: nam iuxta adversarios, idè in propositione mentali unio formalis distinguitur formaliter obiective à subiecto, & prædicato formalibus, quia diversis, seu distinctis definitionibus definiuntur, qualiter etiam definiuntur animal, & rationale: atqui identitas reali, sive unio obiectiva identitatis realis, & extrema realiter identificata diversis, seu distinctis definitionibus definiuntur; ut patet in hac propositione obiectiva, *hoc animal est rationale; siquidem ibi identitas realis, seu unio obiectiva idem-*

identitatis realis, deñatur ratio formalis realiter identificandi; aliter vero denominatur ea extrema secundum se, ut omnibus perviam est: ergo.

7. **R**oboratur: nam sicut modo illo, quo sunt extrema idem cum uno tertio, sicut videlicet idem inter se, ita pariter modo illo, quo sunt extrema idem inter se, erunt videlicet idem cum uno tertio: atqui per vos subiectum obiectivum, & prædicatum obiectivum, sive extrema obiectiva realiter identificata inter se sunt idem inter se realiter, non vero formaliter; siquidem per vos formaliter obiective distinguuntur: ergo pariter modo se habebunt respectu tertij, nempe respectu unionis identitatis realis, & hæc pariter respectu illorum, à quibus proinde distinguuntur formaliter obiective, & cum fundamento in re.

8. **D**emum rogo adversarios, & interrogo: unio illa identitatis realis: seu ratio formalis identificandi realiter illa extrema obiectiva inter se, vel est æque illis, ac illa sunt idem inter se? Vel magis, aut minus, quatenus maiorem, aut minorem identitatem habet cum illis, ac illa habent inter se? Si primum? Ergo sicut non obstat æqua illa identitatis reali extremorum inter se admittitur à vobis distinctio formalis unius extremi ab alio cum fundamento in re; æque debet à vobis admitti eadem distinctio formalis in identitate reali respectu illorum extremorum. Si secundum? Ergo eo ipso quod conveniat unio identitatis realis id, quod non convenit extremis realiter identificatis, scilicet maior, aut minor identitatis realis distingui formaliter saltem ab illis extremis realiter identificatis. Et quid statim dissonat; quod identitas illius unionis identitatis cum extremis sit maior identitate ipsorum extremorum inter se.

9. **D**enique arguo ad homines contra plerosque adversarios qui alibi agentes de ente rationis defensant, intellectum nostrum assumere identitatem realem; v.g. quæ est inter animal, & rationale hominis; & ipsam apponere, seu adstruere inter hominem, & inter equum, cum dicit *homo est equus*; ergo tunc intellectus noster distinguit, & separat formaliter identitatem realem ab extremis realiter identificatis, à quibus illam assumit, ut ipsam apponat inter hominem, & equum: ergo illa identitas realis distinguitur formaliter ab illis ex-

tremis realiter per ipsam identificatis. Maxime cum identitas realis tunc assumpta, & appollita ab intellectu per vos, nec sit animal ut tale formaliter, nec sit rationale ut tale formaliter, sed ratio formalis identificandi ut talis formaliter.

10. **R**atio ulterior meæ conclusionis est; nam plus requiritur ad identitatem adhuc formalem, quam ad identitatem tantum realem; taliter ut identitati tantum reali non opponatur distinctio virtualis, nec præcisio formalis, sive carentia identitatis formalis ut formalis, ut fatentur ipsi adversarij contra quos arguo. Subindeque in conclusione addidi illa verba, *saltem si hæc distingatur formaliter obiective inter se*, scilicet extrema realiter identificata inter se, ut plerique adversarij propugnant.

11. **S**ed tamen probamenta meæ conclusionis etiam absolute vigent contra adversarios inferentes distinctionem rerum definitarum ex distinctione definitionum, quibus earum rerum essentialis formales metaphysice explicantur. Unde inferendum est; quod qualis qualis distinctio ab ipsis admittenda fuerit inter extrema, admittenda eadem sit in unionis identitatis respectu talium extremorum quæ per illam identificantur inter se.

SUBSECTIO II.

RESPONDETUR OBJECTIONIBUS.

12. **O**bjic. 1. Identitas realis, sive unio identitatis realis, est unitas subiecti, & prædicati obiectivorum atqui tali unitas est ipsa entitas subiecti, & prædicati obiectivorum, videlicet subiectum esse idem cum prædicato, & prædicatum esse idem cum subiecto, ut constat ex ipsa etimologia nominis *identitatis*: ergo non distinguitur formaliter obiective ab illis extremis realiter identificatis.

Respondeo, me sæpe mirari, hoc argumentum; & unicum fundamentum adversariorum, adeo validum Achilem ab ipsis reputari, ut tot, tantos que Hæciores raptaverit in contrariam sententiam; quin in illo advertat se incidere in modum discutendi Thomisticum, quem alibi ridiculum existimant, & quo Thomistæ defensant; unionem physicam inter materiam, & formam realiter distinctas, non distin-

quæ realiter ab illis; eo quod sit materia ut informis; & forma pro ut in materia. Sed directe ad rem distinguo maiorem; est unitas realis; concedo maiorem; est unitas, formalis; nego maiorem; deinde distinguo minorem; talis unitas est ipsa entitas, realiter; concedo minorem: talis unitas est ipsa entitas, formaliter; nego minorem, & consequentiam.

13. Solutio hæc constat ex hætenus statilitis, & allegatis verbis Aristotelis docentis, *identitatem esse unitatem quandam ipsius esse*, (en unitatem formalem) aut plurimum; en unitatem realem, quæ admittit plura formaliter, seu pluralitatem formalem, ut nuperrime expendebam num. 5. Subindeque sufficit, quod subiectu obiectivum, & prædicatum obiectivum sint idem realiter, secus vero formaliter. Sicque denique verificatur etimologia nominis *identitatis*, quatenus utrumque extremum est *eadem entitas* realiter. Nec omittam ad rem præferre verba Angelici Præceptoris D. Thomæ, r. p. q. 13. art. 2. ad 3. ubi eloquitur sic: *in significatione nominum aliud est quando que à quo imponitur nomen ad significandum, & id, quod significandum nomen imponitur: sicut hoc nomen lapis imponitur ab eo quod ledit pedem, non tamen imponitur ad significandum hoc, quod significet ledens pedem, sed ad significandam quandam speciem corporum; alioquin omne ledens pedem esset lapis.* Hætenus S. Doctor, cuius sana doctrina non semel necessaria erit.

14. Replicabis. Unio obiectiva identitatis realis nil aliud addit supra entitatem realem subiecti obiectivi, & prædicati obiectivi, siue subiectibilem, & prædicabilem: ergo identitas realis utriusque extremi nil aliud est, nisi entitas realis utriusque identitatis inter se.

Respondeo, distinguo antecedens; nil aliud addit realiter distinctum; concedo antecedens: nil aliud addit formaliter distinctum; nego antecedens, & consequentiam sub eadem distinctione; aliquid, in formaliter distinctum est id, quod se habet quasi forma, seu ratio formalis identitatis realiter illa extrema inter se, siue unio identitatis realis cum analogiâ, & æquivalentiâ ad unionem physicam, siue est ratio formalis uniuersi extrema physica inter se.

15. Obijc. 2. Id quod est ratio formalis identitatis realiter, nequit esse

quid distinctum; ergo unio obiectiva identitatis realis nequit distingui à suis extremis identitatis realiter ratione ipsius.

Respondeo, distinguo antecedens; nequit esse quid distinctum realiter à suis extremis; concedo antecedens; nequit esse quid distinctum formaliter à suis extremis; nego antecedens, & consequentiam sub eadem terminis distinctionis, in qua addidi ly à suis extremis, quia aliunde una identitas, v. g. Pauli distinguitur realiter ab alia identitate Pauli, & sic de reliquis. Solutio autem constat aperte exemplo unionis physice Humanitatis Christi Domini, licet enim sit ratio formalis uniuersi, est quid uniuersi hypostatice: ergo pariter licet unio identitatis realis sit ratio formalis identitatis realiter, erit quid distinctum formaliter. Immo etiam iuxta adversarios unitas formalis, ratione cuius ens est indivisum in se & divisum à quolibet alio, distinguitur formaliter ab ipso Ente.

16. Obijc. 3. Identitas realis debet definiti in separabilitate realis duorum extremorum in existendo, ut tradit Subtilis Scotus in 2. dist. 2. quæst. 2. ergo non distinguitur formaliter ab illis extremis.

Respondeo, nego antecedens, nam illa definitio convenit alijs à definito, v. g. circum in sectioni, ratione cuius Pater Æternus est inseparabilis realiter à Verbo Divino, & tamen persona Patris Æterni distinguitur realiter à Persona Verbi, seu Filij Divini, ut fide sanctum est: idem patet in rebus creatis modalibus, & in formis incorruptibilibus inseparabilibus realiter à materia prima, à qua tamen realiter distinguuntur, ut ipsi ad versarij fatentur. Sed adhuc permissio antecedente, neganda est consequentia, nam ex inseparabilitate reali non infertur parabilitate reali non inseparabilitas formalis, ut patet in ipsis extremis realiter identitatis, seu realiter inseparabilibus, v. g. animali, & rationali, siquidem unum separatur formaliter ab alio per præcisiones obiectivas, quas à limine quæstionis supponimus, ut ipsi locus daretur.

17. Obijc. 4. Id, quod nequit concipi formaliter sine alio, non distinguitur adhuc formaliter ab illo: atqui unio obiectiva identitatis realis nequit concipi formaliter sine extremis; siquidem definitur essentialiter ratio formalis identitatis realiter extrema, sicut unio physica definitur nexus extremorum; ergo. Ref.

SECTIO II.

AN DENTUR PRÆCISIONES OBIECTIVÆ, vel formales, in casu communiter proposito hominis à longe cogniti imperfecti?

19. **N**on est animus in præsentia rum immorari in prolixa quæstione absolute investigante, an dentur præcisiones obiectivæ, vel præcisiones formales, inter gradus superiores, & inferiores? Licet in Roseto Theologo conon semel præceterim, suppositis præcisionibus obiectivis, quas absolute defendebam ex professo in Roseto philosophico, & quas de mari ad mentes noviss me illustravit in sua Tripartita Summa prælo Limæ mandatâ, cedro que dignâ, æternitati facrandâ, Sapientissimus P. Nicolaus de Olea, huius Maximi Collegij Divi Pauli dignissimus Rector, totiusque Peruntinæ huius Provinciae meritisissimus Præceptor, cuius ingenium sole clarius, sæo que profundius, scholastico nostro emispherio lumen attulit inaccessum, totique orbis aëret aureis scriptis indelebile.

20. Libet igitur singultriter investigare, an dentur præcisiones obiectivæ, vel præcisiones formales, in casu communiter proposito à Patronis utriusque præcisionis, scilicet quando homo à longe visus cognoscitur imperfectè ex sensatione tantum, quam ibi percipimus? In quo casu omnes Doctores conveniunt unanimiter; disconveniunt tamen in assequenda præcisione ibi relucente, ita ut Thomistæ vel illi, esse præcisionem obiectivam, nominales vero autunt, esse præcisionem formalem; Jesuitæ que nostri diviti sint prioriori, aut pro posteriori præcisione, ut videre est tam in prælo datis, quam in manuscriptis.

SUBSECTIO I.

PRÆMITTUNTUR ALIQUA PRO PRÆSENTIA MEDIA.

21. **P**remitto primo certum esse apud omnes, præsentem difficultat-

Respondeo, nego maiorem absolute falsam, ut patet ipso exemplo allegato unionis physice, quæ quidem adhuc realiter distinguitur ab extremis, licet nequeat concipi sine illis, dum definitur *nexus extremorum*, constatque alijs innumeris exemplis in correlativis, & in causis, v. g. dum Omnipotentia Divina definitur *virtus producere a possibilium*, & animal definitur *principium sensationis*, à qua distinguitur realiter. Unde potest distingui maior claritatis gratia sic: id, quod nequit concipi formaliter sine alio, in recto, & tanquam termino directo; concedo: in obliquo, & tanquam termino indirecto; nego maiorem; unde patet solutio ad minorem, in qua satis clarescit.

18. Sed quia hoc punctum scætet æquivocationibus, hic, & alibi sapissime, fas est ad vertere; quod licet verum sit distingui saltem formaliter ab alio id quod potest concipi sine illo, v. g. animal sine rationali; ast falsus est discursus à contrario sensu absolute loquendo: & ratio est, quia separabilitas est signum distinctionis, ut docet Aristoteles, 7. Topic. at inseparabilitas non est signum indistinctionis, seu identitatis absolute, ut patet exemplis proxime allegatis à me num. 16. & num. 17. & alijs cuiuslibet obvisis perspicuum est: ne in his, & alijs captu facilissimis immoremur, licet dum breviter amplectimur, cum juvenale iteremur.

*Nostri tibi brevis ignavia forse videtur. est
Credo mihi, labor non brevis, esse brevis
Nam si musca quit pennis subcondere
carrum
Myrmecides; & apis parvis concludere
in alis
Ingentem navim; valere que corioe
nucis
Homeri stringi fatus: quid ratio plura
Reddas sape unum? Plura est conjungat
in unum?*



causa em non procedere de cognoscibilitate remotā, sed de cognoscibilitate proxima illius obiecti, siue de illo obiecto inesse proxime cognoscibili, ac proxime terminati- vi respectu cognitionis praescidentis, & in ratione subiecti verificativi respectu propositionis asserentis, *animal cognosci*, ex cognitione sensationis; eo quod animal sit *principium sensationis*.

22. Praemitto secundo; extra dubitationis a eam esse, ad verificationem, si v. ad rationem subiecti verificativi requiri non solum subiectum, & formam, sed necessarium esse subiectum capax; subindeque sepe requiritur ad capacitandum subiectum alia quali forma capacitans, v. g. cognitio respectu voluntatis, ad hoc vt voluntas caeca capacitretur proxime verificeturque de illa ratio amantis concretive per amorē, qui est forma abstractiva ad amandum. Hic que ex eodem capite convincimur. fieri gratiam habitalem ita inesse homini iusto vt de hoc verificetur esse filium adoptivum Dei, secus tamen de Christo Domino, & de lapide; quatenus purus homo iustus est subiectum capax verificandi rationem filij adoptivi Dei, secus tamen Christus Dominus, & lapis ex defectu formae capacitatis, vt omnibus pervium est.

23. Praemitto tertio evidenter constare dari distinctionem realem actualem inadaequam inter solum illud subiectum nū de sumptum inter concretum resultans ex illo subiecto simul ac ex forma, vel quasi forma capacitante illud ad verificationem v. g. amantis, aut filij adoptivi Dei, siquidem ad verificationem amantis capacitat cognitio, & ad verificationem filij adoptivi Dei capacitat carentia peccati mortalis, & unionis hypostaticae; & sic de alijs passim occurrentibus.

24. Praemitto quarto. Strictam contradictionem esse *affirmationem*, & *negationem eiusdem de eodem*, vt omnes fatentur; ac proinde non erit *de eodem*, si sit de duobus realiter actualiter inadaequate distinctis inter se; nec inter illa duo, realiter actu liter inadaequate distincta inter se erit apponenda distinctio virtualis; quae minor est alia distinctio reali actuali adhuc inadaequata, vt de se cl. refert.

25. Praemitto quinto, Auctores defensores praecisionem obiectivam in casu praefixionis praefixo adstrere, dari ibi praecisionem

obiectivam, quatenus haec est cognitio vnius siue alio a quo virtualiter distinguitur, licet cum ipso realiter actualiter idemificetur, e contra vero Auctores propugnantes praecisiones formales asserere, dari ibi praecisionem formalem, quatenus haec est cognitio totius obiecti, sed confusa, & sub vna expressione, & non sub alia, vt videre est apud P. Arriagam, disp. 5. Logica, sec. 2. subsect. 1. num. 22, & 23.

SVBSECTIO II.

SENTENTIA MEDIA PROPOSITA, ET probatur.

26. Sapientissimus meus in Theologia Magister P. Franciscus de la Massa, qui immatura fato correptus edocui, ingeniorum portenta raro senescere, & quo splendidius sidera micant, eo velocius eum consumare; vt in aureo suo Tractatu de Ss. Trinitate, disp. 1. sec. 2. ostenderet; salvam contradictionem realem actualem inadaequatam relictentem inter naturam divinam simul cum Paternitate, & inter Filiationem solam productam, & non communicatam, vltus fuit doctrinam magni Theologi S. Gregorij Nacianzeni orat. 35. vbi S. Doctor sibi obicit argumentum haereticorum Eunomianorum sic: *si Filius ratione essentia est idem cum Patre; profecto, cum ingeneratus sit Pater, ingeneratus quoque Filius erit.* Cui argumento respondet sic: *recte, si ingeneratum essentia Dei esset adaequate, prorsus, & omnino.* Ex qua responsione laudatus Magister pergit ad suum institutum, & ego ad casum praesentis quaestionis pergo.

27. Placet igitur sententia media, & conclusio tenens, in casu praefixo quaestionis non dari praecisionem obiectivam, nec praecisionem formalem, (quas defensores Auctores vtriusque sententiae oppositae, & quas ex ipsis explicui proxime numero 25.) sed dari aliam praecisionem diversam fundatam in distinctione reali actuali inadaequata, vi cuius nulla est contradictio, siue *affirmatio*, & *negatio eiusdem de eodem*.

28. Ratio est, quia in casu praefixo quaestionis

nis non datur cognitio vnius sine alio, a quo virtualiter distinguitur, licet cum ipso realiter identificetur; nec datur cognitio totius obiecti; sed datur cognitio vnius sine alio, a quo realiter inadaequate distinguitur; ergo in casu praefixo quaestionis non datur praecisio obiectiva; nec praecisio formalis, quae communiter defensatur &c. Probatur antecedens; nam in casu praefixo quaestionis ita cognoscitur vnum sine alio (quatenus scilicet de illo alio non redditur rationem intellectus ex vi illius cognitionis) vt illud vnum, quod cognoscitur, sit concretum resultans ex animi li; & exhibitione actuali, quae se habet tanquam forma capacitans illud in esse proxime cognoscibilis respectu talis cognitionis, & in esse subiecti verificativi talis propositionis affirmativae *cognoscitur*, siue in esse cogniti concretive; siquidem in illo casu neutrquam verificaretur *cognosci*, nisi a sensu sensatio cognita a longe, quae provenit tunc ab homine eminens viso. Nunc sic: atqui huiusmodi concretum resultans ex animali; & sensatione actuali distinguitur realiter actualiter inadaequate a solo rationali, quod tunc non cognoscitur, saltem quatenus intellectus non potest reddere rationem de rationali ex defectu rationis actualis cognitae; sicut potest reddere rationem de animali ex presentia- litate sensationis actualis perceptae a longe; ergo in casu praefixo quaestionis &c.

29. Haec ratio constat ex proxime praemissis a num. 21. vsque ad num. 28. vltraque constat ex eo quod supervacanea sit distinctio minor, qualis est distinctio rationis ratiocinatae, aut rationis ratiocinantis, quae adstruitur a Patronis vtriusque sententiae oppositae pro praecisione obiectiva, & pro praecisione formali defensata ab illis; adest maior distinctio, qualis est distinctio realis actualis, si ve adaequata sit, si ve inadaequata, vt est in casu praefixo quaestionis, in quo proinde manifeste salvatur contra dictio ex vi talis distinctionis; siquidem manifestum est, nullam esse contradictionem ibi vbi non est *affirmatio*, & *negatio eiusdem de eodem*, sed alio sane realiter actualiter distincto.

30. Vnde si inquiras, quomodo appellanda sit illa praecisio a me defensata in casu praefixo quaestionis? Respondeo, appellandam esse praecisionem realem actualem inadaequatam; sicut e contra adaequa-

ta est cognitio materiae sine forma, & sic de alijs; pro quo consule testimonium D. Thomae nuper allegatum num. 13. Ex parteq; adfaverit superiorum doctrinae P. Quirós, vt salvetur contradictio in divinis, licet displiceat in eo quod appeller illam distinctionem realem in tertio, & non in extremis contradictionis, de quibus propositiones contradictionis nuntiantur.

SVBSECTIO III.

SATISFIT ARGUMENTIS.

31. Obic. 1. Xandunus rejicitur communitur a Doctoribus eo quod adstruxerit distinctionem realem actualem inter animal, & rationale hominis; ergo eodem iure rejiciendus est discursus a me factus in casu praefixo conclusionis, in quo distinctionem realem actualem admitto.

Respondeo, Xandunum merito rejici, eo quod adstruxerit distinctionem realem actualem adaequatam absolute inter animal, & rationale hominis, ad huc non interveniente sensatione actuali, ratio ne cuius ego adstruo distinctionem realem actualem inadaequatam tantum inter animal concretive sumptum simul cum sensatione actuali, & inter rationale cum carentia ratiocinationis; hic autem modus discurrendi toto caelo distat ab errore philosopho Xanduni; vt lipis, & consoribus patebit.

32. Obic. 2. In casu praefixo quaestionis attingitur animal vt pote subiectum proxime terminativum, & verificativum respectu actus praescidentis, taliterque attingitur, vt intellectus reddat rationem de illo ex vi illius cognitionis; atqui ipsum illud animal est idem realiter, ac illud rationale hominis a longe visi; ergo totum id, quod verificatur de illo animali, debet vtiq; verificari de illo rationali in casu praefixo quaestionis.

Respondeo, distingo maiorem rationem solius animalis nude, & quasi abstractivae sumpti; nego: rationem sensationis ipsius animalis quasi concretivae sumpti; concedo maiorem. Unde ad minorem constat solutio, siquidem hoc

posteriori modo consideratum animal distincti agitur realiter actualiter inaequale a solo rationali sive a rationali sumpto cum carentia ratiocinationi actualis, ita ut sensatio actualis cognita in casu praefixo quaestionis, constituat illud animal in esse proxime cognoscibile, sive in ratione subiecti capacis terminandi, & verificandi illum actum praecisivum, qui vere affirmat, *animal cognosci*, & vere reddit rationem de animali cognitum ratione sensationis realiter adaequate distinctae secundum se ab animali, & a rationali.

33. Repliebis In casu praefixo quaestionis cognoscitur entitas obiectiva hominis, qui rationalis est: ergo cognoscitur rationale hominis.

Respondeo, hunc modum repliandi perperam procedere, ut patet, si retorqueatur varijs in exemplis, v. g. lumine naturae cognoscitur evidenter Deus vnus, seu Entitas vnus Dei, qui Trinus est: ergo cognoscitur evidenter lumine naturae Trinitas Dei, sive Mysterium inscrutabile Sanctissimae Trinitatis. Sicut igitur in hoc exemplo respondent adversarij, cognosci Deum vnum, qua Vnus est, sed non cognosci Deum qua Trinum, sive secundum quod Trinus est; ita pariter debent discurre, cognosci in nostro casu entitatem hominis, qui rationalis est, sed non cognosci qua rationalis est, sive secundum quod rationalis est.

34. Ratio autem doctrinae nostrae est, quia in nostro casu cognoscitur illa entitas hominis secundum cognoscibilitatem proximam satis explicitam supra, & ultra exemplificatam a paritate rei proxime producibilis; sicut enim datur cognoscibilis remota, & cognoscibilitas proxima, datur etiam producibilitas remota, & proxima; & sicut res producibilis remota constituitur in esse producibilis proxime per aliquid aliud supra entitatem rei nude sumptam, ita etiam entitas in esse proxime cognoscibilis constituitur per aliquid aliud in casu praefixo quaestionis, scilicet per actualem sensationem, modo supra explicato.

35. Obijc. tertio. Haec propositiones, *animal cognoscitur, rationale non cognoscitur*, habent in casu quaestionis subiectum idem realiter ergo sunt proprie contradictionis in casu quaestionis.

Respondeo, distinguo, antecede-

dens; habent subiectum idem realiter adaequate; nego; realiter inaequale; concedo antecedens; & nego consequentiam, quia non sunt affirmatio, & negatio eiusdem de eode, ut supra ostensum est num. 29. patetq; exemplo harum propositionum, *Petrus, & Paulus currit; Petrus non currit*; & sic de alijs similibus, proportionate servata.

36. Alia argumenta possunt efformari aduersus meam conclusionem; quae tamen facili negotio dissolventur ex dictis: nec haec sunt extendenda ad quamlibet praecisionem, in qua non interveniat actualis sensatio, interveniat tamen evidentia de rationali hominis clare visi. Plura denique argumenta militantia contra praecisiones obiectivas communiter defensatas, & a me alibi propugnatas, non ita difficilia existimo, ac reputo perdifficile componere tenorem consequentiae in defendendis illis, & simul propugnanda communissima nostrorum Jesuitarum sententia asserente genus, v. g. animal, desumi a tota rei entitate, quae cum identificatur simpliciter; ut rem attente consideranti parebit. Haec autem difficultas in casu praefixo quaestionis non militat, nec viget; siquidem in tali casu non praecinditur animal in communi ut genus, sed tantum animal particulare illius hominis eminens visi a suo rationali in particulari, ratione distinctionis realis actualis inaequale relucens in tali animali pro ut est subiectum proxime terminativum, & verificativum illius propositionis particularis, *animal cognoscitur*, sine contradictione alterius propositionis particularis, *rationale non cognoscitur*; ut satis haecetus ostensum est.

SECTIO III.

QVIA DICENDVM SIT CIRCA praecisionem Generis a quinque Praedicabilibus?

37. **H**AEC quaestio difficillima est, Had exercenda quae ingenia instituta; saxo enim Syciphi inde altius elapso, quo alius eundem asportato, simillima mihi visa est. Licet autem primo aspectu videatur in praesentiarum disquiri extra rem; considerata tamen doctrina communi circa rationes praecisas in communi

muni, quae hic a me tradenda est singulariter, & de quibus non semel actum est in Rosco Theologico; ad rem disquiri patebit.

38. Procedit igitur praesens quaestio suppositis praecisionibus obiectivis communiter defensatis, & inquiri, utrum a primo Praedicabili, quod est genus, a reliquisque quatuor Praedicabilibus; quae sunt Speciei, Differentia, Proprium, & Accidens ut sic, possit praecindi obiective ratio communis simpliciter? Satis communis est utraque sententia opposita, affirmativa, & negativa; sed videre, ac mirari est contententes duos hermanos fratres; P. Richardum Lynceum pro affirmativa, lib. 9. Dialecticae, trac. 1. de Praedicab. a capite 3. usque ad 7. & M. Dominicum Lynceum pro negativa, in sua Logica, quae sola praestola Peruvium pervenit.

39. Placet mihi absolute affirmativa sententia, sed displicet modus communis illam defendendi, ut infra constabit. Fas enim est, claritatis gratia, praemittere aliqua necessaria pro mea mente aperienda, & speciali conclusione stabilienda circa rationem communem simpliciter, & univocam Generis Praedicabilis ut sic praesentiam a quinque Praedicabilibus.

SVBSECTIO I.

NONNULLA NECESSARIA PRÆMITTUNTUR

40. **P**rimum sit, quod quinque Praedicabilia sunt proprie, & simpliciter praedicabilia, ac universalis formaliter; subindeque conveniunt inter se in ratione communi praedicabilis universalis utpote quae proprie participant definitionem rationis universalis ut talis, scilicet esse unum aptum, &c.

41. Secundum sit, quod quinque praedicabilia sunt non tantum universalis, sed etiam universalis generica, sive generata universalis; siquidem quodlibet ex illis habet inferiora notabiliter, seu specificè, diversa inter se; v. g. species ut sic habet inferiores species hominis leonis, & equi; sicque de reliquis Praedicabilibus. Unde sit, quod sicut ratio praecisa anima-

lis ut sic non solum est universalis, sed etiam generica, sive genus universale, quatenus habet inferiora notabiliter diversa, qualia sunt bruta, & homines, a quibus praecinditur, ita ut per ipsam praecisionem, seu abstractionem intellectus maneat ratio illa constituta in esse universalis generici, sive generis universalis formaliter; ita eodem iure quinque Praedicabilia maneat constituta in esse universalis generici, sive generis universalis formaliter.

42. Tertium sit; quod definitum in definitione generis est ipsum genus, taliter ut in ea definitione eaque principaliter in recto implicite importetur secunda intentio praecisionis, abstractionis, seu genericitatis, ac importatur natura abstracta ab inferioribus; siquidem genus ut genus aequè essentialiter dicit naturam, & secundam intentionem; & qualibet ex illis deficiente deficeret per locum intrinsecum genus ut genus.

43. Quartum sit; quod licet illa praecisio, seu abstractio sit accidentaliter respectu naturae secundum se consideratae; nihilominus tamen est essentialiter respectu naturae consideratae ut abstractae formaliter, & ut genus est; subindeque genericitas est essentialiter generi ut sic, debetque esse essentialis quinque Praedicabilibus ut universalibus genericis, seu genericis universalibus, iuxta infra aperienda, & elucidanda.

44. Quintum sit; quod in meis principijs obiectum actus abstrahentis sunt plures naturae: rursusque in meis principijs non repugnat, actum intellectus se ipsum respicere reflexe tanquam obiectum in adaequatum, & partiale; in hoc actu, v. g. *Omnes actus intellectus est representati obiecti.*

SVBSECTIO II.

SPECIALIS CONCLUSIO STABILITVA.

45. **P**lacet haec conclusio. Datur genus ad quinque praedicabilia, ita ut essentialiter sit genus: immo & aliter, ipsum primum Praedicabile potest esse genus ad quinque praedicabilia. Conclusio haec continet duplicem partem oppositam.

oppositam utriusque sententiam communi, tam neganti genus ad quinque predicabilia; quam affirmanti genus ad quinque predicabilia, ut sit accidentaliter genus, licet sit essentialiter predicabile, siue universale; hoc enim modo conantur omnes Doctores affirmativae sententiae communitate componere non repugnantiam generis ad quinque predicabilia quatenus repugnat esse accidentaliter inferius; & essentialiter superius respectu primi predicabilis; quod negant omnes posse esse genus ad quinque predicabilia.

46. Probatur, dari genus ad quinque Predicabilia, ita ut sit essentialiter genus: nam quinque Predicabilia conveniunt proprie, & simpliciter in ratione communi Predicabilis; seu universalis formaliter; ita ut aequae etiam conveniant in ratione universalis generici, siue generis universalis; subindeque talis ratio conveniendi praescindibilis est ab illis, iuxta solemne axioma Philosophorum, *à conveniendis proprie, & simpliciter in aliqua ratione, praescindibilis est talis ratio conveniendis*; quod patet obvijs exemplis: atqui eo ipso datur genus ad quinque Predicabilia, siue hoc non repugnat, ita ut sit essentialiter genus: ergo. Maior constat ex proxime praedictis numeris 40. & 41. unde arguo ad homines sic pro ostendenda minore: per vos, illa ratio praescindibilis à quinque Predicabilibus debet esse essentialiter universalis; eo quod ex vi abstractionis praecindatur à pluribus, quibus sunt quinque Predicabilia; atqui ex vi eiusdem abstractionis praecinditur à pluribus inferioribus universalibus, siue universalibus non ut quinque, sed generice talibus; qualia sunt quinque Predicabilia, ut ostensum est num. 41. & patet facta inductione, siquidem quod liber ex illis est Predicabile de pluribus differentiis notabiliter, v.g. accidens ut sic de albedine, & nigredine; & sic de reliquis: ergo.

47. Roboratur: nam quinque Predicabilia definiuntur essentialiter per definitiones constantes genere proximo, & differentia ultima, ut omnibus pervium est: atqui genus proximum, per quod definiuntur essentialiter, tale est, ut in ipso conveniant proprie quinque Predicabilia, ipsa quae sunt rationes universales generice, siue genera universalis formaliter, ut consideranti eorum definitiones

patet; cum eorum unitas apta sit ad essendum, & praedicandum de pluribus inferioribus notabiliter diverse: si ergo non repugnat; sed datur genus ad quinque predicabilia; ita ut essentialiter sit genus.

48. Probatur posterior pars conclusionis: nam nulla est difficultas militans ad versus rationem generis ad quinque predicabilia, quae non militet ad versus primum Predicabile Generis; subindeque; stantibus proxime stabilitis, omnes admittentes primum predicabile generis, debent admittere genus ad quinque predicabilia. Sed ne à scopo videar aberrare, procedo in forma sic: Genus ad quinque predicabilia nil aliud potest esse nisi ratio simpliciter praecisa à quinque predicabilibus atqui primum predicabile potest esse ratio simpliciter praecisa à quinque predicabilibus; ergo ipsum primum predicabile potest esse genus ad quinque predicabilia. Maior constat; minor probatur: nam supposita non repugnantia reflexionis ex dictis num. 44. nulla est repugnantia in eo, quod primum predicabile generis ut sic possit praescindi directe à quatuor predicabilibus genericis, ut patet quae sunt proprie genera iuxta proxime stabilitas probationes; & simul possit praescindi reflexe à se ipso utpote proprio generi: tum quia huiusmodi reflexio esset inadeguata, qualis est illa, *omnis actus intellectus est representatio obiecti*; tum etiam quia inter primum predicabile abstractivè; ac nudè sumptum secundum se, & inter ipsum primum predicabile concretivè sumptum in consortio aliorum predicabilium, id est, prout constituit numerum quinarium predicabilium; datur distinctio realis inadeguata iuxta doctrinam manifestam traditam à me sectione secunda immediate antecedente: atqui eo ipso primum predicabile potest esse ratio simpliciter praecisa à quinque predicabilibus: ergo.

49. Dices; hinc sequi manifestum inconveniens, videlicet, primum Predicabile fore superius respectu sui ipsius, quatenus praecinderetur reflexe à se ipso tanquam inferiore in consortio aliorum Predicabilium; Contra tamen; nam nullum est inconveniens in eo, quod primum Predicabile abstractivè, ac nudè sumptum secundum se foret superius respectu sui ipsius, non in hac consideratione, sed in alia diversa scilicet respectu sui ipsius concretivè

ve sumpti in consortio aliorum quatuor predicabilium, siquidem in hac posteriori consideratione distinguitur realiter inadeguata à se ipso abstractivè, ac nudè, seu solitarie sumpto, uti certum est distingui ab illo complexo, seu aggregato quinque predicabilium, quod ipsum primum predicabile partialiter componit. Sicut nullum est inconveniens in eo, quod Summus Pontifex ut talis, & solitarie sumptus, sit superior respectu sui ipsius concretivè sumpti in consortio in aliorum Episcoporum, aut Sacerdotum, vel etiam in Capitulo, Canonorum, Toleraorum, quorum unus aut numeratur Summus Sacerdos, seu Summus Pontifex, ut non semel accepi à nostris Hispanis, & vulgariter circumfertur.

applicanda Ezechiel. c. i. *Adversus illa de sumptu ipsorum*

SUBSECTIO III.

OBIECTIONUM OBICES EXPEDIVNTUR.

50. **O**bsic. r. Si daretur genus ad quinque predicabilia, daretur utique Genus ad primum predicabile; atqui hoc est absurdum; siquidem hoc genus ad primum predicabile esset simul superius, & inferius respectu ipsius primi predicabilis; ergo. Et quidem, quod esset à primo predicabili non minus quam à reliquis predicabilibus; quod autem esset inferius, ostenditur eo, quod primum predicabile praecindatur ab omnibus generibus tam existentibus, quam possibilibus quorum unum esset illud genus ad quinque predicabilia.

51. Hæc est propria difficultas ad versus genus ad quinque predicabilia; communitateque consueverunt respondere patrone affirmativae sententiae id, quod infinuavi supra num. 47. nempe non repugnare genus ad quinque predicabilia esse simpliciter inferius, ac superius respectu primi predicabilis; ita ut sit inferius accidentaliter, quatenus est genus accidentaliter; & simul sit superius essentialiter, quatenus est universale ut sic, seu predicabile ut sic essentialiter. Sed tamen hæc solutio falsissima est, ut satis superque constat ex superioribus praemissis animadversionibus; probationibusque meae conclusionis, quibus conatus sum ostendere, genus ad quin-

que predicabilia esse gentis essentialiter, & aequae ac est universale, seu predicabile ex vi eiusdem indivisibilis abstractionis.

52. Subindeque iuxta supra stabilita procedens, & aliam viam communitate non tritam incedens, respondeo in forma: concedo maiorem; & nego minorem; ad cuius implicitam, & explicitam probationem dico; genus ad quinque predicabilia minime esse inferius. Ad tantum esse superius respectu primi Predicabilis. Ratio est clara; nam primum predicabile est superius precise respectu omnium generum existentium, possibilem pro tunc, quando directe, & sine vlla reflexione, primum predicabile generis ut sic ex vi abstractionis, seu praecisionis directae, qua constituitur, praescinditur simpliciter; ac proinde solum sunt inferiora respectu primi predicabilis omnia illa genera à quibus ipsum primum predicabile praescinditur simpliciter ex vi abstractionis qua constituitur in esse primi primi predicabilis, ut ipsi ad verum atque latenter; atqui genus ad quinque predicabilia non est genus possibile pro tunc, quando praecinditur primum predicabile, & respectivè ad directam illam abstractionem ac cuius primum predicabile praecinditur, ut constituitur in esse primi predicabilis: ergo primum predicabile non est superius respectu generis ad quinque predicabilia, ac proinde hoc non est inferius respectu primi predicabilis. Minor, in qua tota sit difficultas, ostenditur: nam genus ad quinque Predicabilia ut tale essentialiter dicit esse praecisam à quinque predicabilibus; subindeque dicit necessario esse posterius respectu ipsorum quinque predicabilium, quae necessario praesupponit tanquam obiectum directum, à quo directe praecinditur, iuxta principia adversariorum; atqui eo ipso genus ad quinque predicabilia non est genus possibile pro tunc, quando praecinditur primum predicabile, & respectivè ad directam illam abstractionem, vi cuius primum predicabile praecinditur, ac constituitur in esse primi predicabilis, ut de se clarescit: ergo.

53. Dixi, iuxta principia adversariorum, quia loquor circa priorem partem meae conclusionis, quae procedit de sola abstractione, seu praecisione directae, & non reflexae, generis ad quinque predicabilia, de qua sola communitate instituitur quaestio inter omnes Doctores; proindeque ut singulariter

tèr procederem in posteriori parte conclusionis circa præcisionem reflexam inadequatam primi Prædicabilis à se ipse: addidi *ly & aliter*; nam aliter discurrendum est de obiecto reflexo, ac de obiecto directo; aliter que de abstractione directa generis ad quinque prædicabilia, ac de abstractione reflexa primi prædicabilis à se ipse, & ab alijs quatuor prædicabilibus, vt ex terminis patet. De superioritate autem reflexa in adequata primi prædicabilis, atque de ipsius reali inadequata distinctione constat proxime utim, 49.

54. Hinc fit, quod genus ad quinque prædicabilia sit tantum superius respectu primi prædicabilis, sicut est tantum superius respectu reliquorum quatuor prædicabilium; siquidem æque præcinitur simpliciter a quinque prædicabilibus, quorum vnum est primum prædicabile; cum que hoc primum prædicabile continet in se implicitè omnia alia genera a quibus præcinitum fuit, hæc omnia erunt implicitè inferiora respectu generis ad quinque Prædicabilia, iuxta illud solemne, *si vinco vincam te, si fortiori vincam te*: subindeque genus ad quinque prædicabilia non est dicendum genus particulare, in sensu intento ab adversarijs, sed genus vniuersalissimum, & omnium generum superum ex vi abstractionis, quæ præcinitur simpliciter à quinque prædicabilibus, que sunt vniuersalia generica, vt supra probatum est. Vnde patet aliquis disparitas respectu animalis vt sic, quod quidem præcinitur simpliciter à particularibus individujs, proindeque est genus particulare, & genus accidentaliter.

55. Nec obstat, quod postquam præcinitum est genus ad quinque prædicabilia, possit intellectus ultra procedere, & per vltiorem abstractionem præcindere aliam, & aliam rationem, immo etiam infinitas numerice; si placeat admittere cum Eximio Doctore, & alijs pluribus, processum in infinitum præcisionum, seu cognitionum, sicut & relationum. Non obstat, inquam, nam semper saluaretur superioritas sola, sine vlla repugnantia, in vltiore ratione præcisa respectu illius à qua præcinderetur, etiam si procederetur in infinitum: nulla enim est repugnantia in eo quod saluatur hic excessus respectivus, sicut saluatur in creaturis perfectis, quarum nulla est omnium perfectissima.

sed vltra est assignabilis alia, & alia perfectior in infinitum.

56. Replicabis cum P. Peinado sicut Genus ad quinque prædicabilia, vel continet ut in primo Prædicabili? Et sic erit inferiorius: vel non continetur in primo prædicabili? Et sic non erit genus; nec participabit rationem generis secundum eandem definitionem ipsius.

Respondeo, genus ad quinque prædicabilia non contineri in primo Prædicabili, quatenus necessario præsupponit esse proprium primum prædicabile constitutum in esse talis ad hoc vt præcindatur ab ipso directo genus ad quinque Prædicabilia, quod quidem essentialiter dicitur esse præcinitum à quinque prædicabilibus, vt proxime ostensum est: hinc autem non infertur, quod genus ad quinque prædicabilia non sit genus absolute, nec participet absolute rationem generis secundum eandem definitionem ipsius; sed tantum pro tunc, quando præcinitur primum prædicabile, & tantum respectivè ad directam illam abstractionem quæ priori constituitur primum prædicabile in esse talis formaliter; siquidem pro tunc non est possibile respectivè genus ad quinque prædicabilia, sed pro posteriori, & respectu posterioris abstractionis qua constituitur in esse generis præcisi à quinque prædicabilibus, vt nuperrime probatum est.

57. Obij. 2. Ratio generis prædicabilis, seu vniuersalis, esset ratio transcendens omnia quinque prædicabilia: atque ratio transcendens nequit esse genus ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem cum pluribus Doctoribus videndis apud P. Fonseca, 4. Met. cap. 2. q. 15. probatur; immò etiam cum Aristotele, 4. Met. text. 7. vbi ait: *Ens esse genus ad omnia*, licet hinc sit transcendens omnia, vt ipsi adversarij fatentur.

58. Obij. 3. Proprium, & accidens vt sic nequeunt esse genus propter dependentiam: ergo.

Respondeo, dependentiam non officere convenientiam, & præcisioni vniuersalis; nam dependentia datur secundum esse materiale differentiale; at convenientia, & præcisio dantur secundum esse formale, siue secundum esse quod se habet formaliter: sic à Deo, & creaturis præcinitur simpliciter ratio vniuersa Entis, ita vt dependentia se habeat materialiter, &

ex parte differentiarum; & sic de alijs innumeris exemplis passim occurrentibus, quale desumitur a ratione qualitatis vt sic præcise ab intellectu creatâ, & intellectu creato in Thomistarum sententia, vbi dependentia manifesta est.

59. Replicabis cum Magistro Lynceo: nequit componi convenientia simpliciter horum prædicabilium, & aliorum in ratione generis vniuersalis prædicabilis cum diverso modo tendendi, seu præcinitur ipsorum: ergo.

Respondeo, nego antecedens; nam tota diversitas reducens in quinque prædicabilibus se tenet ex parte differentiarum, & se habet de materiali ad convenientiam simpliciter in illa ratione communi vniuersæ omnibus prædicabilibus, vt proxime allegatis exemplis, alijsque obvijs, pate fit. Nec repugnat, componi simul rationem generis, & speciei, ac differentie in eadem entitate respectu diversorum, vt patet in homine: immò ratio albedinis vt sic potest considerari vt genus respectu huius, & illius albedinis notabiliter diversarum; simulque vt differentia respectu nigredinis; vt proprium respectu nivis; vt accidens respectu hominis: vt speciei saltem subalterna respectu alterius rationis super oris, v.g. Entis, & sic de alijs.

60. Alia argumenta possunt obijci adversus vtramque partem meæ conclusionis; que tamen facillime dissolventur ex hæcenus dictis. Addo tamen duo notamenta: primum est, præsentem questionem non procedere de prædicabilibus fictitijs, sed de prædicabilibus realibus a terius in questionis est inquirere de convenientia, aut non convenientia inter Entia realia, & inter Entia fictitia rationis, vt bene observat laudatus P. Richardus Lynceus, eo cap. 3. num. 20. Secundum sit, posteriori partem meæ conclusionis procedere, suppositâ comparatione exercita inadequate reflexâ primi prædicabilis, & supposita prædictæ reflexionis inadequate non repugnantia, quam in libris de Anima defensavi; vbi ostendi, nullum esse effugium sententiæ illam neganti, si intellectus proferat hanc propositionem: *omnis actus intellectus, nullo excepto, est representativus obiecti*: subindeque non esse recursum ad modum loquendi linistatum ex Poeta aiente: *quod regit omnia cælum*. Denique hæc, & alia similia facili

negotio componuntur per diversa signa rationis priora, & posteriora, quæ alibi sæpe admittuntur ab omnibus Maxime cum primum prædicabile non dicatur primum ordine præcisionis, sed tantum dignitate, & modo loquendi respectivè ad alia quatuor prædicabilia, vt in confesso est apud omnes.

SECTIO IV.

QUÆNAM SIT RECTA DEFINITIO
Relationis prædicamentalis; siue
in quo consistat essentia illius?

61. **N**ecessitas investigandi præsentem questionem satis constat ex dictis in Rolito Theologico, tract. 2. d. 11. p. 2. sect. 3. num. 41. Cum tamem pro eorum intelligentia principiorum sufficiat meam tradere definitionem, propriam que sententiæ elucidare; consulto omitto alias sententiæ referre, ac refellere, quod vtrumque passim occurrit apud Auctores prælodatos: nec tamen definam adnotare celeberrimam sententiæ Connotatorum bene impugnatam fortè fortuna invenisse apud P. Iosephum de Olzina, tom. 1. d. sp. 7. de Relatione, cap. 3. num. 1829. & 1830. pag. 296.

SVBSECTIO I.

PROPOSITVR PROPRIA SENTENTIA,
& probatur.

62. **L**Oco proxime citato tradidi definitionem Relationis prædicamentalis, seu categoricæ, quam in præentiarum defendo, & quæ sic se habet *Est forma vere respectiva, & distincta formaliter obiectivè à fundamento, termino, ratione fundandi, ex quibus resultat per modum accidentis metaphysici*. Huic definitioni ex parte allentitur P. Rhodes hic, licet dum argumenta dissolvit, videatur incidere in sententiæ communem Connotatorum; à qua ego toto cælo discedere conor. Adfavent tamè plures Sancti Patres allegati loco proxime citato,



citato, ibidem num. 49. quatenus docent, dari identitatem inter Matrem Dei, & inter Filium Deum hominem, in relatione prædicamentali Maternitatis Dei hominis, patrocinantur que aperte Angelicus Aquinas, & Aristoteles infra allegandi in favorem meæ conclusionis.

63. Sed antequam pergami ad ipsius probationem, fas est adnotare, Relationem prædicamentalem non esse talem secundum dici, seu explicari tantum; alioquin non constitueret diversam categoriam, seu diversum prædicamentum ab alijs, subindeque definitur *forma vere respectiva*, utpote respectus verus, ac realis, qui est ratio formalis referendi prædicamentalièr vnum ad aliud: dicitur tamen *distincta formaliter obiectivè à fundamento, termino, ratione fundandi*, quatenus est formalitas distinguibilis per intellectum, secus tamen distincta realitèr ab illis, ut volunt Thomistæ, & alij communiter; est enim vnitas quædam referentiæ, quæ exprimitur in rebus similibus *per seivatem*, dum vna dicitur esse sicut alia formalitèr prædicamentalièr. Denique concluditur *ex quibus resultat per modum accidentis metaphysici*: quatenus illis coexistentibus, datur necessaria resultantia formalis illius relationis prædicamentalis, quæ concipitur quasi quid posterius formalitèr essentia ipsorum; quibus proinde accidentaliter est metaphysice; alioquin non discrimineretur à relatione transcendentali, quæ essentialis est, ut paulo infra explanabitur.

64. Patrocinantur igitur traditæ definitioni Relationis prædicamentalis Angelicus Aquinas, & Aristoteles apud Comptonum, disp. 11. Met. sect. 7. num. 3. eo quod doceant, relationem prædicamentalem esse *verum respectum, & verum respectivam*; quam explicare videtur 5. Met. cap. 14. tex. 19. vbi ait: *sex non esse bis tria, sed semel sex*: & 7. Met. cap. 17. vbi addit: *2a non esse B, & A* in quibus pulchris paritatibus satis exprimit Aristoteles distinctionem non realem, sed formalem, quam in præsentiarum adstruimus cum ipso.

65. Probat ut in super ratione rectitudinis contradictoræ definitionis: tum quia conuenit omni, soli, & semper definito, nempe Relationi prædicamentali, cuius essentiam explicat prout distinctam ab omni alio, quod non est ipsa. Tum etiam, quia aliud quid formalitèr obiectivè distinguibile est,

vnum album esse sicut aliud album formalitèr prædicamentalièr, ac vnum album, & aliud album esse, siue coexistere à parte rei, qui dem *seivitas* illa formalis prædicamentalis relatio est, seu respectus realis formalis referendi vnum ad aliud prædicamentalièr. Tum denique, quia inde est omnino super vacanea alia chymérica resultantia relationis prædicamentalis per modum accidentis physici realitèr adæquate distincti à fundamento, termino, & ratione fundandi relationem, simul coexistentibus; quæ nullam vrgeret necessitas ad multiplicandam illam entitatem realitèr distinctam ab illis; rursusque vrgeret necessitas potiori iure ad ipsam non ita multiplicandam, sed identificandam realitèr, & distinguendam formalitèr tantum, eo quod non datur *separabilitas realis* illius ab illis coexistentibus, quæ quidem est *signum realis distinctionis*, ut certum est apud omnes ex Aristotele 7. Topic. cap. 1. ergo constat rectitudo traditæ à me definitionis.

66. Roboratur ex eodem Aristotele 5. Met. cap. 5. vbi ait: *Similia esse, quorum vna est qualitas*: in quibus verbis exprimitur ratio accidentis per ly *qualitas*, & simul ratio *seivitatis* per ly *vnas* vnitas enim sæpe ab Aristotele appellatur identitas, quæ si realis sit, optimè comparatur cum distinctione rationis, ut nuper ostensum est sectione 1. per totam: ergo cum hac sola salvatur vnitas seivitatis formalis requisita pro constitutione relationis formalis prædicamentalis accidentalis.

67. Urgetur: nam relatio prædicamentalis ut talis discriminetur à relatione transcendentali ut tali in eo, quod relatio transcendentalis sit essentialis subiecto proximo, v. g. dependentia creaturæ à Deo; relatio vero prædicamentalis sit accidentalis subiecto proximo, v. g. paternitas Patris, aut seivitas in ratione albi Paulo, & sic de alijs: atqui non est accidentalis per modum accidentis physici realitèr adæquate distincti ab illo subiecto, nec ab alijs concurrentibus coexistentibus, ut constat ex dictis, & amplius constabit ex dicendis: ergo solum per modum accidentis metaphysici formalitèr obiectivè distincti, siue distinguibilis per rationem ab illis.

68. Et quidem simili modo discurrendi defensori in libro 4. Physicorum, identitatem realem, & distinctionem formalem dura-

durationis, respectu temporis, & rei duratis ex quibus coexistentibus resultat duratio formalis, seu ratio formalis durandi rem, utpote quæ communiter definitur *ratio formalis existendi rem in tempore*: unde detur potest valida paritas pro præfati conclusionem circa Relationem prædicamentalem, quæ communiter dicitur *ratio formalis referendi vnum ad aliud prædicamentalièr*.

69. Hinc fit, quod vna relatio prædicamentalis nequeat fundare aliam relationem prædicamentalem eiusdem rationis, v. g. similitudo formalis aliam similitudinem formalem eiusdem rationis, quia *ad vniam rationem formalem non datur alia*, frante eodem termino formali, nisi procedatur in infinitum: aut potest fundare aliam relationem diversæ rationis, v. g. paternitas potest fundare relationem formalem similitudinis respectu alterius paternitatis similis; salvatur enim ibi diversus terminus formalis; & sic de alijs similibus, aut etiam dissimilibus per vnitatem disquipantiam, iuxta illud, *concordia discordiarum*.

SUBSECTIO II.

RESPONDEATUR ARGUMENTIS.

70. **O**bjec. primò varia testimonia Angelici Doctoris, præsertim opusculo 48. trac. 5. de Prædicamentis, vbi ait: *Similitudinem Socratis non esse aliam rem ab eius albedine prout se habet ad albedinem Platonis*: ergo hoc stante, nequit subsistere præfixa definitio relationis prædicamentalis.

Respondeo, allegatum testimonium confirmare, potius quam infirmare præfixam definitionem; siquidem S. Doctor ibi docet, *non esse aliam rem*, videlicet rem realitèr distinctam, sed esse formalitatem respectivam distinctam formalitèr, ut innuit per ly *per se habet ad albedinem Platonis*. Licet aliunde Sonzinas in Met. quæst. 28. asserat, circa hoc punctum in certam esse sententiam D. Thomæ, immò eam retractasse addit P. Rubius: Cardinalis vero Bellarminus secutus à Carmelitans Thomistis, testatur, allegatum opusculum non esse S. Doctoris. Nec audiendus est inter discipulos D. Thomæ Cato qui-

dam Censorinus, qui ausus est dicere, *ut scilicet oret, ut Doctor probet*.

71. Objec. secundò. Nequit dari transitus de non relato ad relatam formalitèr sine novâ entitate, aut novâ forma distincta realitèr in esse respectivo; siquidem transitus ille fit de vno contradictorio ad aliud contradictorium: ergo non est sufficiens distinctio formalis relationis prædicamentalis.

71. Respondeo in primis per retortionem manifestam adversus Thomistas patrones ac fautores huius argumentationis: nam in eorum principijs datur verus transitus realis extremorum, nempe materiæ primæ, & formæ substantialis de vno contradictorio ad aliud contradictorium, scilicet de non vnitis physice, & realitèr, ad vnita physice, & realitèr, sine novâ entitate distincta realitèr; siquidem totum hoc fit, iuxta ipsos Thomistas, per vnionem non distinctam realitèr, sed identificatam realitèr cum illis extremis: unde si illa vnio est formalitas distincta tantum formalitèr ab extremis, ut aliqui existimant, desumeretur inde validâ paritas pro mea doctrinâ; & præfixa conclusio roboranda ex eorum principijs; ut verificetur, fieri salutem ex inimicis nostris, scilicet adversarijs nostræ conclusionis.

72. Deinde; directe potest absolute negari, illum transitum esse realem, simulque esse de contradictorio ad contradictorium; siquidem fit per resultantiam formalem quæ solum arguit transitum formalem; de relato radicalitèr ad relatam formalitèr; non aliter ac transitus essentialis hominis, quæ est radix risibilitatis, ad risibilem formalitèr per resultantiam formalem illius accidentis metaphysici, proportionem servatâ. Ni placeat recurrere ad rationem fundandi relationem; illa enim est nova entitas realitèr distincta à fundamento, & termino, in quibus salvatur transitus de non relato ad relatam; ad huc si hic admittetur absolute, aut permittetur exercitij gratiâ.

74. Sed ne videar reddere quæstionem de voce, distinguo antecedens in formâ sic: sine novâ entitate, aut novâ formâ distincta realitèr inadæquate ab vno quoque extremo, quod transit de non relato ad relatam formalitèr, siue ab utroque extremo divisive considerato; concedo antecedens; sine novâ entitate, aut novâ

forma distincta realiter adæquate ab vno quoque extremo, quod transit de non relativo ad relatum formaliter, siue ab utroque extremo copulativè considerato; nego antecedens, & consequentiam. Solutio clarescit ipsi terminis, & ultra alia obvia exempli, constat in ipso albo *A* præexistente hodie, quod quidem transit de non coexistente ad coexistens alteri albo *B*. pro eucto crastina die, per coexistentiã vtriusque albi *A*, & *B*, quæ est forma realiter inadaquate tantum distincta ab albo *A*, & ab albo *B*, divisivè considerato; secus tamè ab utroque albo copulativè sumpto, ut omnibus pervium est; consonante Aristotelico exemplo, *Ba non est B*, & *A* iuxta dicta supra num. 64.

75. Obijc. 3. Petrum, & Paulum esse similes formaliter in albedine, & in natura humana, nil aliud est, quam illum vtrumque esse album, & esse hominem: ergo hoc sit independentè à relatione distincta formaliter ab utroque.

Respondeo, distinguo antecedens; nil aliud est realiter, siue distinctum realiter: concedo antecedens: nil aliud est formaliter; nego antecedens, & consequentiam: nam supra id datur formaliter, quod Petrus sit sicut Paulus categorice, seu prædicamentali; & dependentè à totali similitudine formali dicitur, Petrum, & Paulum esse similes formaliter in ratione albi, ut ex Aristotele dicebam num. 66.

76. Obijc. 4. Accidens debet distinguere realiter à substantia: ergo & relatio prædicamentalis à substantia Petri, & Pauli.

Respondeo, distinguo antecedens; accidens physicum, quod est separabile realiter à substantia; concedo antecedens; accidens metaphysicam, siue id quod resultat per modum accidentis metaphysici identificari realiter cum substantia; nego antecedens, & consequentiam: nam omnino diversus est conceptus vtriusque accidentis, ut patet obvijs exemplis; licet dicatur, se habere per modum accidentis id, quod concipitur postèrius essentia metaphysica rei, ut notabam num. 63.

77. Obijc. 5. Relatio prædicamentalis resularet sine mutatione vtriusque extremi: ergo non est verus respectus realiter distinctus formaliter.

Respondeo, distinguo antecedens; sine mutatione reali; concedo antecedens; sine mutatione formali; nego antecedens;

& consequentiam, quia pro mutatione realiter intelligo mutationem physicam, quæ minime fit per relationem prædicamentalem, ut expresse docet Aristoteles 5. Meteor. text. 10. vnde robur accipiunt ea, quæ dicebam in solutione argumenti 2.

78. Argumenta alia facili solutione contenta sunt ex hæcenus dictis; rursumque ex stabilitis citata sectione prima huius disputationis, præsertim ibidem num. 17. & 18. constat enim ex ipsa nostra definitione, posse concipi relationem prædicamentalem sine fundamento, termino, & ratione fundandi in recto, licet non possit concipi sine illis in obliquo. Rursum constat, relationem mutua paternitatis, & filiationis, diversimodè considerari, dum paternitas dicit in recto patrem, & filiationis dicit in recto filium, v. g. *Adamus est pater Abelis; Abel est filius Adami*. Denique, nullum est desumendum argumentum adversus ullam sententiam à paritate relationum divinarum, cum hæc non sint relationes prædicamentales, ut tenent plures Theologi, inter quos annumeratur P. Martinus, disp. 25. de Trinit. lib. 2. verumque sit documentum Textulliani lib. 1. contra Martionem, ubi ait: *Aliud enim Deus, aliud que sunt Dei, cuius proprium est, nullius exemplis capere comparationem; & ipse Deus per Isaiam ait; cui me assimilabitis? Divinus forsitan comparabuntur humana? Deo nostra ab; sit. Vide paulò infra num. 91.*

SECTIO V.

AN QUANTITAS DISTINGUATUR realiter à re quanta?

79. **C**um egerim prope finem Roteri Theologici de Sanctissimi Eucharistiæ Sacramento, cuius tractatus propria est præfens quaestio; factus est, in fine huius disputationis illam investigare, cum etiam spectet ad prædicamentum quantitatis, in quo à me discussa fuit. De effectu autem primario ipsius quantitatis discriminante rem quantam, seu materialem à re spirituali, egi in libris de Anima, ubi ex professo defensus, illum effectum primarium esse specialem quam-

cam

dam perceptibilitatem univocam respectu sensus materialis interni, aut externi: quod insinuas sufficit pro dicendis circa præsentem quaestionem, ad quam redeo.

SUBSECTIO I.

SENTENTIÆ REFERUNTUR, ET PROPRIAS stabilitur.

80. **C**ommunior sententia Thomistarum, Scotistarum, & Jesuitarum, cum suis Doctores, Angelico, Subtili, & Eximio tuerur, quantitatem distinguere realiter à re quanta. Contrariam sententiam tenent Nominales secuti à pluribus Recentioribus, quibus patrocinantur P. Lessius in opusc. 3. p. q. 77. art. 2. P. Bernal, disp. 38. de ss. Eucharistia, sec. 2. P. Arriaga, disp. 5. Met. num. 11. veteris cursus; aut disp. 6. novi Auctarij, vbi plura manu plena superaddit.

81. Placet cum distinctione loqui, & distinctionem absolute non amplecti; subindeque mea conclusio sit. Si standum sit auctoritati in præsentis quaestione, æque dubium est, quantitatem distinguere realiter, aut non distinguere realiter, à re quanta; si tamen standum sit rationi, certum mihi est, quantitatem non distinguere realiter à re quanta. Huic placito a favore videntur PP. Oviedus, & Comptonus, apud quem Pereira, & Sotus; quoad priorem vero eius partem mihi ansam præbuit ingenius æque, ac ingeniosus modus discurrendi, quo alibi sæpe conclusiones æque dubias propugnavit Sapientissimus quidam Primarius huius Peruntinæ Provinciæ Præceptor, nomine, & omine mirabilis in utroque suggestu, ut tota America miratur, mirabitur que Europa, dum Procurator Generalis communi plausu electus, illam felicibus avibus salutarit, ut opto.

82. Probatur igitur prior pars conclusionis, scilicet circa auctoritatem æque dubiam: nam pro distinctione reali quantitatis à re quanta allegant Doctores citati primæ sententiæ plures auctoritates Sanctorum Patrum, & Sacrorum Conciliorum, quas interpretantur probabiliter Doctores citati pro secunda sententia negante distinctionem realem, quantitatis à re quanta:

rursusque pro hac secunda sententia sicut plures aliæ auctoritates Sanctorum Patrum, & Sacrorum Conciliorum, quas congerit P. Comptonus, disp. 12. Phyl. sec. 2. occasione impugnandi quemdam Neotericum negantem, dari in Ss. Eucharistia accidentia realia, quæ sunt species Sacramentales: ergo si standum sit auctoritati in præsentis quaestione, a que dubium est, quantitatem distinguere realiter, aut non distinguere realiter à re quanta.

83. Probatur posterior pars conclusionis, scilicet circa rationem mihi certam esse indistinctionem realem quantitatis à re quanta: nam mihi certum est illud principium, *contrariorum eadem est ratio*: atque contrarium rei quanta, seu materialis, scilicet Ess spirituale, non distinguitur realiter ab illa forma contrarii quantitatis constituyente illud in esse Entis spiritualis oppositi rei quanta, seu materiali ut tali; ergo nec res quanta, seu materialis distinguitur realiter à quantitate, quæ est forma constituens illam entitatem in esse quanta, seu materialis, & oppositæ Enti spirituali ut tali.

84. Deinde, adversarij omnes uno ore fatentur, nullam rationem à priori dari ad ostendendam distinctionem realem quantitatis à re quanta; dari tamen rationem à posteriori desumptam præcisè à mysterio Ss. Eucharistiæ, in quo datur separatio realis, quatenus deficiente ibi materia primæ, & permanente ibidem quantitate, arguitur distinctio realis inter vtrâque ex separabilitate reali unius ab alia: nunc sic atque hæc ratio à posteriori nulla est; siquidem nititur solâ auctoritate, quæ æque dubia est circa præsentis quaestionis punctum, & permanentiam quantitatis in Ss. Eucharistia, ut proxime probatum est: ergo si standum sit rationi, nulla est distinctio realis quantitatis à re quanta.

85. Denique, adversarij sæpe nituntur illo principio, seu axiomate solemniter inter ipsos, *non sunt multiplicandæ entitates realiter distinctæ, sine urgente necessitate*, id est, sine urgente ratione: atque in præsentiarum nulla est vrgens necessitas, siue vrgens ratio multiplicandi quantitatem realiter distinctam à re quanta; siquidem nulla ratio ab ipsis adversarijs adducitur vrgens, nequæ à priori, nequæ à posteriori, ut immediate præcedente numero ostensum est; ergo si standum sit rationi, non est

est multiplicanda quantitas realiter distincta a re quantas, subindeque identificate realiter cum ipsa.

86. Si autem adversarij vel int. satisfactores speciali rationi probandi a me proposita num. 83. ex eo quod iuxta eorum principia effectus primarius quantitatis sit impenetrabilitas formalis, quis communicatur rei quare, ita ut res quare sit radicaliter tantum impenetrabilis secundum se, quatenus est radix quantitatis, & per exigentiam impenetrabilitatis formalis.

87. Contra est primo, quia licet contra mea principia insinuat a limine huius questionis, num. 79. permittam, effectum primarium quantitatis esse impenetrabilitatem rei quantecum alio ente quanto per puram coexistentiam in eodem loco, ut voluit adversarij; nihilominus tamen ipsi adversarij definiunt ens spirituale ut tale, & contrapositum enti quanto materiali, asserunt, *Ens spirituale esse id quod est penetrabile cum quo vis (sive cum aliquo) ente quanto per puram coexistentiam in loco*: insuper definiunt ipsi adversarij ens quantum materiale ut tale, & contrapositum enti spirituali, asserunt, *Ens quantum materiale esse id quod est impenetrabile cum alio quo vis ente quanto per puram coexistentiam in loco*: nunc sic: at ens spirituale contrapositum enti quanto materiali, ita definitur per vos *penetrabile*, ut non distinguatur realiter a tali forma penetrabilitatis, ut constat: ergo ens quantum materiale contrapositum enti spirituali, ita definitur per vos *impenetrabile*, ut non distinguatur realiter a tali forma impenetrabilitatis: atqui per vos hęc forma impenetrabilitatis est quantitas: ergo non distinguatur realiter a quantitate.


88. Roboratur: nam definitio essentialis rei explicat essentialitatem formalem rei, ac proinde non traditur nisi per id, quod res est formaliter; secus vero radicaliter, aut per exigentiam alterius rei realiter distincte ab ipsa re definita, ut constat obvijs exemplis, v. g. substantia definitur essentialiter *Ens per se*; secus vero radicaliter subsistens, aut per exigentiam subsistentiæ realiter distinctæ a substantia definita & sic de alijs: ergo sicut veritas huius doctrinæ locum habet in definitione essentiali Entis spiritualis, ita, ut hoc sit penetrabile formaliter, pari modo debet currere in definitione essentiali Entis quanti materialis, ita ut hoc sit impenetra-

bile formaliter, ac per consequens indistinctum realiter a quantitate.

89. Contra 2. Si subsisteret doctrina adversariorum, sequeretur, quod definitio Entis quanti, seu materialis, tradita ab ipsis, & nuperrime recentita, non esset communis univoce omni Enti quanto, seu materiali, uti est definitio Entis spiritualis communis univoce omni Enti spirituali; siquidem nequit univoce participari ab impenetrabili proprie, & formaliter, & ab impenetrabili improprie, & radicaliter, sive per solam exigentiam tali: unde tamen debent esse æque proprie impenetrabilia, tam Ens quantum, seu materiale, quam ipsa quantitas, siquidem æque proprie dicunt repugnantiam ad penetrabilitatem per puram coexistentiam cum alio quo, vis Ente quanto in eodem loco: ergo nequit subsistere ut pote omnino repugnans doctrina tradita ab adversarijs.

90. Contra 3. Nam *definitio*, & *definitum nec formaliter distinguuntur*: atqui definitio est ratio impenetrabilis, & definitum est ratio Entis quanti, seu materialis: ergo formaliter distinguuntur: ergo stando definitioni Entis quanti, seu materialis, traditæ ab adversarijs, nec formaliter distinguuntur forma impenetrabilitatis, scilicet quantitas, ab Ente quanto, seu materiali. Maxime, cum tale Ens sit materiale formaliter secundum se, sicut Ens spirituale est spirituale formaliter secundum se.

91. Dixi, *stando definitioni Entis quanti, seu materialis, traditæ ab adversarijs*; eo quod sciam, P. V. onsecam 5. Met. cap. 13. q. 2. sec. 3. probabiliter defendere, dari distinctionem formalem inter quantitatem, & inter rem quantam, seu materiam: ex qua probabili doctrina potest desumi valida paritas ad confirmandam distinctionem formalem relationis predicamentalis a materialitate sectionis immediate antevergente; in presenti tamen solum dilectatur de distinctione reali, aut in distinctione reali quantitatis a re quantam, seu materiali, ut ex præfixo titulo questionis constat.



SVB-

SVBSECTIO II.

OBJECTIONES DISSOLVUNTUR

92. **O**bjic. 1. varia testimonia S. Augustini, S. Thomæ, & Aristotelis, in quibus contrariantur meæ conclusioni: ergo non est sustinenda.

Respondeo, testimonia illa, & alia plura Sanctorum Patrum, optime salvari, si accipiantur de quantitate accidentali, seu propria accidentium materialium, de quo sane loquuntur, dum asserunt manere quantitatem, manentibus accidentibus materialibus, licet non maneat substantia materialis, scilicet in Sanctissima Eucharistia, de qua est sermo inter Sanctos Patres, ut iam expendo. Aristoteles autem aperte adfavet reali identitati, siquidem sæpe usurpat quantitatem pro re quantam, & est converso, ut denotet realem identitatem utriusque: subindeque in forma nego antecedens, & consequentiam.

93. Objic. 2. Iuxta Aristotelem 7. Topic. cap. 1. *Ea quæ realiter separantur, realiter distinguuntur*: atqui quantitas realiter separatur a re quantam: ergo realiter distinguitur ab illa. Probatur minor: nam in SS. Eucharistia manet quantitas; siquidem destructa substantia panis, & vini, debet permanere subiectum accidentium permanentium cum sua extensione, divisibilitate, ac impenetrabilitate; alioqui essent ibi multiplicanda miracula sine ulla necessitate contra doctrinam Sanctorum Patrum, quæ supra insinuatæ est.

94. Respondeo; concedo maiorem, & nego minorem; cuius probationem distinguo sic: in Sanctissima Eucharistia manet quantitas substantialis, quæ propria est substantiæ panis, & vini; nego: manet quantitas accidentalis, quæ propria est accidentium materialium permanentium in Sanctissima Eucharistia; concedo. Ratio est, quia quodlibet ens quantum gaudet sua quantitate, ita ut hæc sit substantialis in ente quanto substantiali, e contra vero sit quantitas accidentalis in ente quanto accidentali; sicut materialitas est substantialis in ente materiali substantiali, & est accidentalis in Ente materiali accidentali: eo

dem iure, ac spiritualitas est substantialis in ente spirituali substantiali, v. g. Angelo, & est accidentalis in Ente spirituali accidentali, v. g. gratia habituali; & sic de alijs similibus. Nam eo modo quo est essentia rei sunt prædicata essentialia realiter identificata cum essentia rei, ut de se clarificat. Unde fit, quod accidentia Eucharistica permaneant cum sua quantitate accidentali, ac per consequens cum sua sua extensione, divisibilitate, & impenetrabilitate; adhuc destructa substantia panis, & vini, simul ac quantitate substantiali.

95. Denique, ad id de multiplicatione miraculorum dico, Sanctissimam Eucharistiam esse *officinam miraculorum*, & *memoriam mirabilium Dei*, sive *memoriam, quæ fecit mirabilia suorum misericors*, & *miserator Dominus; escam de dicit timentibus se*, ut canit David psal. 110. ubi *Dominus fecit nives*, apud Zachariam, cap. 10. vers. 1. *sive fecit phantasias*, ut vertunt Septuaginta; subindeque ex hac multiplicatione miraculorum in Sanctissima Eucharistia nullum absurdum infertur ab adversarijs, & non frustra sententiæ salva manet, ut ponderat P. Henaus disp. 7. de Euchar. sect. 1. a num. 6. Ad talem autem multiplicationem miraculorum datur vrgens necessitas, quæ tamen non datur ad multiplicandam entitatem realiter distinctam a re quantam, (ut supra dicebam contra adversarios) scilicet vrgens ratio hæc tenens elucidatâ pro in distinctione reali quantitatis a re quantam. Unde laudatus P. Arriaga lepide ait, adversarios denegare principia, ne admittant miracula.

96. Cum autem, teste D. Thomæ, omnia miracula sint æque factibilia a Deo, apud quem non est impossibile omne verbum; ita ut proinde doceat S. Doctor 1. p. quæst. 25. non esse dicendum, Deum non posse facere, id quod est impossibile, sed potius e converso; id quod est impossibile non potest fieri a Deo; miror sane, adversarios deludare in denegando miracula permanentiæ accidentium Eucharisticorum sine subiecto quantitatis substantialis; cum ipsi adversarij pro hoc miraculo admittant libentissimè aliud miraculum permanentiæ quantitatis ipsius substantialis sine substantia panis, & vini, in qua deberet subsistere, si esset proprietas realiter distincta a tali substantia. Maxime cum plures ad-

Eccē

varia

vertarii, qui hic conantur adstruere permanentiam quantitatis substantialis ad hoc vel sic connaturale subiectum accidentium; alibi adstruunt, subiectum connaturale talium accidentium esse solam materiam primam, aut hanc simul cum quantitate, ut videre est lib. 1. physicorum, & ubi de hoc puncto conluevit institui disputatio.

97. Objc. 3. Sustantia que liber creati habet suas proprietates accidentales realiter distinctas: atqui nulla aliassignabilis est respectu substantiæ materialis, seu materiæ primæ nisi sola quantitas: ergo.

Respondeo, omitto maiorem, & nego minorem, nam assignabiles sunt aliæ proprietates, aut quasi proprietates sufficientes ad substantiam ex se ordinatam ad componendam cum forma substantiali totum substantiale, v.g. esse ubicabilem, esse ingenerabilem, & incorruptibilem: unde Aristoteles describens materiam primam ait, esse matrem parturientem, & suo in sinu foventem formas universi; rursumque primam materiam se habere ad formas, sicut æs ad statuas, aut lignum ad lecticam, vel cathedram, lib. 1. Physic.

98. Objc. 4. Iuxta Aristotelem, proprium est quantitatis, quod non habeat contrarium; ergo in quantitate, aut re quanta, non habet locum illud principium a me allegatum, *contrariorum eadem est ratio.*

Respondeo, Aristotelem tantum docuisse, proprium esse quantitatis non habere contrariam aliam quantitatem, alioqui procederetur in infinitum; secus tamen non habere contrarium, Ens scilicet spirituale, de quo ibi loquutus sum: immo ipse Aristoteles indiscriminatum usurpat quantitatem pro re quanta, (ut notabam num 92.) de qua nequit dubitari, esse contrariam Enti spirituali, ut omnibus pervium est.

99. Objc. 5. Ubicatio distinguitur realiter à loco extrinseco, & à re locata, ergo pariter quantitas distinguitur realiter à re quanta.

Respondeo, concedo antecedens (licet illud denegent aliqui ex nostris lib. 4. Physic.) & nego consequentiam, ac paritatem: ratio enim disparitatis manifesta est ex dictis, siquidem hæc constat, quantitatem non esse realiter separabilem à re quanta, cuius quantitas esse, est ubicatio

est realiter separabilis à loco extrinseco, & à re locata, cuius est ubicatio; quatenus ita est modus illi affixus, ut stante coexistentiâ loci, & re locata, non detur ubicatio rei in tali loco, v.g. stante coexistentiâ loci B, & Petri, non datur ubicatio Petri in loco B. dum Petrus ubicatus est in loco A, & sic de alijs ubicationibus. Cum autem separabilitas realis signum sit realis distinctionis; inde est, quod ubicatio sit realiter distincta à loco extrinseco, & à re locata; secus vero quantitas à re quanta. Et quidem, si valeret hic modus arguendi, inferrem contra plerisque adversarios, non distingui realiter quantitatem à re quanta. ex eo quod in eorum principijs non distinguitur realiter unio ab extremis, nec relatio predicamentalis à coexistentiâ fundamenti, termini, & rationis fundandi, sic que de alijs similibus, in quibus retorquetur argumentatio contra adversarios.

100. Nec ultra demum desumi potest argumentum à quantitate continuâ, nisi implicemur gravissima difficultate physica circa compositionem continui, quæ spectat ad librum 6. Physicorum, ubi gordiani nodi difficultatem validior Alexander non dissolvere, sed diffecare conatur; nec ullus est Hercules, qui de tant truculenti monstri trucidatione gloriatur: ibi tamen, postquam utramque oppositam sententiam, nempe Aristotelicam, & Zenonicam, æque dubiam esse ostendit, stando rationi, defensiavi sententiam mediam adstruens, continuum componi ex unionibus integralibus intrinsece divisibilibus, & ex punctis intrinsece indivisibilibus, quæ tamen extrinsece divisibilia dicuntur ab illa unione intrinsece divisibili. Cui placito visum est ad favore aliquos Neotericos, immo etiam ex parte PP. Arriagam, & Quiros, quatenus tenent, minime repugnare duplicem unionem partialem, seu plures uniones integrales pro uno toto integrali, quod tale dici potest ab unionibus, sicut tale dici potest à partibus partibus huius, & illius materie partialis. Nec licet in hoc puncto elucidari de immorari, cuius difficultas gravissima est in qualibet sententia; fateor tamen, stando auctoritati, sententiam Aristotelis debere præferri, ut suo in loco demonstravi ex Concilio Constantensi, ses. 15. Sed iam ex Logica transiitum facio ad Physicam; audio enim Nyphum 1. Perier, aientem:

multi

multi ut Logiam illustrarent, amittunt Physicam; & mora in his impedit scire veritatem.

DISPVTATIO II.


PHYSICÆ SELECTÆ questiones disquiruntur.

1. **Physica** id idem idem significare videtur quod *Physiologia*, nempe amorem sapientiæ, iuxta græci idiomatis ethymologicam institutionem, quæ innuitur à S. Clemente Alexandrino lib. 4. Stromat. Sapientiæ igitur amatoribus aliquas quæstiones ex *Physiologia* selectas, & pro meo instituto necessarias, proponere fas est.

SECTIO I.

*AN CHRISTVS DOMINVS IN TRIDVO
mortis fuerit vere homo.*

2. **Q**uæstionem hanc tetigi in Roseto Theologico, trac. 2. disp. 2. sect. 3. subsec. 2. num. 50. ubi satis insinuavi modum, quo in Roseto Physiologico conatus sum ad verum catholicum sensum adducere affirmativam sententiam Magistri sententiarum, quæ malè auditur, & censuris inuritur communiter à Doëtoribus, eo quod corticem verborum considerent, secus vero medullam sensus theosophici sub verborum velamine latitantis. Doëtorum igitur lumine Divo Augustino ductus, conabor aperire verum sensum sententiæ Magistri Magistrorum Illustrissimi Episcopi Parisiensis Petri Lombardi circa præfixum titulum quæstionis, quam in libro 1. Physicorum aptissime elucidavi.



SUBSECTIO I.

*AFFIRMATIVA SENTENTIA MAGIS
tri sententiarum proponitur, &
exponitur.*

3. **I**llustrissimus Magister sententiarum, & Theologorum Præceptor, lib. 3. distinctione 22. conclusione 1. defenlat: *Christum Dominum in triduo mortis vere esse hominem, sed non eodem modo, quo ante mortem erat homo, seu alio modo, quem Physiologia non assequitur; quatenus scilicet in triduo mortis fuerunt unita cum vno tertio Verbi Divini. mediâ unione hypostaticâ extrema humanâ, nempe anima, & Corpus Christi Domini; licet in ipso triduo mortis non fuerint unita illa extrema inter se mediâ unione physica humanitatis, quæ erant unita ante triduum mortis. Hoc autem idem est ac dicere, Christum Dominum in triduo mortis vere esse hominem theologicè, seu hypostaticè, ratione unionis theologicæ, seu hypostaticæ extremorum cum tertio Verbi Divini; licet in ipso triduo mortis Christus Dominus non sit verè homo physice, seu physice, ex defectu unionis physice eorum extremorum inter se.*

4. Hæc expositio, non tantum quoad sensum verum, sed etiam quoad modum sanum loquendi, manifesta est in ipso Magistro Sententiarum attentè perlecto, penitatisque illis verbis, *sed alio modo, quem Physiologia non assequitur, sed quem Theologia assequitur, ac proinde non modo physico, sed alio modo Theologico: quasi diceret, Christum Dominum in triduo mortis vere non esse hominem physice sumptum, sed sumptum theologicè. Pro qua veritate elucidanda, necessum est ostendere; tum quod homo diversimodè sumatur; tum quod alibi sæpe Doëtores veantur simili modo loquendi, & theologizandi in varijs exemplis, quæ iam exprimentur.*

5. Primum, scilicet, quod homo sumatur, seu consideretur diversimodè, si ve diversis modis, clarescit ex eo quod apud omnes receptissimum sit dicere, dari hominem sumptum metaphysicè, scilicet animal rationale, & dari hominem sumptum physice, seu physiologie, videlicet animam

ratio

rationalem, corpus, & unionem physicam eorum extremorum inter se; subindeque patet recte vsurpatio hominis in hoc postea non sensu, seu modo philosophico, dum exponuntur Magistri. Deinde sumitur homo vulgariter, id est iuxta vulgarem modum dignoscendi hominem, secundum externam figuram, aliaque accidentia, qualia sunt esse bipedem, esse implument, ex quibus sepe desumebant antiqui Philosophi definitiones descriptivas hominis, nempe sumptis vulgariter, sive considerati in sensu vulgari, in quo Nabuchodonosor non transferetur homo, licet verè esset homo physice, seu philosophice sumptus. Vide alia infra num. 22.

6. Secundum, videlicet quod alibi sepe Doctores vtantur simili modo loquendi, denique aliter, quæ dicantur tales theologice, secus vero philosophice; constat aperte. Tum quia sic gratia habitualis dicitur substantia in ordine supernaturali theologice, secus vero philosophice; siquidem illi non conuenit philosophica definitio substantiæ, sed potius accidentis, cum non sit *Ens per se*, sed *Ens in alio*. Tum etiã quia scipecta Theologia dicitur scientia theologice, secus vero philosophice; siquidem illi non conuenit procedere ex principiis certis simul, ac evidentibus, uti quæ libet alia scientia philosophice talis requiritur ex Philosophorum Principe Aristotele 1. poster. cap. 2. sed potius debet procedere conclusio theologica ex aliqua præmissa non evidente, utpote obscura, & de fide, quæ est *argumentum non apparentium*, iuxta Apostolum ad Hebræos 11. cum tamen aliunde iuxta ipsum Apostolum ad Corinth. 13. Theologia dicatur scientia, nempe theologice, ut in Prologomenis theologice adnotatur ex Sanctorum Patrum doctrina, eo scilicet modo, quem *Philosophia non assequitur*, ut aiebat Magister. Tum denique, quia sic plures Theologi, quos in publicis conclusionibus secutus sum, defendunt Personas Divinas constitui in esse talium per quid absolutum philosophice, id est, per aliquod prædicatum, quod non refertur ad aliud; secus vero per quid absolutum theologice, id est, per aliquod prædicatum, quod sit commune toti Trinitati, seu tribus Divinis Personis, in quo consistit esse absolutum theologice. Omitto alia exempla; quale est illud supra memoratum ex communi sententia Theologorum afferentium, ex

perfectiori intellectu evadere visionem beatam perfectiorem physicè, seu philosophicè, secus verò theologice; & sic de alijs passim obvijs.

SUBSECTIO II.

AFFIRMATIVA SENTENTIA Magistri ex sancto Augustino comprobatur.

7. Sententia Magistri in recto sensu proxime explicato accepta videtur Doctorum lumine Sancto Augustino ipsi assentiente, lib. 1. de Trinit. cap. 18. & lib. de Fide ad Petrum cap. 2. ubi loquitur de Christo Domino in triduo mortis, & concludit his verbis Magistro consonis sic: *In sepulchro ergo erat homo, & in inferno erat homo, quia utrobique humanatus erat Christus, & unam, eandemque cum anima, & carne, licet separatis, habebat unionem.* En totam ratiocinationem Magistri, quam elucidandam accepi; quidquid sit de alijs eius ratiocinijs ibi expressis, utpote pertinentibus ad alias materias purè theologicas, & meo instituto alienas. Unde licet viderim circa hoc punctum *manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum*; cum tamen simul videam assentientem Magistro Augustinum, nec *Hercules contra duos* hos Doctores, & Doctorum duces, validus erit conclamare fas est.

8. Ex verbis igitur Sancti Augustini Magistro consonis deduco rationem probandi sic: Christus Dominus in triduo mortis unam, eandemque habebat unionem hypostaticam in vno tertio Verbi Divini cum anima, & carne, licet separatis inter se physice, ac philosophice, ut docet Sanctus Augustinus verbis proximè allegatis: ergo Christus Dominus in sepulchro erat homo; & in inferno erat homo, scilicet verè, & absolute, ut verè, & absolute concludit S. Doctor: nunc sic: atqui Christus Dominus tunc non erat verè homo physice, seu philosophice; ut constat ex *separatis*, & certum est ex defectu unionis essentialiter requisitæ inter animam, & carnem ad rationem veram hominis sumptis physice, seu philosophice: ergo Christus Dominus tunc erat verè homo theologice, seu hypostaticè quatenus *unam; eandemque cum anima, & carne habebat*


SUBSECTIO III.

SATISFIT ARGUMENTATIONIBVS.

lebat unionem, nempe hypostaticam, seu theologiam in vno tertio Verbi Divini; ut patet quod, teste Fide, mansit hypostaticè unitum cum carne, seu corpore in sepulchro, & simul cum animà in inferno, sive limbo, tamen si manserint illa extrema sine unionè physica inter se: ergo consonè, & non absconè procedit conclusio S. Augustini, & Magistri sententiarum, quam in recto sensu elucidandam accepi.

9. Firmatur, ac confirmatur conclusio vtriusque primarij Magistri ex illis verbis Theologi maximi S. Ioannis Apostoli, & Evangelistæ, cap. 1. *Et Verbum caro factum est*: nam iuxta expositionem subtilis Doctoris Scoti, lib. 3. quæst. 1. ponitur ibi *Caro* pro homine, consonante illo Symboli Fidei, & *homo factus est*: nunc sic: atqui in illo triduo per mansit caro hypostaticè unita Verbo Divino: ergo in ipso triduo permansit verè homo, quatenus caro verè ponitur, & sumitur pro homine, si homo tunc consideretur, & sumatur theologice; secus vero philosophice, ut satis haec erit explicatum, atque exemplificatum est.

10. Hinc fit, quod præfixa conclusio Magistri, quæ communiter rejicitur à Theologis, ut adnotat eius fidelissimus Interpres P. Ioannes Martinez de Ripalda, pag. 482. in annotatione, possit probabiliter defensari in publicis lectionibus Academicis, in quibus non semel hoc punctum occurrit, & facili negotio defensabile est per terminos supra positos, ac expositos, quibus æquivalentes sunt termini Magistri Sententiarum, ut rectè per pensis eius verbis patet: subindeque ipse Magister procedens ad argumentorum solutionem videtur illis verbis S. Ambrosij lib. 1. de Fide, cap. 5. *sacramenta Fidei ab argutis Dialecticorum sunt libera, & ubi Fides queritur, Dialecticè non auditur*: quasi vellent exprimere, se loqui in sensu theologico, & alio modo, quæ philosophia non assequitur. Sed ut essent verba, ad argumentorum verbera deveniamus. Vide infra num. 23.



11. Objic. 1. Ex Sacris Concilijs, & Sanctis Patribus aperte constat, hominem dicere necessario materiam, formam rationalem, & unionem physicam inter vtrumque illud extremum; unde laudatur S. Augustinus, lib. 13. de Civitate Dei, cap. ultimo concludit sic: *sed cum est vtrumque coniunctum simul, habet hominis nomen*; & S. Athanasius in Symbolo Fidei ait: *sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita Deus, & homo unus est Christus*. Ac demum S. Thomas exponens Magistram sententiarum asserit, illum non intendisse, quod Christus Dominus in triduo mortis esset homo, nisi equivoce: ergo non subsistit tradita explicatio Magistri.

12. Respondeo, omnes auctoritates, & testimonia, quæ ad rem allegari possunt aperte procedere de homine physice, ac philosophice sumpto, sive de homine, pro ut est compositum physicum ex materia, & forma rationali unitis inter se mediâ unionè physica, quæ dicitur compositio; subindeque non adversantur conclusioni Magistri, nec expositioni traditæ a me, sed tantum contrariantur falsissimæ sententiæ Platonis defensantis; hominem non esse compositum resultans ex animâ, & corpore unitis inter se in esse physico hominis, sed tantum salvari hominem physicum in solâ animâ rationali; ut testatur S. Gregorius Nicænus apud laudatum S. Thomam ibidem: quam sententiam merito improbat ex professo S. Augustinus loco citato ab adversarijs: ad ipsam quæ improbam sententiam Platonica in contumigit Hugo à S. Victore, lib. 2. de Sacramento, cap. 11. ut improbè intellectum Magistram in specie defenderet, & in re damnaret. Unde cum Magister rectè intellexit non asserat, Christum Dominum in triduo mortis esse verè hominem in prædicto sensu, & modo philosophico, sed alio modo, quem *Philosophia non assequitur*, scilicet theologice, ut supra expositum est eum laudato S. Augustino; inde est, quod si prædictis terminis distinguantur, & exponantur testimonia, nullum ex illis

a. Iversetur conclusioni Magistri; quid quid sit de voce æquivocâ, cum optime fiet aliquando in re aliquid esse verè tale, licet sit æquivoce tale respectu alterius, v.g. canis marinus est verè canis, licet sit æquivoce canis respectu canis terrestris. Ni aptiora sint ad rem exemplâ proxime recensita num. 6. aliud que natum ad rem ex sententia eorum, qui tenent, conceptum vitæ esse æquivocum respectu vitæ physicæ, & vitæ intentionalis, licet utraque sit verè vita in sua lineâ.

13. Objic. 2. Christus Dominus in quantum homo mortuus fuit: atqui cum moritur homo, definit esse homo verè: ergo Christus Dominus in triduo mortis non fuit verè homo.

Respondeo, concedo maiorem sub terminis distinctionis sæpe repetitis; & distinguo minorem sic; definit esse homo verè, eodem modo ac moritur verè homo; concedo minorem; *alio modo, quem Philosophia non assequitur*; nego minorem, & consequentiam in sensu explicato. Solutio constat ex dictis; quia cum moritur homo, definit esse vnio physica compositiva, & constitutiva hominis physice, seu philosophice sumpti, ac per consequens definit esse eodem modo homo physice, seu philosophice sumptus; at cum in Christo Deo homine permaneat alia vnio singularis, nempe hypostatica, quæ vnit extrema humana in vno tertio Verbi Divini, inde est, quod etiam in triduo mortis sit verè homo theologice, seu hypostatice, licet non sit verè homo physice, ac philosophice, sive modo illo, quo ante mortem erat homo, vt expresse asserit Magister.

14. Objic. 3. Christus Dominus in quantum homo est eiusdem speciei cum reliquis hominibus: ergo in esse hominis non habet illam differentiam hominis theologice sumpti, quæ quidem non convenit reliquis hominibus.

Respondeo, distinguo antecedens; in quantum homo physice, & metaphysice sumptus; concedo antecedens; in alia usurpatione speciali theologice; nego antecedens; eiusdemque terminis consequens distinguendum est: nam cum soli Christo Deo homini conveniat vnio hypostatica, quæ non relucet in reliquis puris hominibus, satis superque salvatur convenientia omnium in esse hominis physice

& metaphysice sumpti, siue convenientiâ in esse hominis theologice considerati ratione singularis vnionis hypostaticæ. Sicut salvatur illa convenientiâ in esse hominis physice, & metaphysice sumpti, etiam si ratione personalitatis divinæ convenientis soli Christo Domino, & non reliquis hominibus, non fiat persona eodem modo, vt ad notant Doctores communiter occasione impugnandi P. Linceum perperam asserentem, humanitatem esse personalitatem in reliquis hominibus puris, secus tamen in Christo Deo homine.

15. Replicabis, *Homo* est nomen speciei: ergo Christus Dominus in triduo mortis non dicitur verè homo. Respondeo, distinguo antecedens; *Homo* sumptus logicè, vel philosophicè, aut metaphysicè; concedo: *Homo* sumptus theologice, in sensu explicato de solo Christo Deo homine; nego antecedens, & consequentiam ex dictis.

16. Objic. 4. Ratio illa hominis theologice sumpti, vel esset particularis contrahens aliquam rationem communem, vel esset universalis, atque communis pluribus individuis: Atqui utrumque est falsum: ergo.

Respondeo, rationem illâ esse particularem in hac providentiâ; fore tamen in universalem, atque communem pluribus individuis in alia providentiâ, in qua duæ aliæ personalitates divinæ vnentur hypostatice alijs duabus humanitatibus passibilibus, ac mortalibus, siquidem tunc post mortem verificaretur de illis id, quod de facto verificatur de solo Christo Domino in triduo mortis; sicut in hac providentiâ de solo Christo Domino verificatur ratio Dei hominis, sive Dei incarnati. Nec tamen illa ratio hominis theologice sumpti est contrahens de facto respectu alterius rationis communis, sed est terminus impertinens, seu impertinenter se habens formaliter, sicut ratio scientiæ theologice sumptæ respectu rationis communis scientiæ, & sic de alijs exemplis recensitis supra num. 6.

17. Objic. 5. Homo debet esse necessario mortalis, aut immortalis: atqui Christus Dominus in triduo mortis non erat mortalis; sed mortuus; nec erat immortalis; nisi post resurrectionem, & reunionem gloriosam: ergo non erat tunc verè homo. Ref.

Respondeo, distinguo maiorem, homophylosophicè sumptus, concedo maiorem; nego theologice sumptus; nego maiorem. Solutio est clara, nam quod homo sit mortalis aut immortalis in esse physico hominis provenit ex vnione physica defectibili, aut indefectibili, media qua vnuntur inter se anima, & corpus hominis; scilicet separabiliter, vt accidit in Christo Domino mortali ante mortem; aut inseparabiliter, vt credimus accidisse in ipso Christo Domino immortalis post resurrectionem gloriosam. Cum autem in triduo mortis defuerit vnio illa defectibilis, sicut & reunitio indefectibilis gloriosa inter Animam, & Corpus Christi Domini, inde est, quod tunc non fuerit immortalis, nec mortalis, sed mortuus, vt dicitur in minori argumenti. Subindeque tunc erat homo verè theologice sumptus, secus tamè philosophicè sumptus; siquidem habebat tunc vnionem animæ, & corporis hypostaticam cum tertio Verbo Divini, secus tamen vnionem physicam eorum extremorum inter se, ex cuius defectu dicebatur verè mortuus in esse hominis philosophice sumpti, vt fateretur Magister.

18. Objic. 6. Hęc propositio *Divus Petrus Apostolus nunc est homo*, est falsa: ergo etiam erit falsa hæc propositio, *Christus Dominus in triduo mortis erat verè homo*.

Respondeo, concedo antecedens; & nego consequentiam in sensu theologico, ex quo patet disparitas; siquidem prior propositio procedit de homine theologice sumpti; hæc autem posterior sensus in solo Christo Domino verus est, cum in solo illo deus vnio hypostatica cum tertio Verbo Divini, vt fide sanctum est.

19. Objic. 7. In triduo mortis erat falsa hæc propositio de secundo adiacente *Christus est*: ergo etiam erat falsa hæc alia propositio de tertio adiacente; *Christus est homo*.

Respondeo, transeat antecedens, quod posset distingui eiusdem terminis identiter iteratis; & nego consequentiam; nam sæpe videmus, optime compati, quod propositio de secundo adiacente sit falsa; v.g. *Antichristus est*, quatenus communiter accipitur in vi verbi adiectivi; red dicitur hæc falsum sensum, *Antichristus est existens*; & nihilominus quod non sit falsa; sed vera propositio de tertio adiacente, v.g. *Antichristus est futurus vere homo*: & sic de alijs si-

milibus. Vnde licet nomen *Christus* impositum sit ad significandum totum suppositum, seu personam, dum physice existit, nihilominus extenditur ad significandum ipsam personam in triduo mortis; sicut nomen Divi Petri extenditur ad significandum ipsum Divum Petrum post mortem ipsius; subindeque de Christo Domino in triduo mortis verificatur, esse hominem in sensu theologico sæpe explicato.

20. Objic. 8. Hęc propositio, *Christus est homo*, requirit ad sui verificationem, quod Christus Dominus existat realiter actualiter; siquidem Christus Dominus est subiectum includens duo extrema contingentèr connexa, siue non necessario vnita nēpenaturam divinam, & naturam humanam, atqui in triduo mortis Christus Dominus non existit realiter actualiter; ergo.

Respondeo, hoc argumentum nō tangere quæstionem de nomine, quæ in præcedentis argumenti solutione latè resoluta est; sed claritatis gratia distinguo maiorem sic; requirit ad sui verificationem, quod Christus Dominus existat realiter actualiter, in quantum est deus, & simul homo saltem theologice sumptus, concedo maiorem; in quantum est deus, & simul homo philosophicè sumptus necessario, & præcisè; nego maiorem. Vnde constat solutio ad minorem ex dictis; nec enim recte arguitur ab alijs extremis contingentèr connexis ad extrema ita contingentèr connexa, vt semper maneant vnita in vno tertio Verbi Divini; hoc enim id, quod semel assumpsit, nunquam dimisit: immò de natura humana Christi Domini in triduo mortis discutendum est pariter, ac de ratione hominis, scilicet in sensu theologico condistincto à sensu philosophico vt hætenus elucidatum est.

21. Objic. 9. Ea, quæ sunt vnita cum vno tertio, sunt vnita inter se: ergo si in triduo mortis Anima, & Corpus Christi Domini sunt vnita cum vno tertio Verbi Divini, erunt utique vnita inter se; subindeque erit homo philosophice sumptus, siue compositum physicum humanum simpliciter.

Respondeo, distinguo antecedens, si sint vnita per vnionem identitatis; concedo; si sint vnita per aliam vnionem non identitatis; nego antecedens, & consequentiam, quæ est contra præcipia Fidei catholice. Verum igitur est, quod ea, quæ sunt vnita cum vno tertio per vnionem idem-

identitatis, five quod *ea quæ sunt idem in notertio, sunt idem inrer se*; falsum tamen est quod ea quæ sunt unita cum vno tertio per aliam unionem non identitatis, qualis est unio hypostatica, aut unio physica inter corpus, & animam, sint unita inter se; alioqui manus, & pedes essent extrema unita immediate physice inter se, ex eo quod sint extrema immediate physice unita cum vno tertio animæ rationalis, & sic de alijs. Compositio autem vera non datur, nisi datur unio vera partium inter se, qualis non datur in triduo mortis Christi Domini; siquidem Verbum Divinum non unitur ut pars incompleta, sed ut actus purus, seu terminus perfectissimus, ut fatentur ipsi adversarij, qui etiam tenent, ex natura, & substantia adhuc creata, non resultare compositum, sed suppositum, ex eo quod substantia ut talis non unitur tamquam pars sed tamquam terminus, seu actus purus, respectu naturæ, quam reddit substantiam formaliter.

22. Ex dictis constat primo, quod esse compositum, esse vivens, & alia similia, sunt prædicata propria hominis physice, seu philosophice sumpti. Constat secundo, quod hæcenus loquuti sumus de homine vero, five de homine sumpto in sensu vero, scilicet theologico: subindeque non fecimus mentionem de homine metaphoricè sumpto, five de homine per synecdochem, nec de homine picto. Constat tertio, quod Christus Dominus in triduo mortis non erat ens per accidens, sed ens per se substantiale, quatenus anima, corpus, & unio hypostatica cum Verbo Divino sunt entitates substantiales, ita ut licet ex illis non resultet compositio vera formalis, nihilominus resultet compositio virtualis. Constat quarto; quod licet in triduo mortis non resultet persona Christi Domini philosophice talis, resultat tamen subsistens philosophice tale, si de ratione huius non sit natura formaliter vivens, quæ sane est de ratione hominis philosophice, & metaphysice sumpti, atque complete talis.

23. Constat 5. quod sententia Magistri est sententia etiam S. Augustini, quæ ultra roborari potest; tum quia iuxta S. Augustinum, & omnes Theologos cum ipso loquentes de Verbo Divino, quod *semel assumpsit, nunquam dimisit*; atqui Verbum Divinum semel assumpsit homi-

nem, iuxta ipsum S. Augustinum, tract. 28. in Ioannem, ubi ait, *manens Deus, accepit hominem, qui fecit hominem*; ergo nunquam dimisit hominem: nunc sic argumentor; atqui nequit verificari, nunquam dimisisse hominem, nisi in triduo mortis manserit verè homo theologice sumptus; siquidem certum est, tunc non mansisse hominem physice, seu philosophice, nec metaphysice sumptum; ergo in triduo mortis mansit verè homo theologice sumptus; ac per consequens in triduo mortis Christus Dominus fuit verè homo in sensu theologico deservato à Magistro, & accepto ex S. Augustino, loco supracitato. Tum denique, quia eidem sententiæ ad favere deberent, tam Scotistæ tenentes, unionem physicam inter animam, & corpus non esse constitutum essentialiter hominis physice compositi: quam Thomistæ defensores, unionem physicam animæ, & corporis, non esse entitatem aliam distinctam realiter ab animâ, & corpore; siquidem in triduo mortis permanent anima, & Corpus Christi Domini, ita ut defectus unionis illius physice intermedie non sit defectus alicuius constitutivi essentialis, aut alicuius entitatis realiter distinctæ ab illis extremis permanentibus in triduo mortis Christi Domini: ex his autem principijs potius est arguendum ad homines contra hos adversarios ab inconveniente, scilicet quod Christus Dominus in triduo mortis esset homo verè in sensu magis stricto, ac est sensus theologicus, quo solo contenta, & salva est conclusio S. Augustini, & sententiarum Magistri, quæ satis elucidata manet pro meo capto.

SECTIO II.

AN DE VRO DE FACTO IN OMNI creaturâ potentia obedientialis ad omnes effectus possibilis?

24. **S**æpe insinuata est hæc disceptatio in Roseto Theologico, ut pote necessaria ad varia puncta difficilia, ibi resoluta iuxta mea principia adtinentiæ, dari de facto in omni creaturâ po-

tentiam obedientialem ad omnes effectus posibles, scilicet non implicantes contradictionem: in hoc enim sensu procedit questio præsens, quæ non est de numero aliarum procedentium circa aliam providentiam, sed circa præsentem providentiam Dei; sub indèque miror, Meotericos aliquos recurrere pro affirmativâ sententiâ probandâ ad solemnem illam rationem; quæ communiter consueverunt probari aliâ conclusionem affirmativâ procedentes de sola potentia absolutâ Dei, videlicet, *quid quid non implicat contradictionem, non est de neg adum Divina Omnipotentia &c.*, hoc autem fortassis ex vocum æquivocatione ortum habuit.

25. Potentia igitur *obediencialis* dicitur ab *obediendo*, ut bene observat Doctorum lux S. Augustinus, lib. de Genes. ad lit. cap. 17. quatenus illa est capacitas, quæ gaudet creatura ad obediendum Deo creatori (cui essentialiter subiecta est titulo creationis, & dependentiæ indifectibilis in esse, fieri, conservari, & operari) circa omnes usus posibles, ad quos potest extendi dominium perfectissimum Dei; five creaturâ se habeat active, five passive, dum elevatur à Deo; cuius proprium est, ita imperare, ut simul iubet, tribuat, quæ vires ad obediendum; sic iuvat Moyse *tolle virgam*, & iuvat ad paranda portenta per virgam elevatam obedientialiter ab ipso Deo. Unde constat, potentiam obedientialem esse ipsam potentiam entitativam creaturâ ut elevabilem, seu elevatam à Deo ut auctore supernaturali ad terminum, quem naturalibus viribus assequi non posset ipsa creaturâ, ut amplius constabit ex dicendis.

SUBSECTIO II.

REFERUNTUR SENTENTIÆ, ET PROPRIÆ STABILITUR DUPLEX CONCLUSIO.

26. **P**rima sententia absolute negat cum Scoto Secunda sententia absolute affirmat cum D. Thomâ infra citando. Tertia media est; affirmat enim, dari potentiam obedientialem in aliquibus creaturis specificè diversis, & ne-

gat, dari in reliquis creaturis; quæ sententia placuit non nullis Recentioribus Peruvianis.

27. Conclusio prima fit. Semel admissa potentia obedientiali in aliquibus creaturis specificè diversis, debet admitti in omnibus creaturis. Probatum primo auctoritate; nam omnia testimonia, quæ ab adversarijs adducuntur ad probandam potentiam obedientialem in aliquibus creaturis, loquuntur universaliter de omni creatura subiecta Deo creatori, ut paulo infra patebit; cum illa allegaverim pro mea secunda conclusione affirmativa de omni creaturâ sine vlla limitatione.

28. Probatum secundo ratione: nam eo ipso quod semel admittatur potentia obedientialis in aliquibus creaturis specificè diversis, debet fundari talis potentia communis illis creaturis in aliquo prædicato communi ipsis creaturis specificè diversis: atqui eo ipso quod fundatur in aliquo prædicato communi illis creaturis specificè diversis, debet admitti ipsa potentia obedientialis in omnibus creaturis: ergo semel admittitur potentia obedientialis in aliquibus creaturis specificè diversis, debet admitti in omnibus creaturis. Maior ostenditur; nam eo ipso quod potentia materialis visiva lucidi colorati v. g. admittatur communis, conveniensque, a aliquibus creaturis specificè diversis, quæ sunt homo, & leo, debet talis potentia fundari in aliquo prædicato communi ipsis creaturis specificè diversis, quale est prædicatum animalis, seu viventis sensibilis, commune homini, & leoni specificè diversis: ergo pariter illa potentia obedientialis communis, conveniensque aliquibus creaturis specificè diversis, debet eo ipso fundari in aliquo prædicato communi ipsis creaturis specificè diversis. Minor vero constat: nam nullum aliud assignabile est prædicatum commune illis creaturis specificè diversis, quibus communis, conveniensque est iuxta adversarios potentia obedientialis, nisi prædicatum Entis creati, ut paulo infra patebit, cum effugia ipsorum adversariorum ex P. Vasquez insinuaverim; atqui eo ipso quod nullum aliud assignabile sit prædicatum commune illis creaturis specificè diversis, nisi prædicatum Entis creati, in quo fundatur potentia obedientialis communis, conveniensque ipsi creaturis specificè diversis, debet

Gggg

debet

debera mitti ipsa potentia obedientialis in omnibus creaturis; siquidem omnibus creaturis & que commune est tale prædicatum Entis creati, in quo fundatur potentia obedientialis; sicut & que commune est omnibus creaturis viventibus sensibilibus prædicatum animalis, in quo fundatur potentia materialis visiva lumbi colorati communis homini, & leonis specificè diversis, iuxta proxime dicta: ergo eo ipso, &c.

29. Conclusio secunda sit. Potentia obedientialis est absolute communis, conveniensque omnibus creaturis ad omnes effectus posibles, seu non implicantes contradictionem. Probatur primò auctoritate, tam Sacræ Sacræ Scripturæ pluribus in locis, quam Sanctorum Patrum diversis testimonijs: sufficiat illud Sapientiæ cap. 19. vers. 6. *Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refiguratur, deserviens tuis præceptis, ut pueri tui custodirentur illesi* prosequiturque recensendo varia miracula patrata à Deo medijs creaturis illi obedientibus, quia *nulla est, quæ possit resistere voluntati Dei.* Audiatur S. Thomas, præsertim in 4. dist. 8. quæst. 1. art. 2. ad 4. ubi eloquitur sic: *Nulla creatura potest agere e, quæ sunt supra naturam quasi principale agens, potest tamen agere quasi instrumentum à virtute increata motum: quia sicut creatura inest obedientia potentia, ut in ea fiat, quicquid creator disposuit: ita etiam ut ea media re fiat, quæ est ratio instrumenti.* Consonant alij Sancti Patres, inter quos S. Augustinus varijs in locis, appellat potentiam obedientialem *sem nobilem in omnibus creaturis*: consulantur lib. 5. de Genes. ad litter. cap. 27.

30. Probatur secundo ratione: nam omnis creatura, utpote Ens creatum, debet habere talem subiectionem, ac dependentiam respectu Dei, ut nulla alia maior possit excogitari pariterque Deus, utpote creator omnium, debet habere tale dominium, ac potestatem respectu creaturæ, ut nullum aliud possit excogitari maius, aut perfectius: atqui si non daretur potentia obedientialis absolute communis, conveniensque omnibus creaturis, ad omnes effectus posibles, seu non implicantes contradictionem, (ad impossibile enim nulla datur potentia) non haberet omnis creatura talem subiectionem, ac dependentiam respectu Dei, nec Deus haberet tale dominium, ac potestatem respectu creaturæ: ergo datur potentia obedientialis

absolute communis, conveniensque omnibus creaturis, &c. Maior constat ex terminis; sic enim omnes ostendimus, omnipotentiam divinam talem esse virtutem productivam omnium creaturarum possibilem, ut nulla alia virtus maior, aut perfectior possit excogitari ad omnes effectus posibles, seu non implicantes contradictionem; *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum*; Lucæ 1. vers. 17. Minor ostenditur: nam esse potest excogitari, ut de facto excogitatur à nobis, alia maior subiectione, ac dependentia respectu Dei, qualis est manifesta in ipsa potentia obedientiali, vi cuius convinceretur subiectum vitæ, & vitæ creaturæ respectu Dei Creatoris, non solum ad effectus naturales, sed etiam ad effectus supernaturales, ac proinde sine vlla limitatione ad omnes effectus posibles, seu non implicantes contradictionem: pariterque potest certe excogitari, ut de facto excogitatur à nobis, aliud dominium maius, ac perfectius, quale est manifestum in potestate utendi creaturæ ad omnes vltus posibles sine vlla limitatione citra iniuriam alterius: illa igitur subiectione, hoc que dominium, ac potestas debent admitti; quæ tamen subsistere nequeunt, nisi admittatur potentia obedientialis communis absolute omnibus creaturis ad omnes effectus posibles: ergo huiusmodi potentia obedientialis admittenda est.

31. Dices primò eum P. Vazquez, Alarcón, & alij; potentiam obedientialem tantum esse admittendam in aliquibus creaturis specificè diversis, v. g. in intellectu creato respectu visionis beatæ supernaturalis, & in igne naturali respectu ignis supernaturalis, quatenus in illis datur aliquis proportio propter correspondentiam formalitatum cause, & effectus.

Contra; cum quia hoc effugium relinquunt in suo robore rationem probandi à me propositam num. 28. cum etiam quæ talis proportio aliquis sufficienter salvatur in correspondentia entis creati, quæ æque relucet in omnibus creaturis: tum denique quia alia maior proportio ex correspondentia formalitatum non est necessaria adhuc in causis æqua vocis naturaliter operantibus, ut patet in Sole respectu hominis, cum *sol, & homo generent hominem*: immò illa permessa, deberet admitti potentia obedientialis in omnibus creaturis natura-

turalibus ad producendos alios similes terminos supernaturales, qualis admittitur ab adversarij, in igne naturali ad producendum alium ignem supernaturalem; & sic de alijs.

32. Dices secundo cum M. A tuenda; potentiam obedientialem non esse admittendam adhuc in intellectu, & voluntate creatis respectu actuum supernaturalium agendorum; siquidem lumen gloriæ; & alij habitus supernaturales sunt tota ratio agendi actus supernaturales.

Contra; cum quia falsitas huius doctrinæ patet ex supra stabilitis à me in Roseto Theologico Mariano, tract. 7. disp. 1. sect. 3. & ex definitione Concilij Tridentini, sess. 6. cap. 5. Can. 4. taliter contra Lutetium, & Calvinum ibi procedentis, ut Recentiores Thomistæ cum Ioanne à Sancto Thoma concesserint concursum activum intellectui, & voluntati creatis respectu actuum supernaturalium, licet contendat de voce appellantes habitum supernaturalem totam rationem agendi quatenus est tota ratio elevandi, ut ibidem adnotatum est. Tum etiam quia falsitas eiusdem doctrinæ convincitur alijs pluribus fundamentis theologis, quæ huius loci non sunt, & quæ videri possunt apud nostrum, nostratæque P. Leonardum, qui virtute leo, nardus odore rationumque robore rupes fidelis, illud figmentum infringit, tom. 1. de Deo, tract. 6. de visione, disp. 10. sect. 3.

33. Replicabis; nam hinc inferitur roborari doctrinam Pelagianorum, aut semi pelagianorum, qui asserbant, nos agere actus supernaturales per virtutem naturalem. Contra; nam hæretici Pelagiani asserbant, nos agere omnes actus supernaturales, semi pelagiani aliquos actus supernaturales, per virtutem naturalem solam, & sine elevatione alicuius principij supernaturalis: hoc autem delirium nanimè roboratur, sed potius poenitus confringitur ex eo quod virtus naturalis impotens secundum se indigeat tali elevatione ad quemlibet actum supernaturalem, respectu cuius habet capacitatem elevabilem; seu potentiam obedientialem, ut supra stabilitum est. De essentia autem entis supernaturalis, eiusque divisione egi ex professo in Roseto Theologico Mariano, tract. 4. disp. 2. sect. 4.

SUBSECTIO II.

OBJECTIONES DILVUNTUR.

34. **O**bjic. 1. Licet potentia materialis visiva habeat rationem Entis creati non minus quàm intellectus humanus, nihilominus non habet potentiam obedientialem ad videndum intuitivè Deum, utpote obiectum spirituale, quàm tamen habet intellectus humanus: ergo ex ratione entis creati non inferitur potentia obedientialis communis absolute omnibus creaturis, utpote quæ potest aliquibus creaturis, ex conceptu specifico, aut individuali earum, repugnare essentialitèr.

35. Respondeo, hoc argumentum tangere difficultatem particularem, quæ infra discutietur inter alias quæstiones selectas Animasticas, ibique ex professo reddam rationem repugnantiam particularis circa impossibilitatem illius effectus, scilicet visionis intuitivæ Dei, cuiuslibet que alterius obiecti purè spiritualis, quæ proveniat à potentia visiva materiali ut tali. Videtur in forma, nego suppositum antecedentis, nempe quod potentia obedientialis à me defensata sit ad effectus impossibiles, seu implicantes contradictionem quorum unus est effectus assignatus in argumento, ut suo in loco demonstrabitur; sed tantum ad effectus omnes posibles, seu non implicantes contradictionem, ut aperte expressum est ipsis in verbis meæ conclusionis, & præfixi tituli huius quæstionis, quæ in hoc sensu ab omnibus Doctoribus investigatur; Nec enim vllus est qui asserat, dari potentiam obedientialem ad producendam chimeram impossibilem, quam nec Deus potest producere ex impossibilitate termini; ut supra cum Divo Thoma adnotabam. Deinde, distinguo consequens; ex ratione entis creati non inferitur potentia obedientialis communis absolute omnibus creaturis, ad effectus impossibiles, seu implicantes contradictionem; concedo consequentiam, cum certum sit ad tales effectus nullam dari potentiam ex ratione entis creati non inferitur potentia communis absolute omnibus

bus creaturis, ad effectus omnes posibles, seu non implicates contradictionem; nego consequentiam, modo hætenus elucidato. Denique, addo ad implicitam probationem, quod cum certum sit, conceptum specificum, & individualem creaturarum realiter identificari conceptu Entis creati, immo etiam ab hoc transcendendi formaliter illos conceptus, ut mihi manifestum est; habeo utique pro comperto, non posse verificari de eadem entitate reali duo prædicata contradictoria physica, qualia sunt, repugnare, & non repugnare eidem entitati essentialiter potentiam obedientialem ad aliquod; & sic de alijs similibus.

36. Hinc infertur facilis solutio ad alia similia argumenta, aut potius ad idem argumentum diversis in materijs formatum, v.g. in lapide non habente potentiam obedientialem ad videndum Deum, nec ad esse gratum Deo, quid quid chimeris, faverit Bona Spes. disp. 8. de creatione, contra firmum iudicium Doctorum, de quo consuli potest P. Quiróz, disp. 76. de Anim. num. 48. Aut in vna creatura ad creandum, seu producendum ex nihilo aliam creaturam; de quo consuli potest P. Comptonus disp. 41. Physic. lect. 6. num. 3. in quo posteriori puncto alibi ostendi, munitis proprium Dei esse creare, ita ut sit causa principalis respectu creature solus Deus, qui proinde merito decatur Creator. Sæpe autem contingit, in aliquibus creaturis dari potentiam obedientialem ad producendum aliquem effectum, quin detur in illis potentia obedientialis ad recipiendum effectum formalem; quatenus sunt subiecta essentialiter incapacia illius effectus formalis; sic que lapis non reciperet effectum formalem gratiæ, nec brutum effectum formalem intelligentiæ, & sic de alijs passim occurrentibus.

37. Objic. 2. Effectus tantum produci potest ab illa causa, quam ipse effectus exigit; atqui gratia non exigit aquam; ergo nequit produci ab aqua adhuc obedientialiter.

Respondeo, hoc argumentum continere gravem difficultatem theologice circa productionem physicam gratiæ sacramentalis ab aqua baptismali; sed ne in extraneam segetem immittam falcem philosophicam sine necessitate, satis nunc solvitur argumentum, si negem maiorem,

quæ falsissima est, siquidem sufficit quod causa habeat virtutem obedientialem, & elevetur a Deo, ad hoc ut effectus possit produci ab illa, & sit dependens ab ipsa, tanquam a causa instrumentali.

38. Objic. 3. Aqua habet inclinationem, & appetitum innatum respectu frigiditatis; atqui simul non haberet, si obedientialiter elevetur ad calorem oppositum frigiditati; ergo.

Respondeo, concedo maiorem, & nego minorem, quia aqua semper appetit innate frigiditatem sibi connaturaliter debitam, secus tamen calorem, qui opponitur tali frigiditati & sub quo violenta est. Nulla autem res habet inclinationem naturalem, nec appetitum innatum respectu termini, qui est illi indebitus connaturaliter, ut obvijs exemplis patet.

39. Objic. 4. Si aqua posset obedientialiter producere calorem in summo, posset destruere se ipsam siquidem talis calor oppositus est virtuti connaturali aquæ; atqui hoc repugnat; ergo.

Respondeo, distinguo maiorem, posset destruere se ipsam, mediare, & indirecte; transeat: immediate, directe; nego maiorem; & minorem, saltem in hoc posteriori sensu, quando quidem experimur, hominem se ipsum destruere, sive se ipsum occidere, dum laqueo se suspendit, aut mortiferum venenum bibit, aut vulnere lethali confusus animam exhalare conatur; ut de aliquibus antiquis hæreticis Sancti Patres merito deplorant.

40. Objic. 5. Actio illa per quam res materialis elevata obedientialiter produceret terminum spiritualem, deberet esse materialis, cum proveniret a principio entitative materiali; atqui simul deberet esse spiritualis, cum reciperetur in termino producto spirituali; ergo implicatoria esset.

Respondeo, nego maiorem, nam licet illa actio proveniret a principio entitative materiali, nihilominus ab hoc dependeret extrinsece tantum; at dependere intrinsece a termino producto spirituali, in quo reciperetur, subindeque esset actio spiritualis, quod illis est actio per quam phantasma materiale producit speciem spiritualement inelligibilem; & sic de alijs similibus. Ratio est, quia res materialis esset tantum principium extrinsecum, & instrumentarium

respectu illius effectus supernaturalis, & effectiois spiritualis. Nec obstat, quod ad vnam rationem formalem ut talem non detur alia ratio formalis; siquidem hæc potest dari, si alia non se habeat ut ratio formalis, sed ut terminus; patet que exemplo unionis humanæ Christi Domini, quæ ut terminus unitur per unionem hypostaticam cum Verbo Divino; sic que potest dari actio actionis, sicut datur unio unionis.

41. Objic. 6. Si res naturalis posset producere abedientialiter terminum supernaturalem, posset utique ipsum producere naturaliter; siquidem effectus potest produci naturaliter a causa habente virtutem productivam illius; atqui hoc repugnat; ergo.

Respondeo, nego maiorem, & distinguo eius implicitam probationem sic: a causa habente virtutem productivam illius, pure naturalem; concedo: non pure naturalem, sed obedientialem indigentem alio comprincipio supernaturali elevante illam ad productionem termini supernaturalis; nego. Solutio constat ex dictis supra num. 33. inde enim clarescit, potentiam obedientialem non esse potentiam pure naturalem ut talem, sed esse potentiam naturalem ut elevabilem, aut elevatam ab alio comprincipio supernaturali, ut docent communiter nostri Jesuitæ contra Thomistas asserentes, esse qualitatem quandam supernaturalem impressam a Deo causæ naturali ad terminum supernaturalem: nulla enim est necessitas convingendi huiusmodi multiplicationem entitatum supernaturalium productione thomistica potentia obedientialis in omnibus creaturis.

42. Objic. 7. Non datur comprincipium elevans, & proportionans potentiam naturalem ad actum supernaturalem; ergo non datur potentia obedientialis ad illum. Probatur antecedens; tum quia Deus tantum potest concurrere in genere causæ activæ, & non in genere causæ passivæ, quæ importat imperfectionem repugnantem Deo: tum etiam, quia sic immutaretur entitas potentia naturalis per elevationem comprincipij supernaturalis; ergo.

Respondeo, nego antecedens; ad cuius primam probationem dico, sufficere quod Deus concurrat in genere causæ activæ, ad hoc ut potentia naturalis elevetur,

& proportionetur respectu actus supernaturalis, quem agit, ac patitur immo etiam sufficit ad hoc ut anima rationalis naturalis solum in genere causæ passivæ, & non activæ, se habeat respectu gratiæ habitualis supernaturalis, quam patitur, seu recipit in se, dum iustificatur, ut omnes fitemur. Nec immutatur entitative intrinsece essentia potentia naturalis per elevationem extrinsecam, quæ ipsi ut tali accidentalis est; sicut nec immutatur essentia potentia naturalis intellectiva per speciem impressam, sine qua nequit agere, ac pati intellectionem, siquidem ex obiecto (cuius vicaria est species impressa) potentia patitur notitia; & sic de alijs.

43. Objic. 8. Potentia obedientialis ad omnes effectus posibles esset infinita simpliciter; siquidem ideo talis est omnipotentia Divina, quia eius virtus extenditur ad omnes effectus posibles, qui infiniti sunt; atqui hoc repugnat creaturæ pure tali; ergo & potentia obedientialis.

Respondeo, nego maiorem, & causalem eius implicitam probationem; nam ideo Omnipotentia Divina est infinita simpliciter, quia est divina virtus a se, & imparticipata ab alio, ita ut ratione illius Deus sit causa prima principalis respectu omnium posibles; at potentia obedientialis est virtus creata ab alio, & per participationem, ac elevationem, quæ convingit eius indigentiam, ita ut ratione illius pura creatura sit causa tantum secunda instrumentalis ad omnes effectus posibles, qui infiniti sunt, non simpliciter, sed secundum quid, sive secundum numerum; sicut etiam infiniti sunt actus intellectuales, quos potest elicere meus intellectus, quin eius virtus naturalis sit infinita simpliciter. Inde enim infertur virtus creata infinita secundum quid, quæ minime repugnat, sed potius commendat virtutem Omnipotentia Divina infinita simpliciter, scilicet secundum intensivum ipsius, & secundum extensivum termini producibilis ab ipsa independentem ab elevatione, & subiectione propria potentia obedientialis, quæ est tertia creata ut talis, cum fundatur in prædicato Entis creati, quod quidem est essentia metaphysica creaturæ ut talis.

44. Objic. 9. Si daretur potentia obedientialis in rebus creatis elevabilibus

Hhhh

ab

ab Omnipotentia Divina, etiam daretur in personalitatibus divinis, ut potest quæ possunt elevari ab ipsa Omnipotentia Divina: atqui hoc posterius non admittitur: ergo nec illud prius admittendum est.

Respondeo, nego maiorem absolute, quod quidquid sentiat P. Ripalda, tomo 1. de Ente supern. lib. 2. disp. 41. sect. 8. num. 63. licet ibi non audeat omnino affirmare, sed asserat, alicuius gravis Theologi iudicium desiderare. Ratio negandi est, quia elevabilitas dicit necessario subiectionem, inferioritatem, & imperfectiorem virtutis indigentis elevatione respectu causæ principalis elevantis: hoc autem repugnat essentialiter personalitatibus divinis æque perfectis, ac æqualibus Omnipotentia Divina; nec tamen repugnat, sed potius congruit creaturis, ut satis hætenus exploratum est.

SECTIO III.

*AN CAUSA FINALIS MOVEAT
secundum esse reale, vel secundum esse
apprehensum?*

46. **D**iscussio huius questionis necessaria est pro plena notitia eorum, quæ in Roseto Theologico Mariano dicta sunt circa causam finalem motivam mysterij Incarnationis in Virgine Matre: licet autem discutienda veniat sub communi præfixo titulo, non satis sub illo exprimitur difficultas huius questionis, ut notabam lib. 3. Physic. siquidem in re inquirat, an Finis, seu causa finalis, moveat ad actum voluntatis, secundum esse obiectivum bonitatis, vel secundum esse intentionale cognitionis, quod etiam reale est? Unde in decursu questionis fatentur omnes unanimiter, sub *ly esse reale* intelligi esse obiectivum, quatenus debet comprehendere esse fictivum obiectivum, & non reale, entis rationis finalizantis, ac moventis voluntatem suo modo, suaque bonitate ficticia quæ totum suum esse habet obiectivè in potentia fingente, aut falso applicante idem citatem extremis realibus repugnantem, sive existentiam non existentibus, & sic de alijs figuris.

SUBSECTIO I.

RELICTIS ALIORUM PLACITIS, PRIMUM IUDICIUM FERTUR.

47. **T**homistæ antiquiores secuti à nonnullis Recentibus laudatis à Mag. Ortiz, tract. 6. conf. 1. & Spinula disp. 8. sect. 3. conel. 4. existimant, solam cognitionem bonitatis obiectivæ esse adæquatam rationem formalem finalizandi, & movendi voluntatem. Alij vero Recentiores Thomistæ apud P. Peinadū hic, sess. 2. num. 10. autumant, totam rationem formalem finalizandi, & movendi voluntatem esse bonitatem obiectivam cognitam, taliter ut cognitio sit mera conditio, aut applicatio bonitatis obiectivæ finalizantis: suffraganturque in re plerique Scotistæ, & Jesuitæ cum suis primarijs Doctoribus, licet aliqui cum P. Linceo tract. 10. lib. 4. cap. 2. teneant, bonitatem obiectivæ esse rationem formalem motivam, & cognitionem esse rationem formalem impulsivam. Sed his placitis relictis, dum ad eorum fundamenta diluenda in argumentorum soluatione devenio, alio modo rem explare, claritatis gratia fas est.

48. **C**onclusio igitur sit. Finis, ut terminativus voluntatis, est sola bonitas obiectiva, taliter ut cognitio requiratur tantum tanquam prævia conditio, uti requiritur ad quemlibet actum voluntatis: aut finis, ut causativus, sive ut causa finalis, ratioque formalis finalizans, ac movens voluntatem ad prosecutionem sui, est bonitas obiectiva, simul ac cognitio ipsius bonitatis obiectivæ. Unde proportione servata idem dicendum est de malitia obiectivæ ad actum odij per modum fugæ, ac recessus. Sed quia hæc verà conclusio continet duplicem partem, per partes utique probanda est, ne confusio subortiat.

49. **P**robatur conclusio quoad priorē partem: nam finis ut terminativus voluntatis est id, quod terminat actum voluntatis intendentis, ac desiderantis ipsius finem, sive eius affectionem per media: atqui ita se habet sola bonitas obiectiva, taliter ut cognitio requiratur tantum tanquam prævia conditio, uti requiritur ad quemlibet actum voluntatis: ergo finis ut

ter-

terminativus voluntatis est sola bonitas obiectiva, taliter ut cognitio requiratur, &c. Maior est clara; minor vero constat: tum ex eo quod sola bonitas obiectiva sanitatis, v. g. est id, quod intendit voluntas hominis ægroti ut bonum utile, quo tunc caret; secus verò cognitio sanitatis, siquidem non caret cognitione sanitatis, sed potius habet, ac possidet tunc cognitionem sanitatis, quin tamen possideat id, quod intendit ut finem, dum caret sanitate: tum etiam ex eo quod bonitas sola obiectiva sanitatis v. g. est, id quod terminat intentionem, ac desiderium voluntatis: ita ut eius absentia pariat tristitiam, ac maiorem; secus verò cognitio sanitatis v. g. talis, quæ tantum requiritur tanquam prævia conditio, ne cæca voluntas feratur in incognitum: ergo.

50. **F**irmatur, & confirmatur ratio: nam si infirmus, seu ægrotus homo rogetur, cur apponat media ordinata ad finem intentum sanitatis, qualia sunt portio amara, & effusio sanguinis, alia que similia? Certè non respondebit, quia intendo, ac desidero cognitionem sanitatis; sed respondebit, quia intendo, ac desidero sanitatem, quam cognosco futuram mihi bonam, & utilem simpliciter. Ratio autem huius desumitur: tum ex eo quod amor terminatus ad finem est amor desiderij; desiderium autem terminatur ad bonum absens; bonum denique absens tunc est sola sanitas, secus verò cognitio præsens actualiter illuminans voluntatem hominis ægroti pro desideranda sanitate. Tum etiam ex eo quod sola bonitas obiectiva se tenet ex parte termini finalis: cognitio autem se tenet ex parte potentia intendentis terminum finalem, nempe ex parte voluntatis, quam illuminat per modum præviæ conditionis, quatenus nihil est volitum, quin sit præcognitum: ergo sola bonitas obiectiva est finis ut terminativus voluntatis, cognitio verò est prævia conditio requisita pro amore finis, scilicet abstractivè sumpto.

51. **P**robatur conclusio quoad posteriorē partem: nam finis ut causativus, sive ut causa finalis, dicit essentialiter virtutem causandi finaliter, seu finalizandi, movendi, attrahendi, ac invitandi moraliter directivè, & quasi sua sive; secus verò physice effectivè, ut ex eius definitione essentiali mihi, alijsque pluribus, planum est:

hoc autem munus totum, quantum est, non salvatur nisi in simultate bonitatis obiectivæ, & cognitionis, quæ quidem directiva est. Deinde, dicit essentialiter prioritatem naturæ, seu causalitatis, eo modo quo est causa, scilicet non in genere physico, sed in genere intentionali, quandoquidem finis non existens intentionaliter ut cognitio, v. g. sanitas ut præcognita ab homine ægroti, causat finaliter, seu finalizat, & movet voluntatem ad prosecutionem sui: hoc autem non subsistit nisi in cōiuncto, seu complexo bonitatis obiectivæ, & cognitionis: ergo finis ut causa finalis ratioque formalis finalizans, ac movens voluntatem ad prosecutionem sui, est, bonitas obiectiva simul, ac cognitio ipsius bonitatis obiectivæ.

52. **C**onfirmatur: nam iuxta plures adversarios, causa exemplaris v. g. talis consistit adæquate, & salvatur simpliciter in simultate rei obiectivæ, quæ est exemplar obiectivum, & cognitionis, quæ est exemplar formale: ergo pariter causa finalis v. g. talis, sive finis ut causativus, consistit adæquate, & salvatur simpliciter in simultate bonitatis obiectivæ, & cognitionis, seu apprehensionis, siquidem in complexo utriusque, & non aliter, salvatur ratio causæ moraliter moventis, quæ de mera conditione non verificatur.

53. **D**enique, mea conclusio quo ad utramque partem conformis est doctrinae Angelici Præceptoris D. Thomæ, varijs in locis, ut videre est 1. 2. quæst. 3. 1. art. 3. & 2. 1. quæst. 30. articulo 1. ubi docet, finem dicere apprehensionem præter rem apprehensam, ad hoc ut causet finaliter. Unde fit, quod finis ut terminativus distinguatur aliquo modo à fine ut causativo, siquidem esse terminativum præsupponit esse causativum finaliter, ut patet ex eo quod valeat hæc causalis, *Ideo bonitas obiectiva terminat amorem voluntatis, quia hæc movetur à causa finali*: non tamen valeat è contra; *ideo movetur, quia bonitas obiectiva terminat amorem*. Hæc tamen omnia amplius constabunt argumentorum solutione, ad quam accedo.



SVBSECTIO II.

RESPONDETUR OBJECTIONIBVS.

54. **O**bjc. 1. Finis vt cognitus, seu bonitas obiectiva vt cognita, terminat intentionem voluntatis: ergo non sola bonitas obiectiva, sed etiam cognitio, supra quam cadit illa reduplicatio, est Finis vt terminativus.

Respondeo, in primis hoc argumentum retorqueri manifeste in favorem meae conclusionis quoad posteriorem partem; siquidem Finis vt cognitus, seu bonitas obiectiva vt cognita, causat finaliter, movet que voluntatem ad intentionem, & amorem sui: ergo non sola bonitas obiectiva, sed etiam cognitio, supra quam cadit illa reduplicatio, est Finis vt causativus. Sed in forma directe distinguo antecedens, ita vt sensus sit; quod bonitas obiectiva non terminaret intentionem voluntatis, nisi cognosceretur, seu proponeretur talis bonitas voluntati per cognitionem tamquam per conditionem præviam, quatenus *nihil est volitum, quin sit prae cognitum*; concedo antecedens: ita vt sensus sit, quod cognitio simul cum bonitate obiectiva terminet intentionem, seu amorem voluntatis; nego antecedens, & consequentiam; cuius implicita probatio nullius momenti est, siquidem reduplicatio illa cadit supra cognitionem tantum supra conditionem præviam tantum; sicut in his propositionibus, *ignis vt approximatus calefacit: materia prima vt desposita recipit formam substantialem*, reduplicatio cadit supra approximationem, & supra dispositionem, tanquam supra conditionem præviam tantum, vt fatentur adversarij: immò etiam fatentur, per illam intentionem, seu amorem desiderij, de quo procedit argumentum, amari bonum vt absens, ita vt reduplicatio hæc non arguat absentiam boni amari, seu terminare amorem voluntatis desiderantis.

55. **R**eplicabis: cognitio illa habet in se ipsa aliquam bonitatem: ergo ipsa cognitio erit terminus, & ratio formalis respectu illius intentionis, seu amoris voluntatis.

Respondeo, distinguo antecedens; ita vt talis bonitas cognitionis sit terminus respectu ipsius intentionis, seu amoris voluntatis, quam dirigit ad Finem nego antecedens: aliter, si vt respectu alterius vterioris amoris, qui potest terminari ad talem bonitatem cognitionis; concedo antecedens: de inde nego consequentiam, quia respectu illius prioris amoris terminati ad Finem sanitatis, v. g. se habet de materiali talis bonitas cognitionis prioris; licet possit se habere de formali ad terminandum aliam posteriorem amorem ex directione alterius cognitionis proponentis voluntati illam bonitatem: ratio est, quia id, quod se habet de formali in illa priori cognitione sanitatis, ad dirigendam ac illuminandam voluntatem est ratio illuminationis, secus vero ratio bonitatis vt talis formaliter: at huiusmodi ratio bonitatis relucens in illa cognitione potest se habere de formali respectu alterius actus, quatenus potest proponi vt amabilis voluntati; sicut proponitur saepe vt amabilis bonitas alicuius notitiæ scientificæ, & sic de alijs similibus.

56. **O**bjc. 2. Omne id, quod tantum se habet tanquam conditio præviam, seu prærequisita, potest suppleri à Deo: ergo si cognitio sanitatis non est terminus formalis, sed mera conditio respectu Finis vt terminativi, poterit suppleri à Deo, subindeque poterit voluntas ferri in incognitum.

Respondeo, hoc argumentum esse commune ad versus quemlibet actum voluntatis, ac proinde adversarij tenentur respondere, si fiat retortio. Sed directe distinguo antecedens; si se habeat tanquam præviam conditio prærequisita connaturaliter tantum; concedo antecedens: si se habeat tanquam præviam conditio prærequisita essentialiter; nego antecedens, & consequentiam; nam inter puras prævias conditiones necessarias, siue necessario requisitas, dantur aliqua prærequisita connaturaliter tantum, qualis est approximatio ignis ad comburendam, subindeque possunt suppleri à Deo operante contra connaturalem exigentiam rerum; danturque alia conditiones prærequisitæ essentialiter, qualis est vbiatio rei ad operandum, subindeque nequeunt suppleri à Deo; siquidem Deus non potest efficere aliquid con-

contra essentias rerum, vtpote implicitorium, ac impossibile simpliciter: huius igitur posterioris modi est cognitio prærequisita essentialiter tanquam conditio ad actum voluntatis, ita vt hæc non possit adhuc divinitus ferri in incognitum, vt tenet firmum iudicium Doctorum ex Aristotele lib. 3. de Anima; S. Augustino, lib. 3. de lib. arbit. S. Thoma i. p. quæst. 8. art. 1.

57. **O**bjc. 3. Cognitio est specificativa actus voluntatis: atqui conditio non est specificativa actus, seu operationis: ergo cognitio non est conditio respectu actus voluntatis tendentis in Finem vt terminativum.

Respondeo in primis factâ retortione circa Finem vt causativum finaliter; nego directe maiorem; nam d. veritas specifica actus voluntatis v. g. desiderij, aut gaudij, non provenit à cognitione, sed à diverso modo tendendi actus voluntatis circa bonitatem obiectivam; sicut diversitas apprehensionis, iudicij, & discursus, provenit etiam à diverso modo tendendi circa veritatem obiectivam; & sic de alijs similibus.

58. **O**bjc. 4. Omnis conditio prærequisita, cuius est conditio, constituta in actu primo: atqui cognitio non præsупponit Finem vt terminativum voluntatis constitutum in esse talis: ergo cognitio non est conditio respectu Finis vt terminativi actus voluntatis.

Respondeo, maiorem laborare æquivoco, quia potest intellegi de re constituta in ordine ad se, & sic est vera; aut constituta in ordine ad aliud, & sic est falsa circa conditionem prærequisitam essentialiter ad capacitandum subiectum in actu primo, vt alibi explanatum est. Sed adhuc omnia maiori, nego minorem: nam bonitas obiectiva sanitatis respectu hominis ægroti, v. g. est finis terminativus, & cognoscibilis, seu intelligibilis secundum se; subindeque cognitio actualis solum requiritur ad hoc vt actu cognoscatur; seu intelligatur, & actu terminet intentionem voluntatis, tanquam conditio requisita essentialiter, ne voluntas actu feratur in obiectum incognitum, vt satis expositum est. Hoc totum clarescit, si ratio causalis expendatur; siquidem non ideo sanitas habet bonitatem cognoscibilem, & terminativam amoris, quia actu cognoscitur, &

actu terminat amorem; sed potius è contra, ideo sanitas actu cognoscitur, & actu terminat amorem, quia habet bonitatem cognoscibilem, & terminativam amoris.

59. Ex dictis facillime solventur alia argumenta, que possunt occurrere, & que possunt retorqueri vtpote ad faventia posteriori parti meae conclusionis. Nec desunt alia, que pendent à resolutione aliarum quaestionum, in quibus proinde nos assest immorari, cum quisque iuxta propria principia procedere teneatur.

SECTIO IV.

AN DEVS POSSIT PRODUCERE, SEPTIMUM reddere actualiter existens, infinitum categoremericum creaturarum?

60. **H**oc magni ponderis punctum saepe in Roseto Theologico attatum est, præsertim vbi de infinitudine gratiæ, & gloriæ Deiparæ Dominæ, disputatum est. Sed cum de infinito disputatum videtur philosophiam, non desinam exclamare: Ludine humana philosophia, an illudis? Quæ pergis audax, dum infinitum affirmas, nec minus audax, dum negas? Affirmas quod non capis; negas, quod nescis; inquieta sane res humana mens, cuius limites carere limitibus, vnde ignorantiam reputat, nisi infinitum attingat: inquit inquit, vbi nihil est primum; indagat terminum, vbi nihil est extremum; addit numerum infinito, nec extendit; detrahit partes, nec imminuit; partitur, nec dividit; percellit, nec lædit; & post tot iniurias id vocat infinitum, quod nec potest fieri maius, nec esse minus; quod nihil habet primum, nihil ultimum; & dum sic philosophatur, id dicit, quod nescit; id docet, quod minime intelligit: ac tandem, vt audacius crederet procedens in infinitum, de Deo optimo Maximo investigat, an possit infinita producere in actu, qui est infinitus per essentiam, subindeque sint infinita, que nunquam sunt finienda?

61. In infinitum procederet descriptio infiniti, nec extra spheram infiniti extraheretur; intra illa igitur pugnabimus. An dāba-

dabatarum eorum more, & modo caeca virimque pugna, & dubia victoria. Sed antequam ad manus veniamus, præsupponenda sunt nonnulla notamenta. Primum, esse possibile infinitum categorematicum, quale est aggregatum omnium creaturarum in statu possibilitatis, ut tenent communiter Doctores cum Angelico 1. part. quæst. 14. art. 12. apud P. Peinadam, lib. 4. Physic. disp. 3. sect. 2. num. 14. Secundum, definiti communiter infinitum categorematicum, sive in actu, sic: *Id quod habet tot, quin plura habere possit*: est infinitum sine categorematicum sic; *id quod non habet tot, quin plura habere possit*; subindeque hoc dicitur infinitum in potentia, & clariori modo dilucidatur, dum dicitur esse *id quod habet tot, ut plura habere possit*. Tertium est aliquas creaturas posibles secundum se sed incompósibiles inter se, quatenus nequeunt simul coexistere; v. g. assensum, & dissensum implicare circa idem obiectum in eodem intellectu; & sic de alijs similibus quæ infra dependuntur.

SUBSECTIO I.

SENTENTIÆ REFERUNTUR; ET PROPRIA SINGULARITER STATUITUR.

62. **P**rima sententia absolute negat de omni infinito categorematico secundum multitudinem, extensionem, & intentionem; ita communiter Thomistæ cum suo Principe Caietano, & Complutensibus hic, disp. 18. Scotistæ cum suo Subtili Scoto, licet in re problematicus appareat in 1. dist. 2. quæst. 3. Jesuitæ que non pauci cum Eximio Doctore Suarez, disp. 5. Met. sect. 17. num. 16. cui plaudic alter Suarez illustratus, assensiturque Spinula, disp. 9. sect. 2. & 3. à num. 12. hanc denique sententiam illustravit sol Peruanus P. Ioannes Perez de Menacho, huius Limanæ urbis, orbisque Peruvici decus ac decor, cui aliquid laudis addidisse, ademilse utique videretur.

63. Secunda sententia absolute affirmat de omni infinito categorematico; ita utrumque luminare maius, & minus; hermani fratres, PP. Leonardus, ac Ildesofus de Peñañel, cum Acutissimo Doctore

Vasquez, tom. 1. in 1. part. disp. 26. cap. 2. suffraganturque communiter Neoterici allegantes pro se Aristotelem, S. Augustinum, S. Thomam 1. part. q. 10. art. 5. hanc que sententiam sequuntur PP. Arriaga, Hurtado Oviedo, Lynce Compton, Peynado, & Illustrissimus Ioannis; disp. 25. cap. 2. num. 12.

64. Conclusio mea sit: Deus nequit producere, nec reddere actualiter existens infinitum categorematicum omnium creaturarum possibilem; valet tamen producere, & reddere actualiter existentes aliquas collectiones partiales infinitas categorematice (salm secundum multitudinem, seu numerum) in sua linea. Hæc conclusio media est, & continet duplicem partem; nec in re adversantur utriusque Doctores aliqui proxime citati.

65. Probatum conclusio quoad priorrem partem: nam infinitum categorematicum omnium creaturarum possibilem ita includit omnes creaturas posibles secundum se, ut simul includat aliquas creaturas incompósibiles inter se essentialiter, sive incompósibiles essentialiter, scilicet quæ dicunt essentialiter oppositionem adhuc divinitus invincibilem quoad simultaneam coexistentiam; quatenus licet dicant *simultatem possibilitatis*, seu sint posibles simul secundum se in statu puræ possibilitatis, nihilominus non dicunt *possibilitatem simultatis*, sed potius impossibilitatem simultatis in statu actualis existentie, ut potest quæ sunt incompósibiles essentialiter, sive incompósibiles essentialiter quoad simultaneam coexistentiam, adquam revocatur, ac reducitur earum oppositio essentialis: atqui eo ipso nequit Deus producere; nec reddere actualiter existens infinitum categorematicum omnium possibilem; ergo. Maior constat ex terio præsupposito notamento proxime facto num. 61. ubi appositum exemplum assensus, & dissensus circa idem obiectum simul in eodem intellectu; idemque est de amore efficaci, & odio efficaci simultaneo circa eundem terminum in eadem voluntate; deinde, idem est de duplici formâ substantiali simultanea in eadem materia, ut cum Thomistis tenet laudatus P. Vasquez, tom. 1. in 3. p. disp. 29. cap. 4. num. 23. denique, idem est de actu supernaturali Fidei, & termino opposito simultaneo; sic que de alijs similibus incompósibilibus essentialiter.

66. Mi-

66. Minor ostenditur; nam eo ipso fieri, & quod si Deus produceret infinitum categorematicum omnium creaturarum possibilem, sequeretur manifesta implicancia contradictionis, scilicet Deum reddere actualiter existens infinitum categorematicum omnium creaturarum possibilem, ut supponitur; & simul non reddere actualiter existens infinitum categorematicum omnium creaturarum possibilem, ut convincitur sic: infinitum categorematicum est *id quod habet tot, quin plura habere possit*; ut constat ex ipsius definitione essentiali proxime præsuppositâ num. 61. atqui in tali casu Deus non redderet actualiter existens *id quod habet tot, quin plura habere possit*; siquidem non redderet existentes actualiter omnes illas creaturas posibles, quæ sunt incompósibiles, seu incompósibiles actualiter, & quas nuperime assignavi num. 65. subindeque *plura habere possit*, v. g. dissensum destructo assensu & actu supernaturali Fidei destructo termino opposito; sic que de alijs pluribus possiblem absolute secundum se: ergo.

67. Ratio à priori est, quia cum Deus nequeat operari contra id, quod est de essentia creaturarum; nequeat utique operari contra essentialem oppositionem earum creaturarum circa simultaneam coexistentiam actualem in eodem intellectu, aut in eadem voluntate; proindeque restarent plures creaturæ posibles in statu puræ possibilitatis, quæ non redderentur actualiter existentes; ut aperte constat ex dictis.

68. Probatum conclusio quoad posteriorem partem: nam repugnancia nulla est in eo quod Deus producat; & reddat actualiter existentes aliquas collectiones partiales, v. g. omnes homines posibles, & omnes leones posibles; ut potest qui non habent tantum *simultatem possibilitatis*, sed etiam *possibilitatem simultatis*, nec tantum sunt posibles; sed etiam compósibiles, seu coexistibiles, sine vlla oppositione essentiali circa simultaneam coexistentiam; ut desce clarescit: atqui tales collectiones partiales, & aliæ similes; essent infinitas categorematice (salm secundum multitudinem, seu numerum) in sua linea; quandoquidem collectio illa omnium hominum haberet *tot homines, quin plura habere possit*; & sic de alijs similibus collec-

tionibus in sua linea: ergo Deus valet producere, & reddere actualiter existentes aliquas collectiones partiales infinitas categorematice (salm secundum multitudinem, seu numerum) in sua linea, seu in earum linea.

69. Dixi, *salm secundum multitudinem, seu numerum*, quia nulla est repugnancia in eo quod simili modo discurrendi probetur Deum posse producere, & reddere actualiter existente aliquas creaturas infinitas categorematice *secundum magnitudinem, seu extensionem* in sua linea; ut argumentorum solutione constabit. At repugnancia infinitudinis categorematice *secundum intentionem* in gratia habituali, satis constat ex dictis in Roberto Theologico Mariano, tract. 6. disp. 1. sect. 1. & ratione ibidem propositâ ex P. Vasquez, quidquid sit de tenore consequentiæ in doctrina huius Auctoris; immo infra etiam constabit, nullum esse fundamentum ad probandam possibilitatem qualitatis, adhuc ordinis naturalis, quæ sit infinita categorematice secundum intentionem, seu in categorica intentione graduati. Vide infra subsect. 5. à n. 92.

SUBSECTIO II.

PRÆOCUPANTUR EFFUGIA.

70. **D**ices primo, ex ratione probandi conclusionem inferri tantum, Deum non posse reddere actualiter existentem simultaneam earum rerum, quæ impossibilis est. Contra, nam hinc manifeste inferatur, quod cum Deus nequeat reddere actualiter existentem simultaneam earum rerum, nequeat utique reddere actualiter existentes, seu coexistentes, omnes creaturas contentas intra collectionem omnium creaturarum possibilem; subindeque licet hanc collectionem totam vellet producere, nequeat reddere actualiter existens infinitum categorematicum, sive *id quod habet tot, quin plura habere possit*; in statu puræ possibilitatis, secus tamen in statu actuali existentie; ut supra ostensum est. Habent igitur illæ res posibles *simultatem possibilitatis* in statu puræ possibilitatis, nec tamen habent *possibilitatem simultatis*; seu ad simultaneam in statu actuali existentie; quia;

quia essentialiter incoexistibiles sunt.

71. Dices secundò, inde inferri, impossibilem esse totam collectionem creaturarum possibilium, siquidem esset repugnans existere: Contra, totam collationem creaturarum possibilium esse impossibilem quia implicatorium est, quod tamen nunc de facto inferretur; si valeret modus quo ad veritatem discurrunt: hoc tamen absurdum non inferretur ex mea probatione; siquidem ad hoc ut aliquid sit impossibile; debet esse repugnans existere modo possibili; collectio autem creaturarum possibilium non est repugnans existere modo possibili, scilicet tanquam infinitum syncategorematicum, sed modo impossibili, videlicet tanquam infinitum categorematicum; eo quod includat aliquas creaturas incoexistibiles essentialiter in statu actualis existentiae; unde illa repugnantia non est absoluta quoad creaturas posibles, sed respectiva quoad creaturas incoexistibiles; seu incoexistibiles essentialiter; ut satis exploratum est.

72. Replicabis: Deus potest producere rem, quam cognoscit esse possibilem, seu non repugnantem existere: atqui Deus cognoscit collectionem creaturarum possibilium esse possibilem, seu non repugnantem existere: ergo. Respondeo, distinguo maiorem; eo modo, quo cognoscit illam rem esse possibilem, seu non repugnantem existere; concedo maiorem: alio modo impossibilem; nego maiorem: unde constat solutio ad maiorem ex nuper dictis num. 71. nam Deus comprehendens collectionem creaturarum possibilium cognoscit in ipsa contineri aliquas creaturas, quae licet simul sint posibles, habeantque simultatem possibilitatis, nihilominus non sunt simul coexistibiles, nec habent possibilitatem simultatis, si ve ad simultatem in statu actualis existentiae; subindeque non posse hoc modo produci; scilicet quoad modum infinitudinis categorematicae repugnantis illis in statu actualis existentiae, seu coexistentiae actualis.

73. Dices tertio nullum sequi inconveniens ex re possibili posita in actu existentiae. Contra, nam licet nullum sequatur inconveniens ex re possibili posita in actu existentiae, modo possibili; & compossibili; nihilominus ex re possibili posita in actu existentiae, modo impossibili, & incompossibili, sequitur inconveniens,

quod supra probatum est num. 66.

74. Sed ut alia effugia praeludantur, & tota mea doctrina firmior permaneat, praeculis habendum est; quod licet adhuc in statu possibilitatis res supra recensite incompossibiles sint essentialiter in sensu composito, seu copulativo; nihilominus sunt simul posibles in sensu diviso, seu disiunctivo, v. g. assensus, & dissensus, actus fidei supernaturalis, & terminus oppositus quorum reuter impossibile est ab intrinseco secundum se: aut in statu actualis existentiae sunt incompensabiles essentialiter, ita ut in nullo sensu sint simul coexistibiles; siquidem nec in sensu composito, seu copulativo, nec in sensu diviso, seu disiunctivo possunt esse simul coexistentes, aut simul existentes in statu actualis existentiae, quando quidem coexistere, aut simul existere, dicitur essentialiter simultaneam existentiam, quae essentialiter repugnat illis rebus. Unde in statu possibilitatis verificatur de illis, esse simul posibles disiunctivè; est in statu actuali existentiae nequit verificari de illis, esse simul existentes disiunctivè, cuius hoc sit implicatorium in terminis: subindeque illae res habent simultatem possibilitatis, secus tamen possibilitatem simultatis, simultatem ve pro statu actualis existentiae ut alibi loquuntur ad veritatem.

75. Hinc fit, quod in statu possibilitatis non desideretur, nec restet aliquid superaddendum omnibus possibilebus, seu collectioni omnium possibilium; aut in statu existentiae restaret aliquid superaddendum omnibus existentibus, seu collectioni omnium existentium, nempe res in coexistibiles cum alia re existente, cui essentialiter opponitur quoad simultaneam coexistentiam; subindeque collectio omnium possibilium nequit a Deo produci, nec reddi actualiter existens sub ratione infiniti categorematici, quando quidem semper restaret aliquid possibile superaddendum, ne existeret id quod habet tot, qui in pluribus habere possit, nempe infinitum categorematicum omnium creaturarum possibilium in omni linea.



SVB.

SVBSECTIO II.

ARGUMENTA ADVERSA INFINITUDINI COLLECTIONIS PARTIALIS SECUNDUM NUMERUM EVERTUNTUR.

76. **O**bjc. 1. Apud omnes Philosophos certum est, totum esse maius sua parte: atqui hoc esset falsum, si posset produci a Deo partialis collectio creaturarum infinita categorematicè secundum multitudinem, seu numerum, secus tamen tota collectio omnium creaturarum possibilem: ergo.

Respondeo, maiorem negari in praesenti puncto ab aliquibus Philosophis, quos ducunt PP. Conimbricenses. hic. quaest. 2. §. pro explicatione: sed illa admittitur, nego maiorem, nam eo ipso quod illa partialis collectio infinita categorematicè sit pars totius collectionis omnium creaturarum possibilem, ita ut haec tota dicat aliquid amplius praeter illam partem, seu partialem collectionem, convincitur quod totum illud est infinitum, licet haec in sua linea sit infinita categorematicè secundum multitudinem, seu numerum; restant enim aliae lineae in tota illa collectione omnium creaturarum possibilem, quae est totum aethero-geneum; imò ipsa instanti purè possibilitatis est infinita categorematicè, ut praenotatum est supra num. 61.

77. **O**bjc. 2. Si produceretur a Deo collectio omnium hominum, v. g. posset talis collectio dividi in duas medietates: atqui tales duae medietates seorsim supra, si ve quae libet ex illis, haberent aequalitatem, & non minoritatem; respectu illius collectionis; siquidem aequè constarent infinities infinitis hominibus: ergo.

Respondeo, omittit maiorem, & nego maiorem; nam licet utraque illa medietas sibi sumpta esset infinita categorematicè; ut potè indistincta à tota illa collectione hominum; aut quae libet medietas ex illis seorsim sumpta esset infinita syncategorematicè tantum, siquidem ita constaret infinities infinitis hominibus, ut posset habere plures alios infinities infinitos homines contentos in alia medietate

seorsim considerata, ut ex ipsa suppositione argumenti clarescit, & ex definitione utriusque infiniti, nempe categorematicè ac syncategorematicè talis convincitur, ut videre est citato numero 61.

78. **O**bjc. 3. Semel producta collectione illa infinita hominum, posset Deus destruere unum hominem ex illis, & postea reproducere ipsum hominem, quem de novo superadderet illi collectioni infinitae hominum: atqui in tali casu illa collectio permanisset infinita; siquidem finitum additum finito non facit infinitum: ergo.

Respondeo, admitto maiorem; & distinguo maiorem; in tali casu illa collectio permanisset infinita, infinitudine categorematicè; nego maiorem; infinitudine syncategorematicè; concedo maiorem: nam eo ipso quod illi posset superaddi de novo homo reproductus, non permanisset in esse infiniti categorematicè talis; sed syncategorematicè infinitudine frueretur, donec iterum superaddito illo homine existente, haberet in statu actualis existentiae tot homines, quin alium ultra habere posset: subindeque salva manet veritas allegari axiomatis, videlicet, finitum additum finito non facit infinitum, siquidem in tali casu finitus homo reproductus non adderetur finito, sed infinito syncategorematico; ut ex utriusque infiniti definitione essentiali perspicuum est.

79. Hanc doctrinam veram reputo, secus tamen aliam communem asserentem in tali casu mansuram illam collectionem in esse infiniti categorematicè talis, eo quod ille homo destructus non esset pars essentialis, sed tantum pars integralis respectu illius collectionis infinitae categorematicè, quae proinde permaneret in suo esse essentiali; sicut manet homo essentialiter talis, licet deficiat pars integralis ipsius hominis. Contra enim est, nam cum termo sit de infinito categorematico secundum multitudinem, seu numerum, & quaestio procedat de infinito categorematico quoad universum ut tali formaliter; nequit utique dici pars integralis, sed pars essentialis constitutiva, omne id, quod facit numerum in illa linea, formaliter scilicet addendo, aut minuendo, si ve maiorando, aut minorando numerum in illa linea formaliter, si quidem sic non habet materialiter, sed formaliter ad rationem

Kkkk

nem

nem numeri infiniti categorematice, qui *habeat tot quin plura* aut plus, habere possit in sua linea, quasi consistat in indivisibili ex vi huius definitionis essentialis infiniti categorematice talis; alioquin idem liceret dicere, si destrueretur centum, aut mille homines. Sic etque deficit numerus centenarius hominum ut talis formaliter, deficiente vno homine, ac deficientibus decem hominibus, & sic de alijs. Cum autem aliter non se habeat homo in esse hominis essentialiter, & salvetur definitio essentialis ipsius, adhuc deficiente al qua parte integrali, v. g. pede, non currit paritas æquo pede, nisi fortassis applicetur infinito syncategorematico, quod quidem posset permanere in suo esse, adhuc deficiente vno, vel alio homine, cum sine salvaretur veritas eius definitionis essentialis, scilicet quod *habeat tot, quod plura habere posset*, ut supra latè expostum est.

80. Objic. 4. Per instantiam. Unitas numerica est constitutiva solius numeri finiti: ergo. Probatur antecedens primo; quia omnis quantitas discreta, seu numerica est numerabilis, iuxta Aristotelem; id autem quod numerabile est, debet esse finitum. Probatur secundo; quia *finitum additum finito non facit infinitum*; tunc deque unitas finita addita alijs unitatibus finitis non facit infinitum, sed solum constituit finitum secundum numerum.

Respondeo, nego antecedens; nam unitas numerica secundum se est indifferens ad hoc ut sit pars constitutiva numeri finiti cum alijs unitatibus numericis finitis ac numerabilibus; aut numerum infinitum constituat cum alijs unitatibus numericis infinitis, ac innumerabilibus; sicut materia prima secundum se est indifferens ad hoc ut sit pars constitutiva compositi viventis cum forma substantiali vivente, aut compositi non viventis cum forma substantiali non vivente; & sic de alijs. Hinc ad primam probationem antecedentis dico; Aristotelem ibi loqui de omni quantitate discreta, seu numerica finita, secus tamen de quantitate discreta, seu numerica infinita, quæ sane innumerabilis est. Demum, ad secundam probationem ipsius antecedentis constat, verum esse, quod *finitum additum finito non facit infinitum*; falsum tamen esse, quod unitas addita infinitis infinitis unitatibus, aut e contra infinitis infinitis uni-

tates additæ unitati finitæ, non constituent infinitum secundum numerum; ita tamen ut non fiat transitus à numeratione distributivâ finitâ ad infinitam per additionem finitam, sed à numeratione collectivâ in collectivam excedentem instantaneâ mutatione numerabilitatem finitam, ut succedat infinita innumerabilitas, quæ dicitur infinitudo secundum numerum, seu multitudinem.

81. Objic. 5. Si Deus produceret collectionem infinitam hominum, quorû quilibet manu teneret lapidem, & quilibet homo projiceret suum lapidem, iterumque reassumeret; in hoc casu cumulus, seu acervus lapidum esset infinitus categorematice utpote æqualis numero infinito hominum; & simul non esset infinitus categorematice utpote æqualis numero infinito hominum; & simul non esset infinitus categorematice utpote exhaustus per reasumptionem; atqui hoc implicat; ergo etiam id ex quo inferur. Rursum, utgetur argumentum, nam si in eodem casu quilibet homo non reassumeret vitium lapidem, sed duplicem lapidem; sanè medietas hominû exhaustiret totum acervum lapidum: ergo ibi nulla reluceret infinitudo categorematice secundum numerum.

Respondeo, hunc modum arguendi parere confusionem, & non capere conceptum rei infinitæ categorematice talis; subindeque nego implicantiam terminorû implicitam in maiori, scilicet acervum lapidum esse infinitum categorematice, & simul esse exhaustivum per reasumptionem; rogo enim, vel illa reasumptio esset finita; vel si esset infinita, si primum? Ergo per illam reasumptionem finitam non posset finire, nec exhaustiri infinitum categorematice lapidum; si secundum? Ergo illa reasumptio utpote infinita nunquam perveniret ad ultimam reasumptionem; per quam finiretur, seu exhaustiretur infinitum categorematice lapidum. Unde implicat, hoc supponi infinitum categorematice in argumento, & simul adstruendum, seu exhaustivum per reasumptionem lapidum. Hinc ad urgentiam argumenti dico, medietatem hominum infinitorum categorematice, esse infinitam syncategorematicè ut proxime ostensum est; ac proinde non finiret, nec exhaustiret infinitum categorematice lapidum, licet quilibet homo reassumeret duplicem lapidem; siquid-

siquidem non est ultimus lapis in infinito categorematice lapidum, utpote quod caret fine, uti clarescit ex ipso nomine infiniti categorematice, & ipsius definitione essentiali supra elucidata.

82. Objic. 6. Infinitum categorematice hominum, aut montium, occuparet maius spatium, quam infinitum lapidum aut formicarum; ergo hoc posterius infinitum nequiret esse categorematice tale, utpote quod occuparet minus spatium.

Respondeo, nego suppositum argumenti, scilicet quod infinitudo categorematice secundum numerum detumatur à maiori, aut minori spatio, seu loco occupato, cum hic sit terminus extrinsecus respectu rei locatæ: unde posset Deus, producere infinitum categorematice hominum, aut montium divinitus penetratorum in spatio, seu loco minore, ac esset locus occupatus ab vno lapide, vel ab vna formica simul cum alijs infinitis lapidibus, aut infinitis formicis. Ratio est, quia solus terminus intrinsecus officit infinitudini, ut tenet communis sensus Doctorum ex ipso, tum lumine S. Augustini, lib. 12. de Civitate Dei, cap. 18. occasione ostendendi non officere infinitudini creaturarum terminum extrinsecum comprehensionis, quæ à Deo comprehensivè cognoscuntur; idemque est de terminis logicis, ac metaphoricis, nempe genere, & differentia; sub quibus clauditur adhuc infinitum simpliciter tale, cum definitur eius essentia per genus proximum, & differentiam ultimam.

83. Objic. 7. Omne ens creatum est finitum, & limitatum essentialiter; ergo Deus nequit producere collectionem infinitam entitatum creatarum.

Respondeo, distinguo antecedens, finitudine simpliciter: concedo antecedens, finitudine secundum quid; sive secundum numerum; nego antecedens, & consequentiam: nam licet Enti creato ut tali repugnet infinitudo simpliciter; seu per essentiam, quæ convenit Deo à se, non repugnat illi infinitudo in alio genere, nempe secundum quid; sive secundum numerum, ut optime demonstrat D. Thomas, quodlibeto 9. quæst. 1. ubi merito hoc argumentum continet.

84. Objic. 8. Si Deus produceret collectionem creaturarum infinitam categorematice, exhaustiretur virtus infinita omnipotentia Divina: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; si Deus produceret collectionem creaturarum omnium possibilium; transeat maior, quam adhuc in hoc sensu negant plerique: si Deus produceret collectionem creaturarum partialiorem, v. g. hominum, aut leonum; nego maiorem: nam tunc restarent plures aliæ creaturæ possibles infinitæ producibiles ab Omnipotentia Divina; immò etiam circa creaturas illas productas exerceretur virtus infinita omnipotentia Divina per conservationem, quæ est continuatâ productio, ut alibi factentur adversarij.

85. Objic. 9. Si Deus produceret singulis horis æternitatis omnes Angelos, quos ipse Deus posset producere singulis diebus æternitatis, tales Angeli essent infiniti categorematice: atqui simul essent finiti, siquidem restarent infinitæ horæ, quibus non corresponderent Angeli producti à Deo: ergo.

Respondeo, hoc argumentum non probare intentum, siquidem collectio illa omnium Angelorum esset infinita categorematice in sua linea, eo ipso quod haberet tot Angelos, quin plures Angelos habere posset; solum igitur probat, unum infinitum esse materialiter maius alio infinito in sua linea diversa ab aliâ linea, quæ est infinitum capillorum respectu infiniti hominum, & sic de alijs; in quibus hoc innegabile est. Unde informâ concedo maiorem, & nego minorem; nam sicut in ipso exemplo argumenti non obstat ad hoc ut dies æternitatis sint infiniti, secus vero finiti; quod restent infinitæ horæ, sive quod plures sint horæ, ac sunt dies, qui ex pluribus horis componuntur; ita non obstat ad hoc ut omnes Angeli producti à Deo in illis; immò etiam in unica hora æternitatis, sint infiniti categorematice, secundum multitudinem, seu numerum in sua linea, in qua sane carent terminis intrinsecis, qui tantum obstat possent tali infinitudini in sua linea.

86. Pro solvendis denique alijs argumentis observandum est; adversarios perperam procedere, dum intendunt applicare multitudini infinitæ categorematice, sive numero infinito, omnes proprietates, seu munerâ propria numeri finiti ut talis: subindeque multitudini infinitæ categorematice non convenit esse in aliqua specie numeri; nec componi *radicibus*, &

quæ-

366.

TRACT. APPENDICIUS, SIVE APPENDIX.

quadratis, ut loquuntur Mathematici; nec habere in se aliquam unitatem omnium ultimam, quam Deus cognoscit; hæc enim omnia, & alia similia, sunt propria multitudinis finitæ, sive numeri finiti ut talis, secus tamen multitudinis infinitæ, sive numeri infiniti ut talis. siquidem includit in sua linea omnem numerum modo infinito, & innumerabili, ac interminabili, ut innuitur in eius definitione essentiali per *ly tot; quin plura*, quasi ipsi conveniat Herculis stemma; *non plus ultra*; ac proinde de hoc sit satis.

SUBSECTIO IV.

ARGUMENTA OBJICILIA ADVERSUS
infinitudinem secundum extensionem
extricantur.

87. **O**bjic. 10. in ordine, adversus infinitudinem secundum extensionem, quam esse possibilem admisi supra num. 69. Si Deus produceret virgam, quæ infinitè extenderetur ab oriente ad occidentem, clauderetur terminis: ergo esset simul finita, & infinita secundum extensionem, seu magnitudinem. Probatur antecedens, nam posset Deus separare duos palmos intermedios; & iterum illos reunire.

Respondeo, distinguo antecedens; clauderetur terminis extrinsecis non obstantibus infinitudini; quam argumentum supponit; concedo antecedens; clauderetur terminis intrinsicis obstantibus infinitudini extensionis; nego antecedens, & consequentiam. Solutio constat ex proxime dictis cum Sancto Augustino, nu. 82. Nec urget probatio antecedentis, ad quæ instauro ea quæ ad similem difficultatem dicebam nuperime, num. 78. & 79.

88. **O**bjic. 11. Corpus materiale infinitè extensum, versus quatuor partes orbis, per modum rotæ, sive orbiculari figura, esset principium motus; utpotè natura: atqui simul non esset principium motus siquidem non posset moveri de loco ad locum: ergo implicatorium esset.

Respondeo, distinguo maiorem; esset principium motus proprii naturæ, ut

talis; concedo maiorem; esset principium motus alterius ordinis, sive motus localis; nego maiorem: unde patet argumentum laborare æquivoco vocis *motus*; natura enim est *principium motus*, & *quietis*, adhuc si deficiat motus localis, sive de loco ad locum, qui est motus successivus, & qui adhuc cælo Emphyreo denegatur, licet omnium supremum sit.

89. **O**bjic. 12. Corpus infinite extensum haberet aliquam formam determinatam: ergo simul esset infinitum, & finitum quod implicat.

Respondeo, distinguo antecedens; haberet aliquam formam determinatam; id est, finitam secundum extensionem; nego antecedens: id est, contentam intra determinatam speciem formæ substantialis; concedo antecedens: unde explicato æquivoco, nulla est consequentia.

90. **O**bjic. 13. Mensurabilitas est proprietas substantiæ materialis: ergo hoc nequit esse inmensurabilis, & infinite extensa.

Respondeo, distinguo antecedens; est proprietas substantiæ materialis finitæ secundum magnitudinem; concedo antecedens: est proprietas substantiæ materialis finitæ secundum magnitudinem; nego antecedens, & consequentiam. Solutio constat ex observatione proxime facta num. 86. cui Aristoteles patrocinetur.

91. Alia argumenta confusissima sunt & quæ indigent arte pictoria, ut exprimantur; reducuntur enim ad figuras depictas triangulares, aut pyramidales, in quibus Deus duceret duas lineas infinite extensas colaterales, & alias lineas transversas. Semel enim posita infinita distantia linearum colateralium, essent utique infinite lineæ protensa inter lineas colaterales infinitas, iuxta doctrinam Euclidis, lib. 3. propos. 29. ita ut earum infinitudini non obstarét termini extrinseci colaterales, iuxta dicta supra num. 82. Nec admittendus est in illis lineis excessus finitus; siquidem non datur in illis extensio finita; sed infinita quæ sit per additionem infinitam. Nec denique assignabilis est in illis lineis transversalibus aliqua omnium ultima; siquidem ultima positivè, & formalitèr est, illa quæ habet ante se omnes alias ordinate præcedentes, & non habet aliam posteriorem; unde ultima

pars

pars importat respectum ad omnes alias ordinate antecedentes, & simul negationem partis sequentis; ut optime observat P. Leonardus de Peñañiel, tom. de Incarnat. disp. 12. sect. 6. num. 137. quod quidem pro hoc tenus dictis, & infra dicendis observandum est. Unde clarescit, chimericam esse figuram triangularem, aut pyramidalem, ex lineis infinite extensis, quarum nulla esset ultima; ut ex proxima definitione patet.

SUBSECTIO V.

ARGUMENTA PRO INFINITUDINE
secundum intensiorem militantia
evolvantur.

92. **O**bjic. 14. In ordine, pro infinitudine secundum intensiorem, quam categorematicam ex nullo fundamento probari alicubi supra nu. 69. Nulla est repugnantia in eo; quod sicut Deus potest producere in actu aliquod infinitum categorematicum secundum multitudinem, aut etiam secundum extensionem, possit pariter producere in actu aliquod infinitum categorematicum secundum intensiorem; sive illud sit qualitas supernaturalis, qualis est gratia habitualis, sive illud sit qualitas naturalis, qualis est calor: ergo possibilis est qualitas infinita categorematicè secundum intensiorem gradualem.

93. Respondeo, nego antecedens, nam licet difficile sit assignare repugnantiam communem circa omnem qualitatem, video mihi invenisse illam virgatusissimam ex eo petitam; quod infinitudo categorematica secundum intensiorem sit implicatoria, & opposita essentiæ qualitatis ut talis, & essentiæ Entis creati ut talis. Sed ut hoc probem, fas est adnotare, essentiæ qualitatis ut talis consistere in eo quod sit accidens quoddam absolutum primo per se institutum ad perficiendam substantiæ creatam in existendo; & in agendo; ut optime expendit Eximius Doctor, tom. 2. Met. disp. 42. sect. 1. num. 5. deinde, essentiæ Entis creati ut talis dicere perfectibilitatem, seu capacitatem ad hoc ut ultra, ac ultra perficiatur, quin nunquam attingat ultimum terminum perfectionis possibilis proprium solius summæ perfectio-

nis increatæ, ut cum pluribus adversariis ostendi, dum impossibilem, ac implicatoriam creaturam omnium perfectissimam demonstravi. Nunc sic; atqui hinc convincitur, infinitudinem categorematicam secundum intensiorem esse impossibilem, ac implicatoriam utpote oppositam essentiæ qualitatis ut talis, & essentiæ Entis creati ut talis, contra quas essentias nequit Deus operari aliquid adhuc de potentia absoluta: ergo. Minor subsumpta ostenditur: nam eo ipso quod daretur in actu intensio qualitatis infinitæ categorematicæ, daretur in actu tota perfectio possibilis in illa linea; subindeque non restaret aliquid illius qualitatis perfectivæ substantiæ creatæ in illa linea, nec restaret aliquid illius entitatis substantiæ creatæ perfectibile in ipsa linea siquidem tunc haberet totum quantum est possibile, & summum perfectionis in illa linea, ut de se clarescit.

94. Roboratur; nam passio, seu proprietas, debet proportionari essentiæ, cuius est passio, seu proprietas: subindeque, si illa qualitas, utpote passio, aut proprietas essentiæ substantialis creatæ, proportionatur illi essentiæ, utraque erit infinita categorematicæ; siquidem requirit dari proportio inter utramque, si una sit finita categorematicæ; & alia sit infinita categorematicæ, ut de se patet: ergo assignabilis est repugnantia, nè sit possibilis qualitas infinita categorematicè secundum intensiorem, licet non sit assignabilis adversus possibilitatem infiniti secundum multitudinem, seu numerum, nec contra infinitudinem categorematicam secundum magnitudinem, seu extensionem; ut supra defensatum est.

95. Nec video alicui ab adversariis responderi, nisi negando esse de ratione infiniti, quod includat actu quid quid est possibile in illo genere, sive in illa lineæ: hæc tamen responsio nullius momenti est, quia licet illud non sit de ratione infiniti sine categorematicè talis; quod est infinitum in potentia; nihilominus est de ratione infiniti categorematicè talis, quod est infinitum in actu, & de quo solo instituitur præsens quæstio, in qua supponitur definitio essentialis vtriusque huius infiniti sui præposita in limine huius quæstionis num. 61. ex qua patet falsitas prædictæ responsionis, quæ proinde nullum effugium est adversariis.

96. **O**bjic. 15. Nulla datur repugnantia in eo quod concedatur actus intellectus


LIII

lectus

lectus infinitus categorematice secundum intensiorem claritatis per additionem gradus ad gradum: ergo.

Respondeo, nego antecedens, nam datur repugnantia proxime assignata, & communis omni qualitati: Rursusque datur ulterior alia repugnantia specialis propter quam in libris de Generatione negavi; actum intellectus accipere posse intensiorem claritatis per additionem gradus ad gradum, qualem intensiorem claritatis accipit aer; nam cum claritas sit accidentalis respectu aëris, potest optime aer, manens idem essentialiter, accipere maiorem, & maiorem claritatem: est cum claritas actus intellectus clari ut quatuor, v. g. sit illi essentialis, siquidem est ipsa representatio essentialis illi actui intellectus; nequit utique, manens idem essentialiter, accipere maiorem, & maiorem claritatem per additionem gradus ad gradum claritatis intentionalis, qualē accipit aer per additionem gradus ad gradum claritatis physicae, & accidentalis, ac præternaturalis respectu ipsius aeris. Huic quæ doctrinæ ad favet P. Quiroz in re, tom. theologico in 1. p. disp. 29. num. 20. & clariori methodo P. Suarez, tom. 2. Met. disp. 46. sect. 2. num. 11. ubi rem probat sic: *quia hæc qualitates sunt intrinsece manentes ab essentia substantiali, ita ut non possint aliter fieri, & ideo participant indivisibilem entitatem proportionatam essentia.* Quid clarius?

97. Denique, consulto omitto allegare pro me, aut contra me, auctoritatem Sacrae Paginae Sapient. cap. 11. ubi de Deo traduntur hæc verba, versu 21. *sed omnia in mensura, & numero, & pondere, dispositi isti:* nam ex 1y dispositi patet, ibi loqui de rebus iam dispositis, seu iam productis de facto à Deo; subindeque prædictus textus non est ad rem præsentis questionis procedentis de illis, quæ Deus posset disponere, seu producere de novo in alia providentiâ, ut ex dictis patet; & de his satis, ne in infinitum procedamus.



SECTIO V.

AN DURATIO TEMPORALIS DISTINGUATUR à tempore, & redurante?

98. **N**ecessitas investigandi hanc quæstionem pro plenâ noticia aliarum in superioribus Tractatibus discursarum nota est per se; ignota tamen æque ac difficilis extat apud plures Auctores cognitio perfecta sensus præteritis disceptationis quam sensus proponit inter alios P. Peynadus, disp. 3. sect. 2. & confusissime probat P. Olzina, disp. 8. cap. 5. num. 2027. unde plerique in vias varias abierunt adhuc intra eadem scholam, ut de Thomistis ostendit M. Prado lib. 4. Physic. quæst. 13. Duæ tamen sunt præcipuæ sententiæ capitales, quarum una defendat distinctionem realem durationis temporalis à tempore, & re durante, cum P. Lynceo lib. 7. tract. 2. cap. 2. num. 8. pud quem S. Bonaventura alij que plures Doctores. Et alia propugnat identitatem realem durationis temporalis cum tempore, & re durante; quæ sententia communior est; tam inter nostros primarios Doctores, quam inter Thomistas cum S. Thomâ, 1. p. q. 10. art. 4. & Scotistas cum Scoto, dis. 2. q. 1.

99. Sed ante quam meam mentem aperiam, necesse est ad notare, 1. præsentem quæstionem procedere suppositâ communissimâ definitione durationis temporalis, quæ sic se habet: *est ratio formalis existendi rem in tempore.* 2. procedere de modo quo res existit in tempore per existentiam commensuratam cum tempore, sive cum motu successivo calorum; ita ut hæc existentia sit respectiva ad tempus; licet aliter sit absoluta existentia in distincta ab essentia rei permanentis, quæ potuit produci ab æterno, & commensurari cum æternitate.

SUBSECTIO I.

MENS APERITUR, ET SPECIALIS conclusio stabilitur.

100. **C**um in superioribus defensaverim, identitatem realem

lem extremorum, ut pote *rationem formalem identitatis realiter extrema inter se;* distinguui formaliter obiective ab utroque extremo realiter identificato; pari formiter que discurrem de relatione prædicamentali; placet in præsentia um similis conclusio proposita sic. Duratio temporalis non distinguitur realiter, sed tantum formaliter obiective, à tempore, & redurante, sive distinctione rationis.

101. Probatur primò auctoritate S. Thomæ, tom. 10. operum, quæst. 10. art. 4. in corpore, ubi eloquitur sic: *ad secundum, dicendum, quod nunc temporis est idem subiecto in toto decursu temporis, sed differens ratione, sed differens ratione; eo quod sicut tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet movili: movile autem est idem subiecto in toto decursu temporis, sed differens ratione, in quantum est hic, & ibi, & ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc, secundum quod alternatur ratione, est tempus. Æternitas autem manet eadem & subiecto, & ratione; unde æternitas non est idem quod nunc temporis.* Quid clarius pro meâ conclusione?

102. Probatur secundò ratione: nam sicut semel coexistentibus fundamento, termino, & ratione fundandi; necessario resultat relatio prædicamentalis per modum accidentis metaphysici, realiter identificati cum illis, & formaliter obiective distincti ab ipsis, ut supra ex professo defensatum est, disp. 2. sect. 4. per totam; ita pariter semel positâ coexistentia huius temporis hodierni, & Petri hodie durantis, resultat duratio temporalis hodierna ipsius Petri, per modum accidentis metaphysici realiter identificati cum illis, & formaliter obiective distincti ab ipsis; quin sit necessarium aliquid aliud realiter distinctum à tali tempore, & à tali redurante; ergo duratio temporalis non distinguitur realiter, sed tantum formaliter obiective, à tempore, & redurante, sive distinctione rationis. Probatur antecedens; nam semel positâ tali coexistentia temporis, & rei durantis, resultat *ratio formalis existendi rem in tempore;* independentèr à quolibet alio realiter distincto, quod sit duratio temporalis formaliter; atque eo ipso resultat duratio temporalis, cuius hæc est definitio essentialis, ut proxime prænotatum est num. 99. ergo.

103. Roboratur: nam talis definitio essentialis durationis temporalis ut talis

convenit tantum formæ, aut quali formæ resultanti per modum accidentis metaphysici ex simultaneâ coexistentia temporis, & rei durantis in ipso tempore, quæ per illam redditur durans formaliter in tali tempore; quin sit necessitas multiplicandi aliam entitatem realiter distinctam ad illum effectum formalem tribuendum formaliter, ut ex argumentorum dissolutione constabit: ergo duratio temporalis &c.

SUBSECTIO II.

DISSOLVUNTUR ARGUMENTATIONES:

104. **O**bjc. 1. Actio productiva rei durantis in tempore est realiter distincta à tempore, & redurante; atque duratio temporalis rei consistit essentialiter in tali actione, siquidem tali actioni convenit esse rationem formalem existendi rem in tempore ergo.

Respondeo, concedo maiorem; & nego minorem, ad cuius probationem dico, tali actioni non convenire esse rationem formalem existendi rem in tempore formaliter, sed tantum effective, seu efficienter, quatenus est ratio formalis extrahendi re extra causas; subindeque talis actio non est duratio temporalis formaliter; sicut nec est ubicatio formaliter, licet sit ratio formalis existendi rem in loco effective, seu efficienter, quatenus producit rem ubicatam, seu existentem in loco. Et ratio à priori est, quia talis actio productiva rei in tempore, & in loco non se habet formaliter, sed præsuppositivè, ad effectum formalem rei durantis in tempore, & ubicate in loco; siquidem huiusmodi existentia rei est respectiva, actio vero productiva rei terminatur formaliter ad existentiam absolutam ipsius, quæ se solâ non est coexistentia commensurata cum tempore, & loco, ut pote quæ potuit dari in æternitate, iuxta dicta nuperime num. 99.

105. Objc. 2. Ubicatio distinguitur realiter à loco, & re ubicata: ergo pariter duratio distinguitur realiter à tempore, & redurante.

Respondeo, transeat antecedens, & nego consequentiam, ac paritatem; ratio enim disparitatis est clara, constat;

ex mea ratione probandi; si quidem semel posita coexistentia huius temporis *A*, & rei durantis necessario resultat duratio talis rei in tali tempore; est semel posita coexistentia huius loci *B*, & ipsius rei, non resultat necessario ubicatio talis rei in tali loco *B*, si quidem optime stat ipsa res ubicata in loco *A*; subindeque nunc datur coexistentia Petri Limani, & loci Romani, quin resultet ubicatio Petri in loco Romano; resultat verò duratio hodierna Petri eo ipso quod in rerum natura datur coexistentia Petri, & temporis hodierni; & sic de alijs similibus.

106. *Objic. 3.* Petrus durat hodie per suam existentiam indistinctam ab existentia ipsius Petri durantis; si quidem per suam existentiam excludit carentiam sui in hoc tempore hodierno; ergo.

Respondeo, distinguo antecedens; durat, duratione existentiāli absoluta; concedo antecedens; durat, duratione temporalis respectiva, & adaequate sumpta; nego antecedens, & consequentiam: nam illa prior existentia est id quod durat in tempore hodierno, illa verò posterior existentia est id quod durat in tempore hodierno sive est *ratio formalis existendi* Petrum in hoc tempore hodierno; ita ut resultet adaequate sumpta, tum ex tempore, cui commensuratur, tum ex entitate Petri, qui commensuratur; & ita adaequate sumpta excludit carentiam Petri in hoc tempore hodierno, secus tamen per se iam existentiam absolutam ipsius Petri sine coexistentia huius temporis hodierni. Unde existentia absoluta Petri, seu duratio existentiāli absoluta Petri, est eadem permanens hodie ad hunc, ratione variationis successivae temporis, quod essentialiter successivum est.

107. *Objic. 4.* Duratio, qua Petrus durat hodie, potuit separari realiter ab entitate Petri, si quidem Petrus potuit mori heri; ac proinde potuit non durare hodie; ergo duratio temporalis respectiva, qua Petrus durat hodie, est aliquid distinctum realiter ab entitate ipsius Petri.

Respondeo, concedo antecedens; & distinguo consequens, est aliquid distinctum realiter, adaequate; nego consequentiam: est aliquid distinctum realiter, in adaequate; nego consequentiam: nam duratio temporalis qua Petrus durat hodie, resultat ex coexistentia entitatis Petri, & temporis hodierni.

ni, ut probatum est; ac proinde distinguatur realiter in adaequate ab entitate ipsius Petri, ut desecretur: unde hoc argumentum non infirmat, nec reprobatur, sed potius confirmat, & comprobatur meam conclusionem; pro qua roboranda recolo dicta supra ex Aristotele in hoc Tract. disp. 1. sect. 4. subsect. 1. num. 64. & subsect. 2. num. 74. ubi haec solutio elucidatur.

108. *Objic. 5.* Rem esse durantem in tempore est denominatio extrinseca adaequate; ergo.

Respondeo, nego antecedens; si quidem constat ex dictis, esse denominationem partim intrinsecam, quatenus res durans in tempore sibi intrinseca est; & partim extrinsecam, quatenus tempus reale est extrinsecum ipsi rei: subindeque fit realiter in adaequate distincta ab ipsa re durante temporaliter.

109. *Objic. 6.* Stat optime, quod Deus vult per decretum efficacem, Petrum existere, & tempus hodiernum existere; quin tamen Deus vult efficaciter Petrum durare hodie; ergo hoc posterius est quid distinctum realiter ab illo priori.

Respondeo, distinguo antecedens, si Deus vult per illud decretum efficacem Petrum existere in tempore hodierno, sive coexistere simul cum tempore hodierno copulative; nego antecedens; si Deus vult per illud decretum efficacem, Petrum existere in alio tempore non hodierno, sive non coexistere simul cum tempore hodierno copulative; concedo antecedens. Deinde nego consequentiam de distinctione reali adaequate, iuxta proximè dicta, ex quibus constat rectitudo solutionis; duratio enim hodierna Petri dicit entitatem Petri, & entitatem temporis hodierni, ut tales coexistentes; seu existentes simul copulative, ex quibus resultat formaliter, & a quibus formaliter obiective tantum distinguitur, ut haecenus ostensum est, quin falsificetur a adversarijs illa resultantia formalis durationis temporalis, utpote quae datur independentè à quolibet alia realiter distincto, secus tamen independentè à quolibet alio formaliter obiective distincto, sive distincto, aut differente ratione, ut supra Angelicus Aquinas loquebatur.

110. Alia argumenta omitto in praesentiarum proponere, quia nuper proposita, ac enervata manent in hoc Tractatu

Appen-

Appendicio, tum disp. 1. sect. 1. subsect. 2, tum disp. 2. sect. 4. subsect. 2. ne tempus teratur in repetendis eisdem, ex quorum repetitione apud alios Auctores oritur saepe quaestionum duratio quasi aeterna à parte post.

tenus haec est attributum metaphysicum, & praedictarum secundarium superadditum formaliter entis ut tali. Si enim Ens transcendit formaliter non mutuo suam unitatem; nequit aliter intelligi sensus rectus praesentis quaestionis, ut ex dicendis constabit.

DISPUTATIO III.

METAPHYSICAE, ET Animasticae selectae quaestiones digeruntur, & discutuntur.

SUBSECTIO II.

SENTENTIAE REFERUNTUR, ET PROPRIA STATUUNTUR Duplici conclusione.

3. **P**rima sententia tenet, unitatem transcendentalem consistere in indivisione in se tantum: ita plures Recentiores Thomistae, & Jesuitae cum Eximio Suarez hic, disp. 4. sect. 1. num. 14. Secunda sententia ruetur, consistere in sola indivisione à se ita plerique antiquiores Thomistae cum Cajetano, & plures nobiles Neoterici cum P. Coptono hic, disp. 1. sect. 2. n. 3. quos illustravit solita sapientia Sapientissimus meus in Philosophia Magis. P. Antonij de Volibar, à quo sequendo non recedere, nisi magis amica veritas alia via incedere compulisset. Tertia sententia defendat consistere in sola divisione, seu distinctione entis propria à quolibet alio, quod non est ipsum: ita aliqui antiqui cum Capreolo, & Gabriele, quos sequuntur nonnulli Recentès cum P. Oviedo, contr. 3. Met. part. 1. §. 2. num. 13. & 21.

4. Conclusio prima sit. Unitas attributalis Entis non consistit in indivisione à se. Probatur urgentissime: nam unitas attributalis entis, de qua praesens quaestio procedit, est praedictum attributale, ac secundarium entis, ut omnibus pervium est: atqui tam indivisio à se non sunt praedictum attributale ac secundarium entis, sed potius praedictum essentialè; ac primum ipsius entis: ergo in neutra indivisione ex illis consistit essentia unitatis attributalis, seu transcendentalis entis. Probatur tamen; nam utraque illa indivisio est identitas formalissima entis secum ipso; siquidem indivisio in se est unio identitatis rei cum suis praedictis constituti vis, quae nec formaliter distinguitur à re constituta, & indivisio à se est indistinctio rei à se ipsa, ut exploratum est in Philosophia: atqui identitas formalissima entis secum ipso non est praedictum attributale, ac secundarium

Mmm

Entis;

1. **M**etaphysica dicitur meta, ac terminus Physicae scientiae, erit; meta, coronis vè, selectarum quaestionum Physicarum; quarum anima est Animastica; sive scientia de Anima, ex qua necessum est nonnulla seligere pro plena notitia eorum, quae supra stabilire conatur sum; & pro adimplendo lemmate Sapientis Graecani, noscete ipsum; ineptum enim esset, (canit Caesiodorus in suo praevio prooemio) animam, per quam caetera omnia cognoscuntur, quasi à nobis alienam incognitam pariter: id tamen solita brevitate praestandum est.

SECTIO I.

IN QVO CONSISTAT ESSENTIA UNITATIS, secundum quod est attributum metaphysicum Entis

2. **N**on una vice unitatem supra innuimus, quam hic indagamus, & quae inter alias unitates suprema est. Cum autem unum definiatur communiter, id quod est indivisum in se; & divisum à quolibet alio; sit que triplex indivisio, scilicet, in se, à se, & ab alio; & per consequens sit triplex opposita divisio videlicet in se, à se, & ab alio; oritur maxima difficultas assignandi, in quam ex illis consistat essentia unitatis transcendentalis, quae

Entis, sed potius prædicatum essentiale, ac primarium ipsius entis, ut adversarij uno ore fateantur: ergo.

5. Conclusio secunda fit. Vnitas attributalis entis, sive secundum quod est attributum metaphysicum superadditum formaliter Enti, consistit in sola divisione ab alio, quod non est ipsum. Probatur ad homines contra omnes adversarios, iuxta quos certum est, unitatem attributalem Entis ut talem esse id; ratione cuius convenit formaliter Enti, quod non sit plura: atqui sola divisio, seu distinctio ab alio, quod non est ipsum, est id, ratione cuius convenit formaliter Enti, quod non sit plura: ergo unitas attributalis Entis &c. Probatur minor; nam Ens formaliter positive non esse plura, est dividi, seu distingui à pluribus; hoc autem formaliter positive convenit Enti ratione divisionis, seu distinctio ab omni alio, quod non est ipsum, ut de se clarescit.

SUBSECTIO II.

RESPONDETUR OBJECTIONIBUS.

6. **O**bjc. 1. In doctrina Aristotelis, & Angelici Aquinatis constat, *unum esse indivisum in se, & divisum à quo liber alio*: ergo unitas consistit in indivisione in se simul ac indivisione à quo liber alio.

Respondeo, allegatam definitionem adfavere, sed potius contrariari peris que adversarijs, ut ex consequentia illatà in argumento patet. Sed directe dico, consequentiam irrete inferri ex antecedente, siquidem allegata definitio non est vnus abstractivè, sed vnus concretivè; subindeque ibi non explicatur essentia abstracti, nempe unitatis, sed concretis, nempe Entis vnus, ita ut ea definitio intelligenda sit cum distributione accommodata, quatenus *ly indivisum in se* dicit in divisionem in se, quæ est prædicatum essentiale, ac primarium subiecti, nempe Entis, & *ly divisum à quo liber alio* dicit divisionem, seu distinctionem à quo liber alio, quod non est ipsum, quæ est prædicatum attributale, ac secundarium subiecti, nempe Entis ut talis formaliter, in hac autem sola divisione, seu

distinctione à quo liber alio, quod non est ipsum, consistit essentia unitatis attributalis, quatenus est attributum metaphysicum superadditum formaliter Enti ut tali. Vnde dicendum est, ibi non tradi definitionem talis unitatis; sicut non traditur definitio albedinis, cum dicitur *album est subiectum habent albedinem*, & sic de alijs similibus concretivè definitis, aut descriptivè explicatis.

7. **O**bjc. 2. Ablatà præcise indivisione in se, aut à se, deficeret unitas unitas attributalis Entis: ergo hæc constituitur per illam, atque in sola illà consistit essentialiter.

Respondeo, distingo antecedens; deficeret immediate formaliter, quatenus auferretur tunc id, quod est attributum metaphysicum, & prædicatum secundarium superadditum formaliter Entis nego antecedens; deficeret mediate tantum, quatenus auferretur tunc id quod est prædicatum essentiale, ac primarium Entis, quo cum identificatur realiter unitas attributalis ipsius Entis; concedo antecedens. Deinde nego consequentiam, cuius falsitas patet, si fiat reortio argumenti in prædicato nisi ibi, ex cuius ablatione deficeret homo; & sic de alijs.

8. **O**bjc. 3. Eo præcise quod Ens concipiatur indivisum in se, aut à se, concipitur vnum, ut pote quod excludit pluralitatem: ergo.

Respondeo, distingo antecedens; concipitur vnum, unitate formaliter attributali, sive vnum formaliter; nego antecedens: concipitur vnum radicaliter tantum; concedo antecedens: subindeque in hoc posteriori sensu excludit radicaliter pluralitatem radice metaphysica unitatis formalis attributalis, per quam excludit formaliter pluralitatem: sic homo est radicaliter risibilis, quatenus est radice metaphysica risibilitatis formalis, per quam excludit formaliter terminum oppositum, quem radicaliter excluderet ex se; ut adversarij discurrunt de veritate, bonitate, impenetrabilitate, & alijs pluribus similibus formis metaphysicis, aut physicis.

9. **O**bjc. 4. Petrus, v. g. constituitur essentialiter pluribus partibus eterogeneis, nempe materia prima, forma rationali, & vnione physica: ergo ratione unitatis formalis non excludit pluralitatem.

Ref.

Respondeo, hoc argumentum non esse ad rem, nec procedere in sensu præsentis quæstionis; subindeque nego suppositum, scilicet quod illa pluralitas partium componentium vnium totum physicum sit pluralitas, quam excludere debet unitas formalis attributalis, de qua loquitur quæstio; alioqui unitas rei esset opposita sibi ipsi, & destructiva sui ipsi, quod quidem implicatorium est. Vnde fit, quod potius triplex illa pars constitutiva hominis physice sumpti habeat triplicem unitatem formalem, quantum quælibet est attributum metaphysicum suæ entitatis, & excludit formaliter pluralitatem in ipsius entitatis.

10. **O**bjc. 5. Si per impossibile identificaretur realiter Petrus cum Paulo, maneret Petrus vnus formaliter: atqui tunc Petrus non maneret divisus, seu distinctus à quo liber alio: ergo. Maior probatur à paritate; nam de facto manet vna natura divina, licet identificetur realiter cum tribus personalitatibus divinis.

Respondeo, distingo maiorem; maneret Petrus vnus formaliter, tantum; nego maiorem; maneret Petrus vnus formaliter, & simul non vnus formaliter; concedo maiorem. Ratio est, quia tunc sequeretur quod liber, siquidem maneret Petrus vnus formaliter ratione suæ unitatis formalis, quatenus *idem manens idem, semper natum est facere idem*; & simul non maneret Petrus vnus formaliter ratione identitatis realis cum Paulo; quæ supponitur in argumento ex hypotesi impossibili, quatenus idem esset Petrus, ac Paulus, qui essentialiter dicunt pluralitatem oppositam unitati formali. Sic alibi dicebam, quod si Spiritus Sanctus non procederet à Filio Divino, sequeretur quod liber, scilicet distingui, & non distingui ab ipso: & sic de alijs non semel recensitis pro alijs conclusionibus Theologicis supra deferatis. Nectamen vlla est paritas petita ab inscrutabili Mystero Sanctissimæ Trinitatis, in quo solo componi potest unitas naturæ divinæ cum pluralitate personarum per distinctionem virtuales rigorosam, ita ut captivemus intellectum in obsequium Fidei, quæ est *argumentum non apparentium*, ut docet Apostolus; cui consonat S. Ambrosius lib. 1, de Fide, cap. 5. ubi ait: *sacramenta Fidei ab argutis Dialecticorum sunt libera; & ubi Fides quaritur, Dia-*

lectica non auditur. Consule ad rem Tertulianum supra allegatum, in hoc Tract. dist. 1. sect. 4. subsect. 2. num. 78.

11. **O**bjc. 6. per instantiam: in casu proxime propositio essent plures Petri sub eodem nomine, & ratione: ergo. Respondeo, ex proxime dictis, in tali casu impossibili, ac implicatorio sequi quodlibet, videlicet, quod essent, & simul non essent plures Petri; quidquid sit de nomine, cum in re essent plures entitate sub identitate impossibili, ac implicatoria Petri, & Pauli, aut Iosephi, & Iohannis, sic que de alijs.

12. **O**bjc. 7. Si maneret Deus, reddito impossibili omni alio, maneret vnus formaliter per divisionem, seu distinctionem à quolibet alio, cum non esset aliud, ut supponitur: ergo.

Respondeo ex supradictis distinguendo maiorem; maneret vnus formaliter ex vi hypothesis, & simul non maneret vnus formaliter ex eo, quod reddito impossibili omni alio redderetur impossibilis ipse Deus; concedo maiorem: aliter, & absolute, nego maiorem. Solutio est manifesta in meis principijs statuentibus connexionem essentialium Dei Omnipotentis cum omni creaturâ possibili. Immo in tali casu impossibili posset salvari divisio, seu distinctio Dei à quo liber alio, quod aliud esset suo modo impossibili.

13. Ex dictis patet, præsentem quæstionem procedere de unitate attributali Entis simpliciter talis; subindeque non esse desumendum argumentum ab Ente improprie tali, quale est Ens rationis, sicut etiam aggregationis, quod quidem dicitur Ens per accidens, v. g. exercitus militum, aut acervus lapidum, ubi plures unitates attributales relucunt, tot scilicet quod sunt entitates simpliciter tales, ex quibus constat vnus secundum quid.

SECTIO II.

*AN POSIT ENS SPIRITUALE PERCIPERE
à potentia materiali?*

14. **O**ccasione agendi de visione beatâ in Roseto Theologico satis expressi mentem meam in hoc puncto, quod tamen pro ibi dictis discutien-

videndum est ex professo. Et quidem negativa sententia manifesta est in meis principijs statuentibus, essentiam Entis spiritualis consistere in quadam speciali imperceptibilitate respectu sensus materialis; ut pote quod essentialiter insensibile est; ut innuitur à Christo Domino per illa verba: *palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa habet, sicut manū videtis habere*: subindeque implicat, Ens spirituale à sensu materiali percipi, saltem uniuoce, id est, interueniente uniuocatione, quæ relucet inter sensu materiale sensibile, & inter sensum, seu potentiam materialem perceptivam illius; ut supra non semel insinuaui, & ultra ostenderem, ni breuitatem amarem; quam in illa explicanda, ac defendenda nunquam seruare liceret, cum ex aliarum sententiarum prolixā impugnatione maximum robur meæ specialis sententiæ dependeat suo in loco;

SVBSECTIO I.

*RELATIS SENTENTIJS, NEGATIVA
stabilitur, duplici conclu-
sione.*

15. **P**rima sententia tenet, Ens spirituale adhuc de facto percipi à sensu, seu potentia materiali: ita olim Hæretici, quos postea in hoc puncto sequuti sunt aliqui Catholici videndi apud P. Maldonatum in Math. cap. 17. & P. Alarcónem disp. 1. de visione Dei. cap. 5. P. Drexel. 3. p. de ætern. lib. 2. de cæ. 10. cap. 15. P. Salaz. tom. 2. in 1. 2. dif. 5. num. 5. Bona Spes. disp. 4. num. 5. licet hi recurrant ad visionem spiritualem à sensu materiali: hanc tamen sententiam, quam damnat Eximius Suarez, liberat à censurâ Sapientissimus P. Ioannes Pérez Menacho; 1. p. q. 2. dub. 2. art. 3.

16. Secunda sententia affirmat, hoc posse fieri de potentia absoluta Dei, siue sermo sit de potentia, seu materiali existente de facto, ut aliquibus placuit; siue de sensu alio possibili, ut pluribus alijs arxist, inter quos annumerantur PP. Valentia, Arriaga, Ripalda, & Quiroz; disp. 21. num. 30.

17. Tertia sententia negat absolute, ad-

huc de potentia absoluta Dei: ita plerique Doctores Philosophi, ac Theologi triplicis Scholæ, Thomisticæ, Scoticæ, & Iesuiticæ, cum Sanctis Patribus, Thomâ, Augustino, Ambrosio, Athanasio, Hieronymo, Dionizio, Cyrillo, Nazianzeno, & alijs videndis apud nostrum P. Leonardum de Peña siel, tom. 1. tract. 6. de Visione Dei, disp. 3. per totam.

18. Conclusio prima sit: semel admittenda potentia materiali possibili, quæ possit eleuari diuinitus ad percipiendum ens spirituale, debet admitti similis eleuabilitas in potentia materiali de facto existente. Hæc conclusio est contra plures, præsertim Neotericos, stantes pro secundandâ sententiâ. Fundamentum autem meæ conclusionis supra insinuatum est, & proponitur sic.

19. Probat: nam iuxta adversarios exploratum est, potentiam illam materialem possibilem esse diuersam specificè à potentia materiali de facto existente, ita ut utraque potentia conveniat in ratione communis potentie materialis: nunc sic; atqui eo ipso quod utraque illa potentia specificè diuersa conveniat in ratione communis potentie materialis, si vni convenit eleuabilitas ad percipiendum ens spirituale, debet etiam alteri convenire similis eleuabilitas: ergo semel admittenda potentia materiali possibili, quæ possit eleuari diuinitus ad percipiendum ens spirituale, debet admitti similis eleuabilitas in potentia materiali de facto existente: Minor probatur: tum quia eo ipso ratio illa communis potentie materialis debet fundari in aliquo prædicato communi respectu utriusque illius potentie materialis; sicut fundatur potentia visiva materialis communis homini, & leoni in prædicato animalis communi homini, & leoni; quibus proinde convenit similis virtus receptiva speciei impressæ; & productiva visionis materialis. Tum etiam, quia eo ipso nec illi prædicato communi, in quo fundatur potentia illa communis materialis, nec ipsi potentie materiali communi, potest repugnare eleuabilitas ad percipiendum obiectum spirituale; siquidem si vni potentie materiali possibili non repugnet talis eleuabilitas, & alteri potentie materiali de facto existente repugnet similis eleuabilitas; & hoc totum esset in ratione potentie materialis; & nequiret hæc ratio potentie materialis esse commu-

nis utriusque; nec utraque posset convenire in ratione potentie materialis; quando quidem vna esset essentialiter eleuabilis ad percipiendum obiectum spirituale in ratione potentie materialis, & alia esset essentialiter ineleuabilis ad percipiendum obiectum spirituale in ratione potentie materialis, ut pote quæ nec diuinitus potest eleuari; ergo ne hoc dicatur in consequente ab adversarijs, tenentur fateri id, quod à me intenditur; subindeque neutra potentia materialis erit eleuabilis ad percipiendum ens spirituale, ut utraque conveniat uniuoce in ratione potentie materialis utralis.

20. Conclusio secunda sit: nulla potentia materialis percipit, aut percipere potest, obiectum spirituale. Hæc conclusio constat communi auctoritate Sanctorum Patrum, & Doctorum, quos dedi supra num. 17. & quibus addo S. Maximum; 4. de divin. nomin. ubi ait: *Angeli solo intellectu capiuntur tanquam immateriales*: hæc enim ratio immaterialis est communis respectu omnis Entis spiritualis, Constat in super ratione manifestâ in meis principijs, iuxta dicta in lumine huius questionis num. 14. sed quia communis conclusio probari debet communibus principijs.

21. Probat: sic: nam experientia & ratione comperum est, omnes potentias exigere essentialiter circūscribi intra determinatam spheram huius obiecti adæquati, & illius obiecti adæquati, cum distributione accommodata; ita ut nulla potentia extra hatur, aut extrahi possit extra determinatam spheram sui obiecti adæquati, scilicet participantis rationem formalem sub qua quælibet potentia essentialiter exigit tendere in suum obiectum: unde fit, quod nec diuinitus possit potentia visiva percipere sonum, nec potentia auditiva percipere lucidum coloratum, ut in confesso est apud omnes Doctores compotes rationis: Nunc sic: atqui eo ipso nulla potentia materialis percipit, aut percipere potest obiectum spirituale: ergo. Minor probatur: nam eo ipso nulla potentia materialis extra suam spheram divagatur, aut divagari potest, ad percipiendum obiectum, quod non participat rationem formalem sub qua essentialiter exigit tendere in suum obiectum adæquatum; subindeque cum nullum obiectum spirituale participare possit ra-

tionem formalem sub qua quælibet potentia materialis essentialiter exigit tendere in suum obiectum adæquatum, v. g. rationem formalem lucidi coloratis; nulla utiq; potentia materialis percipit, nec percipere potest obiectum spirituale; alioquin extraheretur extra spheram sui obiecti adæquati, contra essentiam, seu essentialem exigentiam ipsius potentie materialis, contra quam nequit Deus vilo modo operari, licet possit contra exigentiam connaturalem tantum rerum, ut passim fatentur adversarij.

22. Sed ut magis ac magis percipiatur hæc doctrina, advertere fas est; obiectum adæquatum potentie materialis conflari ex obiecto proportionato, quod ipsa potest percipere naturaliter, & ex obiecto improporionato naturaliter, quod ipsa potest percipere supernaturaliter; v. g. obiectum adæquatum potentie materialis visivæ confurgit ex lucido colorato materiali, & ex lucido colorato materiali supernaturali, quod admittunt plures Theologi cum subtili Scoto, Eximio Suarez, & P. Ripalda de Ent. supern. disp. 44. sec. 1. apud P. Linceum, lib. 6. Met. tract. 2. num. 12. Nec enim possibile est lucidum coloratum spirituale, ut pote implicatorium interminis, non minus quam paries spiritualis, aut lapis spiritualis; nisi loquatur in sensu improprio ac metaphotico, de quo præsens quæstio non procedit, nec ad rem venit, Doctrinam hanc tradunt Sancti Patres, inter quos sunt S. Thomas, 1. p. quæst. 77. art. 1. & S. Ambrosius lib. de fide: & ex ipsa infertur, obiectum spirituale esse improporionatum essentialiter respectu potentie materialis; subindeque nec diuinitus posse proportionari ad hoc ut percipiatur à sensu materiali, seu potentia materiali, siue possibili, siue existente de facto, ut amplius constabit ex argumentorum solutione.

SVBSECTIO II.

OBIECTIONUM VIS. ENERVATA.

23. **O**bjec. 1. Sancti Patres ad illa verba Job; *in carne mea video Deum*; asserunt; Deum videndum oculis corporeis: ergo.

Nunc

Res.

Respondeo; nego antecedens; nam ut optime docet S. Thomas, 1. p. q. 2. art. 3. ad 1. S. Job intendit tantum exprimere, se visurum Deum post Resurrectionem carnis corruptibilis; subindeque dixit, se visurum Deum *in carne*, secus tamen cum carne, seu cum oculis carnis. Immo etiam constat ex contextu verborum, S. Job loquutum fuisse de Deo homine, nempe Christo Domino, de quo ibi exprimit esse Deum Salvatorem suum. Alibi autem saepe sub nomine oculorum intelligitur mens seu intellectus, ut patet ex ipso S. Job cap. 31. ubi ait; *pepigi fœdus cum oculis meis* (nempe intellectu alibus) *ut ne cogitarem quidem de virgine*; & in hoc sensu Sacerdotes accipiendi sunt.

24. Obijcis 2. Ratio formalis sub quâ, sive obiectum materiale sub quo potentia materialis visiva exigit tendere in suum obiectum materiale, est visibile præcendens à sensibili materiali, & ab insensibili spiritali; ergo. Antecedens constat à paritate potentia intellectiva, cuius ratio formalis sub qua est cognoscibile præcendens à creato, & ab increato.

Respondeo, nego antecedens; nam sicut ipsa potentia materialis visiva nequit præcendere à sensibili materiali, ita nequit præcendere à ratione formali sensibili materiali, quam exigit essentialiter, ut supra ostensum est. Nec tamen tenet paritas petita à potentia intellectiva, cuius ratio formalis sub qua est intelligibilitas, seu cognoscibilitas; quæ quidem æquæ proprie reuertit in omni ente vero, seu cognoscibili proprie in se, sive sit creatum, sive increatum, sive materiale, sive spiritali; ita ut obiectum adæquatum potentia intellectiva consurgat ex omni cognoscibili, sive proportionato, sive improportionato naturaliter, iuxta dicta proxime num. 22.

25. Obijcis 3. Magis distans est Deus ab intellectu creato, quam Angelus ab oculo corporeo: ergo sicut Deus percipitur nihilominus ab intellectu creato, Angelus spiritalis poterit percipi ab oculo corporeo, seu materiali.

Respondeo, hoc argumentum militat contra omnem cognitionem creatam abstractivam, & intuitivam Dei, quam tamen admittunt adversarij, non obstante distantia infinita Dei ab intellectu creato. Unde directe distinguo antecedens sic; magis distans est Deus, physice in ratione entis in

finiti simpliciter; concedo antecedens: intentionaliter in ratione obiecti perceptibilis; nego antecedens, & consequentiam, ac paritatem, quæ nulla est ex proxime dictis: nam cum Deus sit proprie, & simpliciter cognoscibilis, seu intelligibilis, continetur utique intra spheram obiecti adæquati potentia intellectiva creatæ, ita ut sit obiectum proportionatum illius naturaliter sub ratione cognoscibilis abstractivæ, & sit obiectum improportionatum illius naturaliter sub ratione cognoscibilis intuitivæ, ad quod proportionatur supernaturaliter per lumen gloriæ supernaturale, ut latè ostendo in Tractatu de Visione Deitatis cum Angelis non sic lucidus, coloratus, ut potè purè spiritalis, non est obiectum perceptibile vilo modo à potentia materiali, sive ab oculo corporeo; subindeque Angelus in linea intentionali, & in ratione obiecti perceptibilis, magis distat ab oculo corporeo, quam Deus distat in linea intentionali, & in ratione obiecti perceptibilis ab intellectu creato; materialiter se habente distantia physica infinita simpliciter, ut se habet ad hoc, ut Deus terminet amorem finitum voluntatis creatæ, respectu cuius proprie amabilis est formaliter.

26. Obijcis 4. Licet effectus supernaturalis sit extra spheram potentia purè naturalis, potest hæc divinitus elevari ad illum producendum: ergo pariter licet Angelus spiritalis sit extra spheram potentia visiva materialis, poterit hæc divinitus elevari ad illum percipiendum.

Respondeo, concedo antecedens, iuxta dicta in antecedente disputatione, sect. 2. & nego consequentiam, ac paritatem, iuxta proxime ponderata in præcedentis argumenti solutione; si quidem Angelus spiritalis ita est extra spheram potentia visiva materialis, ut sit omnino extra spheram obiecti adæquati, nempe proportionati, & improportionati naturaliter respectu illius aut effectus supernaturalis ita est extra spheram potentia purè naturalis, ut non sit omnino extra spheram termini adæquati respectu illius, quandoquidem est terminus improportionatus naturaliter, ad quem proportionatur per elevationem principij supernaturalis; & tunc potentia naturalis appellatur obedientialis potentia, cuius ratio formalis est producibilitas termini non implicantis contradictionem, ut loco citato demonstratum est.

27. Ob-

27. Obijcis 5. Ratio lucidi colorati est ratio formalis respectu potentia materialis visiva: atqui ratio lucidi colorati potest convenire alicui entitati spiritali: ergo.

Respondeo; distinguo maiorem; ratio lucidi colorati proprie talis, seu materialis simpliciter; concedo maiorem; aliter; nego maiorem, & maiorem in sensu explicato, cuius veritas constat ex doctrina Sanctorum Patrum tradita proxime num. 22.

28. Obijcis 6. Color apprensus in cælestris Iride, & in collo columbæ est color improprius, & ficticius: atqui nihilominus percipitur à potentia visiva materiali: ergo.

Respondeo, nego maiorem cum Eximio Suarez, & Illustrissimo Caramuele, quos in tractatu de Ente rationis secutus sum, ubi ostendi, talem colorem esse verum, & realem, ut pote qui vere, & realiter producit à Sole in materia proxime disposita; alioqui immerito Deus gloriaretur de fabrica speciosa Iridis, si falsa, ac ficticia esset; & imprudenter dixisset Genes. 9. *Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis, inter me, & inter terram*: quo enim pacto signum fictitium esset signum fœderis veri inter Deum, & homines? Unde ipse Deus apud Ecclesiast. cap. 43. ait: *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum; valde speciosus est in splendore suo*. Licet aliud talis color dicatur apprensus, quatenus est citò transiens ex dispositionum defectu; & inde ansam arripuerint Poetæ prophani ad sua signa gentilia, quorum Princeps Virgilius canebat sic:

*Ergo Iris croceis per Cælum rotida pennis,
Multicolor picto per nubila devolat arcus;
Nulle trahit varios, adverso sola colores.*

Immo pro eodem placito allegavi ibi Angelicum Præceptorem, & Aristotelem; ac tandem defensa vi ex professo, nullum sensum, seu potentiam materiale efficere ens fictitium rationis.

29. Obijcis 7. Potentia materialis humana non distinguitur realiter ab anima rationali spiritali: atqui ab hac est intelligibile, seu perceptibile obiectum spiritali: ergo etiam ab illa.

Respondeo, distinguo maiorem; nõ

distinguitur realiter adæquate; concedo maiorem; non distinguitur realiter inadæquate; nego maiorem: cum autem potentia materialis humana dicat etiam materiã organificatam, cuius rationem formalem nequit participare obiectum purè spirituale, nequit utique hoc percipi à potentia materiali humana, licet possit percipi ab anima rationali spiritali, à qua cognoscibile est simpliciter.

30. Pro alijs denique argumentis facile negotio dissolvendis, superaddo; cum quod aliquando apparet, terminati immediate actum potentia materialis ad terminum spirituale, v. g. dum peccator dolet de peccato commisso contra Deum; hoc autem ita apparet ex eo quod anima rationalis unita corpori operetur suos actus spirituales dependentes à phantasmatibus materialibus, licet in re actus elicitus sit purè spiritalis, ut est actus contritionis. Tum quod aliter discurrendum est de potentia materiali elevabili ad producendum terminum supernaturalem producibilem obedientialiter ab ipsa, ac discurrendum de potentia materiali inelevabili ad percipiendum vitaliter obiectum spiritali, ut pote in perceptibile essentialiter ab ipsa. Tum quod fere omnia argumenta ex cogitata, & ex cogitabilis ab adversarijs retorquentur manifeste contra ipsos, in vna potentia materiali inelevabili adhuc divinitus ad percipiendum obiectum proprium alterius potentia materialis, v. g. in potentia materiali visiva inelevabili adhuc divinitus ad percipiendum sonum; & sic de alijs promiscue comparatis. Unde alia supra, disp. 2. sect. 2. à num. 35.

SECTIO III.

AN POSSINT DARI; AUT DERACIO dentur; aliqua anima in aquales substantiali perfectione individuali?

31. **C**VM in superiori Roseto Theologico Mariano idem defensus verim excessum perfectionis entitative animæ Deiparæ Dominæ præ alijs animabus purorum hominum; necessum est pro tali doctrinã roborandã

in præfentiarum inquirere ex professo rationem non repugnantiam in animarum inæqualitate quoad perfectionem individualem substantialem, seu entitativam individualiter. Et quidem statim miror in consequentiam doctrinæ plurimum Auctorum, qui immediate postquam defenfarunt, partes animæ materialis esse homogeneas, æqualesque entitative substantialiter in perfectione individuali, licet vna pars animæ materialis eliciat operationes perfectiores in capite, quas non elicit alia pars animæ materialis in pede, quatenus huiusmodi operationes perfectiores, aut imperfectiores arguunt tantum maiorem, aut minorem perfectionem accidentalem dispositionum, seu organizationum, secus tamē maiorem, aut minorem perfectionem partium animæ materialis substantialem individualem; in præfenti quæstione defenfarunt hanc doctrinam, vt defendant, & arguant, animam rationalem Salomonis, aut S. Thomæ, esse perfectiorem, ac inæqualem in perfectione substantiali individuali respectu aliarum animarum rationalium, ex eo præcisè quod illa anima Salomonica eliceret perfectiores operationes; quæ quidem tantum arguunt maiorem perfectionem accidentalem dispositionum, seu organizationum, à quibus certè dependent; vt infra amplius constabit.

SVBSECTIO I.

ELIGITUR SENTENTIA ET PROBATUR.

32. **P**unctum præfentis quæstionis non nihil continet de voce; subindeque placet sententia communior Doctorum, quos citant P. Huradus hic. disp. 2. sect. 6. & P. Comptonus disp. 5. sect. 3. & pro quâ stant Doctores Parientes Damnantis oppositum assertum. Sit igitur mea conclusio: licet possibiles sint anime inæquales in substantiali perfectione individuali; de facto tamen solum sunt perfectiores substantialiter individualiter anime rationales Christi Domini, & Deiparæ Domine.

33. Hæc conclusio quoad priorem partem possibilitatis ostenditur communi

modo probandi conclusiones similes procedentes de potentia absoluta Dei: nam, iuxta firmum iudicium Doctorum, cõcedi debet virtuti infinitæ omnipotentæ Divinæ vis producendi omnes, quod manifeste non implicat contradictionem: atqui quod possint produci ab omnipotentia Divinâ anime inæquales in substantiali perfectione individuali manifeste non implicat contradictionem, vt ex argumentorum solutione patet: ergo hoc debet concedi virtuti infinitæ omnipotentæ Divinæ. Nunc sic: atqui eo ipso quod debeat concedi virtuti infinitæ omnipotentæ Divinæ vis producendi, sive quod possint produci ab omnipotentia Divinâ anime inæquales in substantiali perfectione individuali, possibiles sunt, ac producibiles in se, anime inæquales in substantiali perfectione individuali: ergo possibiles sunt anime inæquales in substantiali perfectione individuali.

34. Hinc constat, perperam intendere aliquos doctos Recentiores viriare modum communem probandi conclusiones procedentes circa potentiam absolutam Dei; dicunt enim inde non inferri possibilitatem absolutam rei in se, sed tantum possibilitatem respectivam rei quoad nos; alibi tamen ipsi probant simili modo arguendi possibilitatem rerum in se circa mysteria Fidei quam vrgentiore modo probare deberent, si hic modus probandi apud ipsos satis vrgens non est. Sed quidem vrgentissimus mihi est, si forma arguendi à me proposita attendatur; quidquid sit de alio modo ordinandi illam, qui laudatis Recentioribus fortassis displicuit.

35. Posterior pars meæ conclusionis probatur: nam aperte constat ex doctrinâ Sanctorum Patrum, sæpissime repetitâ à me varijs in locis Roseri Theologici; de facto deberi cõcedi solis personis Christi Domini, & Deiparæ Domine omne id perfectionis, quod possibile est, & manifeste non repugnat auctoritati, nec rationi: atqui maior perfectio substantialis individualis anime est quid possibile, vt proxime probatum est, & manifeste non repugnat auctoritati, nec rationi, respectu vtriusque anime rationalis; Christi Domini, & Deiparæ Domine tantum; in modo potius hoc consonat auctoritati, & rationi: ergo debet concedi de facto talis maior perfectio anime rationalis Christo Domino,

mino, & Deiparæ Domine tantum: ergo de facto solum sunt perfectiores substantialiter individualiter anime rationales Christi Domini, & Deiparæ Domine, vt tenet posterior pars meæ conclusionis.

36. Minor satis ostenditur à Doctoribus Parientibus, qui existimant errorem distoniam auctoritati, & rationi, assertere contrarium; siquidem inde inferretur omnimoda æqualitas perfectionis substantialis individualis inter animam rationalem Christi Domini, (idem est proportione servatâ de anima rationali Deiparæ Domine) & inter animam rationalem hominis pessimi Iudæe proditoris; quod absurdum maxime decantant, vt pote quod abhorret ratio fulcita auctoritate. Denique, quo ad exclusivam partem aliarum animarum rationalium perfectiorum substantialiter individualiter de facto, ostenditur satis ex falso fundamento, & in consequentia rationis formalis adversariorum; iuxta proxime dicta in limine quæstionis num; 1.

37. Nec ullum effugium est protuenda consequentia doctrinæ, quod partes anime materialis sint in eodem supposito; secus vero anime rationales perfectiores, aut imperfectiores, vt pote quæ sunt diversis suppositis. Contra enim est; tum quia hæc disparitas est omnino materialis, dum modo ratio formalis adversariorum falsificetur in eorum principijs; scilicet, quod elicere operationes perfectiores dependentes ab organizationibus accidentalibus, sit fundamentum ad inferendam maiorem perfectionem substantialem anime. Tum etiam, quia ex eodem fundamento perfectiorum operationum non inferretur adhuc in diversis subiectis maior perfectio substantialis animarum, v. g. in anima maris respectu anime femine, aut in anima hominis sani respectu anime hominis infirmi. Tum denique quia manifesta experientia magistra exploratum est, eundem hominem, sine vlla inæqualitate perfectionis substantialis anime rationalis, transmutare modum operandi, seu eliciendi suas operationes, aliquando imperfectas, postea perfectas, subinde perfectiores: ergo signum est manifestum, quod hoc dependet à maiore, vel minore perfectione accidentali, organizationum, ac dispositionum, & temperamento qualitatum; sub quibus anima vna cõ-

portelicit illas operationes.

38. Nec obstat, quod Salomon in libro Sapientiæ, cap. 8. v. 19. afferat de se ipso: *Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam*; nam hoc totum verum est, stante æqualitate substantiali eius anime rationalis cum alijs in esse individuali, sicut verum est stante æqualitate ipsius cum alijs in esse specifico; dum modo ipsi præstitum fuerit bonum temperamentum, rectaque organorum dispositio accidentalis, à qua dependet ingeniositas; & quæ immutatur infirmitate, vt experientia manifestat: vnde Aristoteles dicebat: *senectutem esse morbum naturalem, & morbum esse senectutem adventitiam.*

SVBSECTIO II.

ARGUMENTATIONES DILVNTIVÆ.

39. **O**bjc. 1. Si essent possibiles anime inæquales in perfectione substantiali, sequeretur, quod substantia accideret magis, & minus: atqui hoc repugnat principio philosophico: ergo.

Respondeo, distinguo maiorem; acciperet magis, & minus perfectionis substantialis individualis; concedo maiorem; aliter, sive per modum qualitatis: nego minorem. Vnde ad minorem dico, iuxta axioma philosophicum repugnare, quod substantia accipiat magis & minus per modum qualitatis, scilicet per intensiorem, ac remissionem gradualem; secus verò, quod substantia admittat magis & minus perfectionis substantialis comparative ad aliam substantiam, sicut substantia hominis admittit maiorem perfectionem substantialem comparative ad substantiam bruti, licet hic excessus sit notabiliter, ac proinde sit specificus.

40. **O**bjc. 2. Possibiles illæ anime differunt inter se notabiliter; & specificè; siquidem inter primam, & ultimam, intercederet excessus notabilis perfectionis substantialis; si omnes graduum se excederent; atqui hoc repugnat ergo.

41. **O**bjc. 3. Urgetur nam semel ad illa maiori perfectione substantiali individuali in animabus rationalibus Christi Domini, & Deiparæ Domine, videtur potius illis de-



beri concedi de facto maiorem perfectionē substantialem notabilem, & specificam in esse humano, utpote quæ magis commendaret earum personarum dignitatem: atqui hoc repugnat: ergo & illud.

42. Respondeo ad argumentum, nego maiorem; quam tamen P. Arriaga concedit; nescio quo tenore consequentiæ, siquidem semper ipse tenuit firmissimè, à solo iudicio hominum prudentiorum pendere taxare excessum sufficientem ad hoc ut dicatur notabilis, seu specificus, aut non notabilis, sed individualis tantum, quoad perfectiones rerum creatarum; quod quidem ipse P. Arriaga, disp. 1. de Anima, sect. 7. subsect. 2. num. 243; pulchrè explicat exemplo vlnæ (quæ apud homines Boemos non habet tot palmas, quot habet apud homines Hispanos: videatur hic Auctor loco citato antiqui curtus philosophici, pro rectitudine meæ solutionis, quæ ultra constat ex eo quod possit optimè intelligi maior perfectio substantialis vnius animæ, & alterius animæ rationalis respectu aliarum, intra lineam differentiæ individualis, & non notabilis, nec specificæ, ut convincitur ex illo solemni axioma ad rem nato, *magis & minus non variant speciem.* Vide infra, num. 52.

43. Hinc ad vrgentiam, nego maiore; nam iuxta doctrinam Sanctorum Patrum memoratam proxime num. 35. Christo Domino, & Deiparæ Domine debet concedi de facto maior perfectio commendas personarum dignitatem dummodo non sit talis perfectio manifestè repugnans auctoritati, nec rationi, uti repugnans est maior perfectio specifica in esse humano; alioqui enim Christus Dominus Redemptor noster, & Deipara Domina corredemptrix nostra non fuissent homines eiusdem nostræ speciei humanæ redemptæ à peccati servitute; sed essent homines extranei, & alterius speciei; quod quidem omnibus sacris, ac divinis eloquijs contrarium foret. Videatur de hoc P. Fonseca 5. Met. cap. 28 quæst. 16. sect. 2.

44. Replicabis. Furtum decem pataconum est notabiliter diversum à furto vnius; siquidem illud semper est peccatum mortale: atqui hoc oritur ex gradualiculatorio excessu pataconum; ergo pariter discurrendum erit de excessu notabili animarum.

Respondeo, concedo maiorem sup-

positis debitis circumstantijs; sub alijs enim adhuc furtum minoris quantitatis est peccatum mortale ex eo quod inferat grave damnum proximo pauperi: unde nego minorem, quia id certè oritur ex gravi damno iniuste illato; quod saepe pendet ex iudicio hominum prudentum, qui pensatis peccatis circa damnum illatum proximo gravitatem peccati resolvunt, aut levitatem ex circumstantiarum variatione inferunt.

45. Objic. 3. Si præcinderetur ratio animæ inæqualis rationalis ab animabus inæqualibus rationalibus, talis ratio præcisa esset diversa specificè ab alia ratione animæ rationalis æqualis præcisa ab alijs animabus rationalibus æqualibus; siquidem utraque illa ratio esset species, utpote prædicabilis de pluribus differentibus numericè: atqui hoc repugnat: ergo.

Respondeo, firmitatem huius argumentationis patefieri facta retortione manifesta in ratione præcisa hominis ab hominibus Hispanis, & in ratione præcisa hominis ab hominibus Boemis, aut Hibernis, ut pro suis respondeat P. Lynceus, qui alibi usus est hoc modo falso arguer. di. Unde directe nego maiorem, ad cuius probationem constat ex proxima retortione æquivocatio terminorum: aliud enim est quod ratio præcisa sit species logice; & univèrsaliter prædicabilis de pluribus differentibus numericè; & aliud est, quod sit species diversa specificè, seu notabiliter ab alia ratione præcisa, qualis est species hominis à specie leonis; ad hoc enim posterius requiritur necessario, quod ratio sit præcisa ab inferioribus notabiliter diversis inter se, qualiter non differunt inferiores animæ rationales, nec homines Hispani, ac Hiberni; & sic de alijs.

46. Objic. 4. Ideo præcise homo, & leo, differunt specificè inter se, & sunt species diversæ specificæ, quia homo, & leo eliciunt operationes notabiliter diversas, atqui animæ rationales inæquales in substantiali perfectione elicerent etiam operationes notabiliter diversas: ergo.

Respondeo, nego maiorem; alioqui enim pars animæ materialis residens in capite differret specificè à parte eiusdem animæ residente in pede leonis; siquidem illa prior elicit operationes notabiliter diversas ab alijs elicitis à posteriore, nempe visiones, & auditiones notabiliter diversas à dembulationibus: idemque esset de vnicā anima

anima rationali unita toti corpori Petri, in quo utpote sensitiva elicit sensationes, & ut rationalis elicit ratiocinationes, notabiliter diversas, sine differentia eiusdem animæ rationalis: *hac de catetis, quæ piget retinere,* (loquor aureis verbis Sancti Augustini tom. 5. oper. lib. 21. de Civitate Dei, cap. 7.) *Quil us licet vis in solita messe videatur alia tamen de illis non redditur ratio, nisi ut dicatur, hanc eorum esse naturam; brevis sane ista est ratio, fateor sufficiens que responsio.* Sed adhuc permittam maie, negatur minor ex hæcenus dictis, cum sufficiat excessus non notabilis operationum, qualis esset inæqualitas animarum rationalium non notabilis, seu specificæ, sed tantum individualis substantialis.

47. Demum minimè contrariantur Angelicus Aquinas, & Aristoteles in æqualitati individuali substantiali animarum, sed tantum negant inæqualitatem notabilem, seu specificam, inter individua eiusdem speciei: taliter ut aliud sit differre individualiter in ratione specificæ, quæ realiter idem significatur cum ratione individuali; & aliud sit differre notabiliter, seu specificè in ratione individuali idem significata realiter cum ratione generica, ut patet in Petro respectu Pauli, & in Paulo respectu leonis; & sic de alijs.

SECTIO IV.

IN QVO CONSISTAT CONCEPTVS VNI-
VOCVS VIVENTIS, & VITA, ESSENTIA,
LIS QUE DEFINITIO VTRIVSQUE?

48. **M**agni momenti est præsens dilceptatio pro intelligentia plurium, quæ in Roseto Theologico stabilita sunt. Cui tamè adhuc ad finem pro meo instituto sufficit mentem meam aperire, propriamque sententiam statuere; consulò omnimodo prolixam relationem ac resolutionem aliarum sententiarum, quæ passim occurrunt apud nostros Auctores; in hac enim quæstione *velle suum cuique est, nec velle vniur vno.*

49. Duo tamen prænotare fas est: primum, quod plures Recentiores cum P. Arriaga disp. 2. de Anima, & disp. 29. de Incarnatione, *inciderant in Scyllam, cupientes vitare Carybdem;* negarunt enim con-

ceptum univoce communem respectu vite intentionalis, & vitæ physicæ; admiserunt tamen illum respectu vitæ intentionalis increatæ, in qua univocatione viger, & vrget difficultas assignandi definitionem communem, quam illi vitare cupiebant. Secundum, quod plures sententiæ (quarum communior est Thomistica definiens vitam univoce communem per rationem *motus ab intrinseco*) impugnantur facillimo negotio; tum exemplo actionis non vitalis, qua ignis immanenter operatur, dum se ipsum auget; tum actionis emanativæ, seu productionis non vitalis proprietatum ab essentia, & speciei impressæ ab obiecto, & sic de alijs similibus. Tuto denique ex eo quod Deus sit capax vitæ, & non sit capax motus ab intrinseco, qui imperfectionem essentialiter ac in præcindibiliter involuit, ut ex illius definitione patefit.

SVBSECTIO I.

SENTENTIA PROPRIA PROPOSITA,
& probatur

50. **P**lacet sententiæ, seu conclusio hæc: *Vivens est entitas capax perfectionis ab intrinseco, ita specialiter immanens; ut sit notabiliter diversa à reliquis perfectionibus adhuc immanentibus.* Unde fit, quod vita definienda sit: *perfectio ab intrinseco, ita specialiter immanens, ut sit notabiliter diversa à reliquis perfectionibus adhuc immanentibus.*

51. Probatur rectitudo traditæ definitionis ex eo, quod univoce conveniat omni, soli, & semper definito; ita ut per ultimam differentiam ipsius, discriminetur ab alijs definitionibus incorrectis, & à reliquis perfectionibus non vitalibus adhuc immanentibus; quibus non convenit specialis immanentia vitalitatis; ut ex argumentorum solutione constabit.

52. Quod autem diversitas dicenda sit notabilis, aut non notabilis, inter res ac perfectiones diversas, pendet à iudicio hominum prudentum, tanquam à lydio lapide, lance, & statera recti ponderis; & iustæ distributionis tribuentis vnicuique rei id, quod suum est; nec enim ex alio capite hoc punctum resolvi potest, iuxta pro-

proxime dicta sectione antecedente, sub-
lectione 2. numero 42. ubi allegavi pro
eodem iudicio P. Ariagam incurru phy-
losophico antiquo, disp. 1. de Anima, lect.
1. subsec. 2. num. 243. sed quia ultra indi-
geo tanto patrono huius resolutionis, &
meæ conclusionis adversario, ibi iterum
ipsum ausculto rogitantem, quanta con-
venientia sufficiat ad differentiam speci-
ficam; seu notabilem, & quanta ad nume-
ricam; seu non notabilem? Respondet-
que ibidem advertens; aliud esse, differen-
tiam individuum in se non pendere ex accep-
tatione hominum, res enim omnes à se ipsis ha-
bent differre; vel convenire: aliud vero esse,
quod hæc, vel illa differentia dicatur specifica,
aut solum numerica; hoc autem pendet ex accep-
tatione vocis huius, differentia specifica: sicut
petriim esse pusillum, vel magnum statum non
pendet ex acceptatione hominum; pendet autem
quod habeat unam, vel duas vlnas ex accepta-
tione hominum circa vocem vlna: si enim illam
acciperent pro mensura quatuor palmorum, ut
accipitur in Hispania, non habebit duas vlnas,
qui solum habet sex palmos altitudinis; si vero
vlna accipitur non pro tam longa mensura sed
trium palmorum, ut hic Praga, tunc ille habe-
bit duas vlnas longitudinis; non quia Petrus in
se efficiatur maior, vel minor ex voluntate
Hispanorum, aut Boemorum, sed quia eius
magnitudo potest diversis mensuris significari
ex diversa acceptatione hominum circa nomina
significantiæ mensuras. Ita similiter; hoc quod
est differre, non pendet ex acceptatione homi-
num; pendet autem quod ea differentia dicatur
numerica, specifica; aut generica. Hactenus
P. Ariaga loco citato Curfus antiquioris;
in Auctario enim hæc, & alia, ad alium
locum remisit.

53. Hinc fit, quod cum præsens qua-
tio fit de voce circa illa quæ dicenda sunt
vitalia, nec ne, ut adnotatur communiter;
supponendum sit ex Angelico Aquinate,
1. p. q. 18. art. 1. & Aristotele 8. Phy-
sic. textu 29. vitalia dici ea, quæ impor-
tant perfectionem immanentem, v.g. Deus,
Angelus, homo, brutum, planta; simul
que non vitalia dici alia, quæ important
perfectionem immanentem, diverso tamen
modo, v.g. ignis, aer, aqua, terra, Cælum;
vnde diversa immanentia arguitur in per-
fectionibus vitalibus ac in non vitali-
bus; licet difficulter cognoscatur, quæ
nam immanentia sit propria perfectionis
vitalis, & quænam immanentia sit propria

perfectionis non vitalis adhuc si appareat
vitalis, v.g. solus Echo verba recensens ex
reflexione vocum; de quo pulchre præ-
dicat P. Petrus de Labbe. lib. 7. var. etc.
gior.

*Adeo solitaria est Echo, ut non nisi in spe-
luncis degat.*

*Adeo pudica, ut nullum aspiciat, à nullo
visi.*

*Adeo modesta, ut nunquam audeat loqui
prima.*

*Adeo erudita, ut omnes linguas intelligat.
Didicit quidquid semel audivit.*

*Toties parata respondere: Quoties paratus es
dicere.*

Vnde Nympha Echo à gentilitate conficta
fuit.

54. Denique, specialis immanentia
perfectionis vitalis dicitur notabiliter di-
versa à reliquis adhuc immanentibus, scili-
cet non vitalibus, quia definitur per con-
trapositionem ad alias perfectiones adhuc
immanentes non vitales, quibus non con-
venit ea specialitas immanendi vitalis.
Nec tamen inde desumendus est similis
modus definiendi alias res; v.g. animal
hominis; tum quia in ratione animalis nil
habet speciale, quod non conveniat ani-
mali bruti; tum etiam quia in ratione ani-
malis alio meliori modo potest definiri,
principium sensationis; & sic de alijs; secus
tamen res vitalis ut talis formaliter contra-
posita rei non vitali, ut ex argumentor-
um solutione constabit.

SVBSECTIO II.

SATIS FIT OBJECTIONIBUS.

55. **O**bjic. 1. Intellectio est per-
fectio vitalis notabiliter di-
versa à volitione, & sensatione, quæ etiam
sunt perfectiones vitales, ut pote specia-
liter; seu vitaliter immanentes: ergo per-
peta definitur vitalitas contraposta non
vitalitati per rationem perfectionis ab intrin-
seco, ita specialiter immanens, ut sit notabi-
liter diversa à reliquis perfectionibus adhuc
immanentibus.

Respondeo, distingo antea-
densita ut sit notabiliter diversa in ratione
imma-

immanentis ut talis formaliter; nego ante-
cedens: ita ut sit notabiliter diversa in
ratione operationis intellectualis ut talis
formaliter; concedo antecedens. Deinde
nego consequentiam, nam tradita à me defi-
nitio satis exprimit; notabilem differentiam
perfectionis vitalis respectu non vitalis de-
bere esse ad huc in ratione immanens ut talis
formaliter, ut patet ex illis verbis, ita spe-
cialiter immanens, ut sit notabiliter diversa à
reliquis perfectionibus adhuc immanentibus: in-
tellectio autem non est notabiliter diversa vo-
litione, & sensatione, nec ab alijs actibus vi-
talibus, in ratione immanens ut talis for-
maliter, siquidem in tali ratione convenit
vniocæ cum omnibus illis, licet & in ratio-
ne vitalis formaliter; subindeque æque com-
prehenduntur in eadem definitione perfec-
tionis vitalis, quæ minimè convenit alteri
non vitali. Differit tamen notabili ter intel-
lectio à volitione, & sensatione in ratione
operationis intellectualis ut talis formaliter;
hæc vero differentia notabilis non est
in ratione vitalitatis formaliter; sed in ra-
tione talis, & talis vitalitatis materialiter,
ac proinde est differentia materialis, quæ
etiam reperitur in vna intellectioe respec-
tu alterius intellectiois, ut patet in intel-
lectione Angelica, & intellectioe huma-
na, immò etiam in apprehensione, iudicio,
& discursu humanis, convenientibus vni-
vocè simpliciter in ratione vitalitatis ut ta-
lis formaliter, ac per consequens in ratione
perfectionis ab intrinseco ita specialiter imma-
nentis, ut sit notabiliter diversa à reliquis per-
fectionibus adhuc immanentibus, scilicet non
vitalibus ut talibus formaliter.

56. Objic. 2. per instantiam. Intel-
lectio est notabiliter diversa à nutritione,
vegetatione, adhuc in ratione immanens
ut talis formaliter; siquidem illa est imma-
nens per tendentiam intentionalem in ob-
iectum; alia vero est immanens per intus-
sumptionem: ergo.

Respondeo in primis per manifesta
retortionem factam in ipsa intellectioe
creata, & in intellectioe increata, seu di-
vina, inter quas admittunt adversarij con-
venientiam vniocæ, & immanentiam
propria vitæ intentionalis; licet vna sit
talis per actionem, passionem, ac vniocem;
& alia sit talis aliter, nempe per identita-
tem realem cum intellectu divino. Vnde
directe, iuxta proxime dicta in solutione

præcedentis argumenti, nego antecedens;
ad cuius probationem dico, illam differen-
tiam assignatam ab arguente esse differen-
tiam materiale huius; & illius vitæ in
particulari, scilicet vitæ intentionalis, quæ
talis est per tendentiam in obiectum, &
vitæ physice, quæ talis est per intusump-
tionem: hoc autem non abstat, quo minus
inter utramque detur convenientia vni-
vocæ sine vlla differentia notabili forma-
li in ratione communi vitæ; seu immanen-
tis ut talis formaliter; ut patet exemplo
retortionis, in quo eandem responsionem
exhibent adversarij; ut pote conformem
primis Philosophorum principijs, & pas-
sim obviam in alijs exemplis occurrenti-
bus.

57. Objic. 3. per vrgentiam. Tra-
dita definitio nequit esse vniocæ respectu
intellectionis increatæ, & intellectionis
creatæ; tum propter differentiam vtrius-
que proxime assignatam à me; tum etiam
propter ly perfectio ab intrinseco, siquidem
intellectioni Divinæ convenit negative,
quatenus est à se; & intellectioni creatæ
convenit positive, quatenus est ab alio
ergo.

Respondeo, hoc argumentum
evertere omnem convenientiam vniocæ
inter Deum, & creaturam admittam alibi
ab adversarijs, v.g. in ratione communi
Entis, substantiæ, subsistentiæ, intellectus,
voluntatis; &c. Subindeque in formâ,
nego antecedens; ad cuius primam pro-
bationem constat, illam differentiam esse
materiale, & materialiter se habere ad
rationem communem intellectiois ut talis
formaliter; alioqui nulla esset assignabilis
definitio vniocæ illius. Constat etiam ad
secundam probationem antecedentis, siqui-
dem illa à cæcâ distributio se habet ex
parte differentiarum, nempe huius, &
illius intellectiois in particulari; aut ex
parte rationis communis solum se habet
formaliter esse ab intrinseco, quatenus re-
pugnat esse ab aliquo principio extrin-
seco adæquato; id quæ convenit vniocæ
omni vitæ; potestque dici quid negativum
secundum dici, aut explicari.

58. Objic. 4. Tradita definitio con-
venit subsistentiæ productæ extrinsece à
solo Deo, & motui locomotivo ex impul-
su extrinseco, alijs que rebus similibus non
vitalibus: ergo.

Respondeo, nego antecedens, ut

67. ubi explicui illa verba, *ut modus cognoscendi sit saltem aequae perfectus, ac est modus cognoscibilitatis ipsius obiecti primarij.*

78. Replicabis. Cognitio, qua Angelus inferior elevaretur ad comprehendendum Angelum superiorem, non posset esse adhuc aequae perfecta in modo cognoscendi, ac est perfectus modus cognoscibilitatis immaterialis Angeli superioris; alioquin essent Angeli eiusdem speciei, ut potest aequales in perfectione immaterialitatis: ergo.

Respondeo, hanc replicam nullius esse momenti; tum quia nullum est inconueniens in mea scola Iesuitica admittere Angelos eiusdem speciei adhuc de facto: tum etiam quia stat optime, quod duae res sint aequales in perfectione, & nihilominus non sint eiusdem speciei, sed diversae speciei, ut patet in colore caeruleo, iuxta iudicium prudentum, quod est regula mensurandi perfectiones, ut supra stabilitum est: tum denique quia cum immaterialitas Angeli superioris sit aliqua perfectio finita, ac limitata, potest utique compensari, immo etiam superari per aequam perfectionem cognitionis comprehensivae elicitae ab Angelo inferiori, ut elevato, scilicet ex maiore perfectione principij supernaturalis elevantis Angelum inferiorem.

79. Obijc. 4. Cognitio creata est entitas accidentalis: at qui eo ipso nequit esse adhuc aequae perfecta in modo cognoscendi, ac est perfectum obiectum primarium creatum substantiale in modo suae cognoscibilitatis: ergo.

Respondeo, hoc etiam argumentum militare contra plerosque adversarios, inter quos laudatus P. Leonardus num. 104. probat, ad comprehensionem non requiri per se formaliter in cognitione tantam perfectionem physicam secundum rationem entis, quanta est in obiecto substantiali comprehenso in ratione etiam entis; hocque non est punctum praesentis quaestionis cum haec procedat circa esse intentionale, & perfectionem intentionalem comprehensionis proportionatam cognoscibilitati sui obiecti ut talis, ut in simili controversia supra adnotatum est. Sed

in forma directe concedo maiorem, & nego minorem iuxta proxime dicta. quia cum substantialitas illa obiecti primarij creati sit aliqua perfectio finita, & limitata, potest utique compensari per aliam perfectionem cognitionis vitalis comprehensivae; saltem si obiectum substantiale non sit vitale, v.g. lapis; aut cognitio comprehensiva sit supernaturalis simpliciter, v.g. cognitio, qua Petrus comprehenderet Angelum. Unde plures Theologi primarij (inter quos numerantur Patres Molina 1. part. q. 17. art. 7. & Valentia tom. 2. disp. 8. q. 4. part. 1.) defensant, entitates accidentales supernaturales simpliciter aequare perfectionem substantiae naturalis. Si autem sermo sit, uti debet esse, de perfectione intentionali correlativa modi cognoscendi, & modi cognoscibilitatis, parum difficultatis in argumento erit.

80. Obijc. 5. Comprehensio Dei respectu sui ipsius non est aequae perfecta ipsi Deo; siquidem non est aequalis ipsi Deo; eo quod aequalitas exigat distinctionem realem inter res aequales, sicut similitudo inter res similes: ergo irreducte definitur comprehensio.


Respondeo, hoc argumentum, sicut etiam proxime praecedens, procedere contra suppositum quaestionis, inde enim potius probatur, non dari, nec dari posse ullam comprehensionem inter rerum naturam, quod quidem falsissimum est. Sed directe, nego antecedens; nam optime stat, quod comprehensio Dei sit aequae perfecta, ac est ipse Deus, quantum comprehensio divina habet tantam perfectionem, quantum habet ipse Deus comprehensus; secus tamen minorem perfectionem, ac habet ipse Deus. Unde ad probationem dico, aequalitatem ibi sumendam esse in sensu proxime explicato, qui est sensus theologicus, receptus communiter, dum attributa divina dicuntur aequalia inter se in perfectione, licet inter ipsa non detur distinctio realis, quam exigat aequalitas sumpta in alio sensu stricto philosophico aut grammaticali circa nomen aequalitatis; de quo alibi in superiori Roseto Theologico Mariano satis dictum est.

81. Hactenus comprehendere conatus sum brevi calamo, & solo spatio

tio duorum annorum ea omnia, quae in praedicto Roseto Theologico Mariano, & in hoc Tractatu Appendicij Philosophico, per tractata sunt; ita ut hoc exercitium fuerit quies, requiesque laborum, quos in hoc Maximo Collegio nostro Limano S. Pauli, & Theologico Magisterio, oneroso sane, & si honorario, expertus sum; scilicet quos secum fert occupatio pessima (teste Sapiente) quam dedit Deus filiis hominum; licet enim in experti reputent honores, experti verius reputant labores: unde ubi nostri Collegij Patronus S. Paulus ait,

plus omnibus laboravi, vertit S. Thomas; *plus omnibus scripsi*, ut ex multiplici eiusdem Apostoli, praeter alios, Epistola pate fit. Sufficiant igitur quindecim selectae quaestiones Philosophicae, quas de novo scribere coactus sum pro plena noticia, & complemento Roseti Theologici Mariani; & quas simul pro correspondentia, seu consonantia quindecim Mysteriorum Rosarij Sacratissimi Mariani scribere decrevi: omniaque cedant ad maiorem Dei Optimi Maximi, & Deiparae Dominae gloriam. Amen,

FINIS



INDEX

I N D E X

*DISPUTATIONVM, SECTIONVM,
& Subsectionum, quæ in hoc Tractatu
Appendicio Philosophico
continentur.*

DISPUTATIO I.

Dialecticæ selectæ quæstiones dilucidantur. pag. 324.

SECTIO I. An identitas realis distinguatur formalitèr obiectivè ab extremis realitèr identificatis? pag. 328.

SVBSECTIO I. Affirmativa sententia eligitur, & probatur. pag. 324.

SVBSECTIO II. Respondetur objectionibus pag. 325.

SECTIO II. An dentur præcisiones obiectivæ, vel formales in casu communiter proposito hominis à longe cogniti imperfectè? pag. 327.

SVBSECTIO I. Præmittuntur aliqua pro sententia media. pag. 327.

SVBSECTIO II. Sententia media proponitur, & probatur. pag. 328.

SVBSECTIO III. Satis fit argumentis. pag. 329.

SECTIO III. Quid nam dicendum sit circa præcisionem Genæ à quinque Prædicabilibus? pag. 330.

SVBSECTIO I. Non nulla necessaria præmittuntur. pag. 331.

SVBSECTIO II. Specialis conclusio stabilicitur. pag. 331.

SVBSECTIO III. Objectionum obices expediuntur pag. 333.

SECTIO IV. Quanam sit recta definitio Relationis prædicamentalis. pag. 335.

SVBSECTIO I. Proponitur propria sententia, & probatur. pag. 335.

SVBSECTIO II. Respondetur argumentis. pag. 336.

SECTIO V. An quantitas distingua-
tur realitèr à re quantâ? pag. 349.

SUBSECTIO I. Sententiæ referuntur, & propria stabilicitur. pag. 337.

SUBSECTIO II. Obiectiones dissolvuntur. pag. 343.

DISPUTATIO II.

Physicæ selectæ quæstiones disquiruntur. pag. 345.

SECTIO I. An Christus Dominus in triduo mortis fuerit verè homo? pag. 345.

SUBSECTIO I. Affirmativa sententia Magistri sententiarum proponitur, & exponitur. pag. 345.

SVBSECTIO II. Affirmativa sententia Magistri ex S. Augustino comprobatur. pag. 346.

SVBSECTIO III. Satis fit argumentationibus. pag. 347.

SECTIO II. An detur de facto in omni creatura potentia obedientialis ad omnes effectus posibles? pag. 350.

SUBSECTIO I. Referuntur sententiæ, & propria stabilicitur duplici conclusione. pag. 351.

SVBSECTIO II. Obiectiones dilucidantur. pag. 353.

SECTIO III. An causa finalis moveat secundum esse reale, vel secundum esse apprehensum? pag. 356.

SVBSECTIO I. Relictis aliorum placitis, proprium iudicium fertur. pag. 356.

Rrrr

SVB

- SVBSECTIO II. Respondetur obiectionibus. pag. 358.
 SECTIO IV. An Deus possit producere actualiter existens infinitum categorematicum creaturarum? pag. 359.
 SVBSECTIO I. Sententiæ referuntur; & propria singulariter statuitur. pag. 360.
 SVBSECTIO II. Præoccupantur effugia. pag. 360.
 SVBSECTIO III. Argumenta adversa infinitudini collectionis partialis secundum numerum evertuntur. pag. 363.
 SVBSECTIO IV. Argumenta obijcibilia adversus infinitudinem secundum extensionem extrincantur. pag. 366.
 SVBSECTIO V. Argumenta pro infinitudine secundum intensionem militantiæ enervantur. pag. 367.
 SECTIO V. An duratio temporalis distinguatur à tempore, & re durante? pag. 368.
 SVBSECTIO I. Mens aperitur, & specialis conclusio stabilitur. pag. 368.
 SVBSECTIO II. Dissolvuntur argumentationes. pag. 369.

DISPUTATIO III.

- Metaphysicæ; & Animasticæ selectæ quæstiones digeruntur, & discutuntur. pag. 371.
 SECTIO I. In quo consistat essentia unitatis, secundum quod est attributum metaphysicum En-

- tis. pag. 371.
 SVBSECTIO I. Sententiæ referuntur, & propria statuitur duplici conclusione pag. 371.
 SVBSECTIO II. Respondetur obiectionibus. pag. 372.
 SECTIO II. An possit Ens spirituale percipi à potentia materiali? p. 373.
 SVBSECTIO I. Relati sententijs, negativa stabilitur duplici conclusione pag. 374.
 SVBSECTIO II. Obiectionum vis enervatur. pag. 375.
 SECTIO III. An possit dari, aut de facto dentur aliquæ animæ inæquales in substantiali perfectione individuali? pag. 377.
 SVBSECTIO I. Eligitur sententia, & probatur. pag. 378.
 SVBSECTIO II. Argumentationes diluuntur. pag. 379.
 SECTIO IV. In quo consistat conceptus univocus viventis, & vitæ, essentialisque definitio utriusque? pag. 381.
 SVBSECTIO I. Sententia propria proponitur, & probatur. pag. 381.
 SVBSECTIO II. Satis fit obiectionibus. pag. 282.
 SECTIO V. In quo conceptus comprehensionis consistat essentialiter? pag. 384.
 SVBSECTIO I. Recta definitio essentialis comprehensionis strictissimæ traditur. pag. 385.
 SVBSECTIO II. Adversa argumenta; & fundamenta conteruntur. pag. 387.

IN-

INDEX

RERVM, ET VERBORVM, QUÆ IN HOC
 Roseto Theologico Scholastico Mariano continentur,
 per Tractatus, Disputationes, Sectiones, Sub-
 sectiones, numeros Marginales,
 & Paginas.

A

- A**ron vnus fuit ex progenitoribus Deiparæ Dominæ. Tractatu 1. Disputatione 1. Sectione 1. Subsectione 1. numero 6. & sequentibus; pagina 3.
 Abel vxoratus ab aliquibus adstruitur, & ab alijs non vxoratus. Tractatu 2. Disputatione 2. Sectione 2. Subsectione 2. numero. 14. pag. 4.
 Actio consecrativa non est forma Sanctificans, & quâ de causâ. Tractatu 2. Disputatione 2. Sectione 4. Subsectione 2. numero 74. pag. 52.
 Actio generativa Christi Domini à Virgine Matre talis est, vt per ipsam actionem Christus Dominus in quantum homo sit Filius naturalis respectu Patris Æterni, propria Philosophicâ generatione viuentium. Tract. 2. disp. 3. sect. 9. num. 124. pag. 96.
 Adamus caput morale hominum posteriorum, his non nocuisset alio actu pravo particulari; sicut nec profuit penitentia illius vt personæ particularis. Tract. 3. disp. 3. sect. 1. subsect. 3. num. 23. pag. 139.
 Adamus, cuius speciei peccatum commisit. Tract. 3. disp. 3. sect. 3. subsect. 12. num. 59. pag. 128.
 Adamus exornatus fuit à Deo scientia supernaturali, quâ cognovit mysteria Theologica Fidei. Trac. 6. disp. 3. sect. 2. subsect. 1. num. 9. pag. 275.

- Adorationis species, & alia plura, videlicet. D verb. Deipara Domina, vbi de ipsius adoratione. Trac. 9. disp. 1. per totam. pag. 307.
 Amicum inter, ac inimicum Dei datur medium. Tract. 2. disp. 2. sect. 4. subsect. 2. num. 75. pag. 52.
 Angelorum superioritas respectu hominum secundum se explanatur. Tract. 2. disp. 3. sect. 3. subsect. 2. num. 54. pag. 79.
 Angelicus intellectus potest pati falsitatem naturalem circa aliquod obiectum. Tract. 2. disp. 3. sect. 6. num. 78. pag. 84.
 Angelorum peccatum habuit pro obiecto immediato eximiam excellentiam Deiparæ Dominæ. Tract. 2. disp. 3. sect. 9. à num. 135. pag. 96.
 Angelos potuisse peccare in primo instanti creationis, singulari modo defatur: ibidem, num. 138. & sequentibus, pag. 96.
 Angelorum via quanta fuerit, iuxta varias sententias: ibidem, num. 139. pag. 98.
 Angelis non fuit præceptus actus dilectionis Dei pro primo instanti creationis: ibidem, num. 141. pag. 98.
 Angeli boni in via responderunt omni motioni diuinæ gratiæ. Tract. 6. disp. 2. sect. 2. subsect. vnica, num. 13. pag. 372.
 Angeli boni præcognoverunt suam prædestinationem ad gloriam æternam. Tract. 6. disp. 3. sect. 2. subsect. 3. num.

- numero 17. pag. 277.
- Angelis* non tribuntur dores in cælo sub nomine dotis, & quæ de causa. Tract. 8. disp. 1. sect. 2. à num. 6. pag. 276.
- Angeli Custodes*, & eorum custodia, commendantur: ibidem, numero 9. pag. 276.
- Anna* non habuit tres viros, nec tres filias, ut aliqui olim credebant; interpretatur eius nomen; eiusque elegia recensentur. Tract. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 4. & num. 5. pag. 3.
- Antonij* de Vieira elogium. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsect. 5. numero 56. pag. 172.
- Nec omittam, pro ipso sibi adoptando contendere, necdum vrbes, sed orbis; ita ut plures in hoc novo orbe adstruant, illum esse Peruanum, vel saltem Americanum.
- Apes* sine concubitu procreantur Tract. 2. disp. 1. sect. 1. num. 6. pag. 24.
- Apostoli* confirmati in gratia, capaces reprehensionis in casu singulari SS. Petri, & Pauli. Tract. 3. disp. 1. num. 9. pag. 102.
- Apostoli* Sancti suam prædestinationem ad gloriam præscierunt. Tract. 6. disp. 3. sect. 2. subsect. 3. num. 18. pag. 276.
- Apostolorum*, immò etiam Angelorum Magistra Deipara Domina. Tract. 8. disp. 2. sect. 2. subsect. 1. numeris 6. 8. & 9. pag. 302.
- Aqua* latex Christi Domini miraculose exiit, ut bonum latronem baptizaret, iuxta S. Ioannem Chrysosthomum. Tract. 5. disp. 2. sect. 1. subsec. vnic. num. 11. pag. 257.
- Aqua* pulchra paritas, ne impuretur Deo peccatum originale; ex S. Augustino. Tract. 3. disp. 3. sect. 1. subsect. 2. num. 6. pag. 138.
- Amorum* Patrona, vitrix Bellona Deipara Domina. Tract. 9. disp. 2. sect. vnic. subsect. 4. à num. 27. pag. 318.
- Ars* fabrilis non dedecet regiam dignitatem. Tract. 1. disp. 1. sect. 1. subsec. 2. num. 15. pag. 5.
- Artifex* optimus Deus est; & vnde. Tract. 2. disp. 3. sect. 8. subsec. 2. num. 117. pag. 90.
- Aristotelis* doctrina circa summum bo-

- num. Tract. 2. disp. 1. sect. 3. subsect. 1. num. 33. Circa modum loquendi. Tract. 1. disp. 2. sect. 2. num. 5. Circa nomina rerum. Tract. 1. disp. 1. sect. 4. num. 36. pag. 120.
- Athalia* occidi iusta est propter cupiditatem regnandi. Tract. 1. disp. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 23. pag. 5.
- Attributa* divina non sunt aqualia, nec inæqualia inter se rigorose loquendo. Tract. 1. disp. 1. sect. 5. subsect. 1. num. 43. pag. 13.
- Ave MARIA* est oratio à Deo composita, & à Trinitate Divina in cælo iterata. Tract. 9. disp. 2. sect. vnic. numeris 8. 12. 14. ibique plura alia videnda. pag. 313.
- Aureola*, seu laureola, vnde sumatur; & quales sint in Beatis. Tract. 8. disp. 2. à num. 1. pag. 301.
- Axioma* theologicum, *actiones sunt suppositorum*, erudite elucidatur. Tract. 4. disp. 3. sect. 2. subsect. 2. num. 23. pag. 214.
- Axioma* jurisprudentiæ, *quod meum est, An. plus meum esse non potest*: alia que coincidentia, explicantur, ut salvetur essentia præmij correspondentis merito ex titulo rigorosæ iustitiæ. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsect. 5. à num. 59. pag. 172.

B

- Baptismus* est Sacramentum institutum à Christo Domino in remedium peccati originalis. Tract. 3. disput. 3. sect. 1. subsect. 1. num. 10. pag. 137.
- Baptismi* materia, & forma, aliaque plura de ipso elucidantur circa Baptismum Divæ Virginis MARIE: vide litteram D. verb. *Deipara Domina*.
- Beati* in cælo appellantur Jesuitæ à IESU, & Marianitæ à MARIA. Tract. 1. Disp. 1. sect. 5. subsect. 2. num. 51. pag. 15.
- Beatitudo naturalis* non requirit necessario carentiam peccati mortalis essentialiter. Tract. 3. Disp. 3. sect. 4. subsect. 3. num. 92. pag. 157.
- Beatitudo supernaturalis* inamissibilis per peccatum reddit Deiparam Dominam absolute, & simpliciter impeccabilem. Tract.

- Tract. 3. Disp. 1. sect. 1. subsect. 2. n. 24. pag. 107.
- Beatitudo* cœlestis describitur poetice. Tract. 7. num. 1. rursusque ibidem, n. 43. pag. 277.
- Beatitudo* formalis supernaturalis definitur. Tract. 7. Disp. 1. num. 2. pag. 278.
- Nec est aliquid divinum, aut increatum de facto: ibidem, subsect. 2. à num. 7. pag. 279.
- Nec etiam de potentia absoluta Dei; ibidem, subsect. 3. à num. 12. pag. 280.
- Beatitudo* formalis supernaturalis est aliquid creatum, sive aliqua operatio creata vitalis producta vitali modo à Beato: ibidem, subsect. 4. à num. 18. pag. 281.
- Beatitudo* formalis supernaturalis non consistit essentialiter in actu amoris. Tract. 7. Disp. 1. sect. 2. subsect. 1. à num. 24. nec in simultate amoris, & visionis; ibidem, num. 29. pag. 282.
- Nec consistit essentialiter in actu gaudij ibidem, subsect. 2. à num. 30. pag. 283.
- Beatitudo* formalis supernaturalis consistit essentialiter in sola visione intuitiva Dei: ibidem, subsect. 3. à num. 36. pag. 284.
- Beatitudinis* formalis supernaturalis principia effectiva recensentur. Tract. 7. Disp. 1. sect. 3. num. 44. pag. 285.
- Beatifica* visio, ex perfectiori intellectu, cæteris paribus, aut non evadit perfectior physicè entitative, ut vult sententia negans absolute; aut evadit perfectior adhuc theologicè in ratione Beatitudinis formalis supernaturalis; si semel evadit perfectior physicè entitative, ut vult sententia affirmans absolute: ibidem, subsect. 1. à num. 45. pag. 282.
- Beatifica* visio ita provenit à lumine gloriæ, ut concursus activus illius possit suppleri divinitus per auxilium extrinsecum Dei: ibidem, subsect. 2. à num. 55. novaque quæstio de voce circa totam rationem agendi exprimitur, ibidem, num. 54. pag. 282.
- Beatitudinis* formalis definitione communi supposita, ostenditur, Maternitatem Deie esse propriè beatitudinem formalem supernaturalem, seorsim à visione

- beatissimè etiam perfectiorem illà in ratione beatitudinis formalis supernaturalis. Tract. 7. Disp. 1. sect. 4. subsect. 1. à num. 61. pag. 290.
- Beseleel* filius Mariæ sororis Moyse dicitur. Tract. 2. Disp. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 14. pag. 23.
- Santa Brigitta* Virgo Deiparæ Domine pudicitiam maximè comendat. Tract. 1. Disp. 1. sect. 3. num. 3. pag. 10.

C

- Canticum* Marianum *Magnificat* ex parte elucidatur. Tract. 9. Disput. 1. sectione 1. subsect. vnic; num. 7. pag. 308.
- Canes* olim apponebantur in delubris ad custodiendas res sacras. Tract. 3. num. 3. pag. 102.
- Caramuelis* singularis sententia circa Cœceptionem Marianam explanatur. Tract. 3. Disp. 2. sect. 1. subsect. 1. n. 11. & sequentibus. pag. 116.
- Cardinalium* declarationes, seu decreta quam auctoritate fruuntur. Tract. 3. Disp. 2. sect. 1. num. 6. pag. 121.
- Caroli* V. Imperatoris parentes recensentur. Tract. 2. Disp. 2. sect. 2. subsect. 2. num. 38. pag. 67.
- Carpentia* Dea, & alij Dij gentium ex rerum inventione, memorantur. Tract. 8. Disp. 2. sect. 2. subsect. 2. num. 13. pag. 303.
- Santa Catharina* Virginis, & Martyris elogium apud P. Mendozam. Tract. 8. Disp. 1. sect. 2. num. 15. pag. *Santa Catharina* Senensis dignitas, ex eo quod recitare meruerit Rosarium Marianum cum Christo Domino. Tract. 9. Disput. 2. sect. vnic; subsect. 1. num. 14. pag. 314. addeque, Christum Dominum tunc intonasse, *Gloria Patri, & mihi, & spiritui sancto*.
- Causa* efficiens, & causa subiectiva respectu peccati originalis assignantur: Tract. 3. Disp. 3. sect. 2. subsect. 5. num. 62. pag. 149.
- Charitas* antecellit virginitatem. Tract. 2. Disp. 1. sect. 3. subsect. 1. num. 25. pag. 25.
- Charitas* æque inclinatur ad velle amare Deum, ac ad velle amari à Deo: ibidem, sub-

subsect. 2. num. 39. pag. 27.
Charitas eximia S. P. N. Ignatii de Loyola commendatur: ibidem, num. 47. pag. 27.
Christus Dominus, quid de causa recusa vererit, eligi in regem; & regnum suum esse de hoc mundo, negaverit. Tract. 1. Disp. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 29. pag. 8.
Christus Dominus plura nobis exhibuit documenta salutis, dum matrem suam mulierem tantum dixit. Tract. 2. Disp. 2. sect. 1. subsect. 2. num. 10. pag. 36.
Christus Dominus in triduo mortis fuit vere homo, iuxta Magistrum Sententiarum, & Sanctum Augustinum. Tract. 2. Disp. 2. sect. 3. subsect. 2. num. 50. pag. 46.
Christus Dominus dicit mutuam relationem respectu *Deiparæ Domine*. Ibid. à num. 56. pag. 47.
Christi Domini humanitas non denominatur immanitas, sed ad summum immanitata. Tract. 2. Disp. 3. sect. 1. subsect. 2. num. 26. pag. 61.
Christus Dominus meruit superabundanter de facto, modo connaturali, primam gratiam habitualem, & primam gloriam atque habitus per se infusos supernaturales, in primo instanti suæ conceptionis. Tract. 4. Disp. 1. sect. 1. subsect. 6. per totam, à num. 67. pag. 174.
Christus Dominus nequit villo pacto intelligere per intellectum divinam, ut homo est. Tract. 7. Disp. 1. sect. 1. subsect. 3. num. 14. pag. 279.
Christi Domini præputium nunc asseratur Romæ, aut Anicij, iuxta varias sententias: ibidem, sect. 4. subsect. 2. num. 67. pag. 291.
Christus Dominus suæ Matri Divinæ cultum demissimum exhibuit. Tract. 9. num. 1. pag. 306.
Cognoscibilitas Mysterij Incarnationis in Virgine Matre inscrutabilis est solis viribus naturæ respectu cuiuslibet intellectus creati. Tract. 21. Disp. 3. sect. 4. subsect. 1. à num. 58. pag. 81.
Collyridiani hæretici *Deiparam* Dominam colebant tanquam veram Deam. Tract. 9. num. 1. pag. 306.
Comprehensio intentionalis, & comprehensio physica explanantur. Tract. 2. disp. 2. sect. 4. subsect. 2. num. 11. & 13. pag. 52.

Comprehensio definitio aperitur. Tract. 7. disp. 2. sect. 2. subsect. vnic. num. 23. pag. 296.
Comparatio pulchra ex D. Thoma ad explicandam voluntarioratem posterorum in Protoparente Adamo. Tract. 3. disp. 3. sect. 1. subsect. 3. num. 210. pag. 139.
Conceptio temporalis Christi Dei hominis fuit supernaturalis. Tract. 2. disp. 2. sect. 1. subsect. 3. num. 17. pag. 38.
Conceptio Purissima *Deiparæ Domine*; vide totam materiam in regre pertractatam, lit. D. verb. *Deiparæ Domina*.
Condonatio extrinseca Dei secundum se non est forma sanctificans. Tract. 2. disp. 2. sect. 4. subsect. 2. num. 75. pag. 52.
Condonatio extrinseca peccati actualis debet admitti, semel admittit condonatione extrinseca peccati habitualis; immo probabilior est illa prior peccati actualis: ibidem, num. 76. pag. 52.
Confessionis præceptum non obligat eos, qui solis peccatis venialibus defædatis sunt. Tract. 5. disp. 2. sect. 2. num. 13. pag. 259.
Confirmati in gratia capaces sunt reprehensionis; sive reprehensibiles, ex Apostolo. Tract. 3. disp. 1. num. 9. pag. 104.
Confirmatio in gratia non minuit valorem meritorium, & satisfactorium ad vitam æternam. Tract. 4. disp. 3. sect. 9. subsect. vnic. num. 92. pag. 233.
Confirmationis Sacramentum: vide plura de hoc, lit. D. verb. *Deiparæ Domina*.
Connaturalitas triplex, sive triplex genus connaturalitatis explicatur. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 15. pag. 160.
Continui partes intrinsece non se habent ut actus, & potentia. Tract. 2. disp. 2. sect. 4. subsect. 2. num. 15. pag. 52.
Contritio perfecta conferatur forma sanctificans, ibidem, num. 78. pag.
Convenientia diversimode usurpatur. Tract. 2. disp. 3. sect. 3. num. 40. pag. 69.
Corona stellarum Apoc. 12. *Corona* Rosarum intelligitur ab Episcopo Crotonensi. Tract. 9. disp. 2. sectione vnic. subsect. 4. num. 3. & alibi sæpe. pag. 318.

Corona

Corona Sacratissimi Rosarij Mariani insinuata in canticis. Tract. 8. disp. 2. sect. 2. num. 4. pag. 302.
Corona Sacratissimi Rosarij Mariani expresso dilucidata. Tract. 9. disp. 2. per totam: unde lit. D. verb. *Deiparæ Domina*.
Coronaria certantium suorum cultorum *Deiparæ Domine*. Tract. 9. disp. 2. sect. vnic. subsect. 5. num. 33. pag. 330.
Crucis Sacratissimæ Christi Domini cultus est adoratio debita. Tract. 9. disp. 1. sect. 1. subsect. vnic. num. 14. pag. 308.
Cultus debitus *Deiparæ Domine* expresso dilucidatus, eo. Tract. 9. disp. 1. per totam. pag. 307.

D

David fuit vnus ex præcipuis progenitoribus *Deiparæ Domine*. Tractatu 1. Disputatione 1. sect. 1. subsect. 1. num. 6. & sequentibus; pag. 3.
Decreta divina sunt aliqua priora, & alia posteriora, contra Magistrum Saavedra, Tract. 1. disp. 2. sect. 2. num. 5. pag. 18.
Deus Opt. Max. totus occupatur vtraque manu in exornanda, & perpendenda sua Matre Virgine MARIA. Tract. 6. disp. 2. num. 1. pag. 270.
Demonstrationis divisio ex Aristotele traditur. Tract. 2. disp. 3. sect. 4. subsect. 1. num. 60. pag. 81.
Dæmones non habebant cognitionem naturalem evidentem, sed tantum conjecturalem, de divinitate Christi Domini. Tract. 2. disp. 3. sect. 7. subsect. vnic. num. 84. pag. 86.
Dionisij egregia verba circa Dei formam Matrem MARIAM à se visam in hac vita. Tract. 7. disp. 2. sect. 1. subsect. 2. num. 10. pag. 294.
Dominici, eiusque Dominicane Religionis elogium. Tract. 3. num. 3. & num. 4. vbi Doctores Dominicani centum triginta sex defensoris Conceptionem Purissimam *Deiparæ Domine* recensentur; pag. 10. Rursusque. Tract. 9. disp. 2. sect. vnic. num. 7. pag. 313.
Dotes corporum beatorum dilucidan-

tur: vide paulo infra. verb. *Deiparæ Domina*.

Tranai error circa dilationem veri *Deiparæ Domine* in partu virgineo, deturpatur. Tract. 2. disp. 1. sect. 1. num. 7. pag. 36.

DEIPARA DOMINA.

Deipara Domina. Proœmium operum Christi Domini decantatur; domus sapientiæ, & turris Davidica constructa ad docendum, & tradendum scientias. In Proœmio, pagina 1.

Deiparæ Domine: nobilitas naturalis, & supernaturalis. Tract. 1. disp. 1. sect. 1. num. 2. pag. 2.

Deiparæ Domine parentes, ac progenitores Reges, & Sacerdotes: ibidem, num. 3. & sequentibus. pag. 2.

Deiparæ Domine Regia nobilitas non fuit denigrata lanificio: ibidem, subsect. 2. num. 15. pag. 5.

Deiparæ Domina habuit verum ius proxiimum hæreditarij in sceptrum Iudæ, & regnum Israel. Tract. 1. disp. 1. sect. 2. subsect. 1. à num. 17. pag. 6.

Coronavit Christum Dominum diademate regio. Tract. 1. disp. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 30. pag. 6.

Pulchritudo ipsius, tam animæ, quam corporis demonstratur. Tract. 1. disp. 1. sect. 3. pag. 10.

Superavit feminas pulcherrimas veteris legis: ibidem, num. 31. pag. 10.

Nunquam incidit in morbum corporalem: ibidem, num. 31. pag. 10.

Pulchritudinis Marianæ visio excitabat pudicitiam: ibidem, num. 32.

Pulchritudo eius corporalis pulchre describitur à S. Epiphânio: ibidem, num. 33.

Pulchritudo eius animæ ornata fuit dotibus eximijs; quales sunt, optima indoles assentiens omnibus auxilijs divinis; optimus intellectus resurgens omnibus scientijs, & speciebus universalibus; & usus rationis acceleratus à primo instanti suæ Conceptionis: ibidem, num. 35. pag. 11. & alibi sæpe.

Nomen MARIE illustrarum divinis excellentijs, & interpretationibus varijs eluci-

elucidatum. Tract. 1. disp. 1. sect. 4. à num. 36. pag. 12.
 Præntiatur cælitus ab Angelo: ibidem, num. 36.
 Prophetatur à Sybilla; & præfert scientiam, ac magisterium: num. 39.
 Nominis MARIE invocatio mirabiles habet effectus; & an ex opere operato: ibidem, num. 40. & 41. pag. 13.
 Nomen MARIE idem est cum Nominis IESU: ibidem, sect. 5. subsec. 1. num. 43. & sequentibus, pag. 13.
 Advocata peccatorum MARIA, & mediatrix Dei, ac hominum: ibidem, nu. 46.
 Prædestinatio Deiparæ Dominæ præcessit in aliquo signo priore ante prædestinationem alterius cuiuslibet puræ creaturæ. Tract. 1. Disp. 2. sect. 2. num. 6. pag. 18.
 Prædestinatio Divæ Virginis MARIE fuit prior respectu termini Maternitatis Dei, quam respectu termini gratiæ, & gloriæ scilicet habitualis: ibidem, num. 8.
 Virginitas singularis Deiparæ Dominæ demonstratur æmula virginitatis Divinæ. Tract. 2. Disp. 1. num. 2. pag. 19.
 Virginitas Mariana semper inviolata, adversus perfidos hæreticos, defenditur ibidem, sect. 1. à num. 4. pag. 20.
 Virginum omnium princeps, prima, ac primipila MARIA in vovenda virginitate Deo: ibidem, sect. 2. per totam, pag. 21.
 Virgo Virginum merito decantatur, ibidem, num. 10.
 Deipara Dominæ teneretur eligere Maternitatem Dei potius quam virginitatem si vtraque esset eligibilis sub disiunctione. Tract. 2. Disp. 1. sect. 3. subsec. 1. à num. 22. pag. 25.
 Deipara Dominæ est infinita imago bonitatis Dei: ibidem, num. 26.
 Maternitas Dei est optima pars eligibilis à MARIA: ibidem, num. 26.
 Modus exponitur, quo se gessit in Angelicæ annuntiatione, & in contrahendo matrimonio facta: ibidem, num. 27. pag. 26.
 Mater Dei vera est, & vere dicitur talis Sanctissima Virgo MARIA. Tract. 2. Disp. 2. sect. 1. subsec. 1. à num.

3. pag. 36.
 Matripater, nec Patrimater, non est dicenda, si in rigore loquatur: ibidem, subsec. 3. num. 18. pag. 38.
 Mater est triplici titulo respectu omnium hominum electorum: ibidem, nu. 19.
 Debet correspondere in nobis triplex titulus filialis gratitudinis erga magnam Matrem MARIAM: ibidem, nu. 19.
 Deipara Dominæ habuit concursum physicum effectivum in unionem Humanitatis Christi Domini, & concursum materiale respectu ipsius: Tract. 2. Disp. 2. sect. 2. num. 20. & 21. pag. 39. Repugnat vixiisque comprehensio perfecta: ibidem subsec. 3. num. 39. pag. 45.
 Caro MARIE mansit in Eucharistia manducanda nobis: ibidem, num. 20. pag. 46.
 Unionis hypostatica concursu physico effectivo non indignit ad hoc, ut vere diceretur Mater Dei: ibidem, subsec. 1. à num. 26. pag. 40.
 Unionem hypostaticam de facto produxit physice effectivè: ibidem, à num. 30. pag. 41.
 Maternitas Dei est infinita simplicitèr. Tract. 2. Disp. 2. sec. 3. subsec. 1. à num. 43. pag. 45.
 Dicit idem titatem cum Filio Deo homine iuxta Sanctos Patres; ibidem, num. 49.
 Maternitas Dei est forma sanctificans, ut quod, præstantior que gratia habituali in ratione formæ sanctificantis. Tract. 2. Disp. 2. sect. 4. per totam; pag. 49.
 Ratione ipsius excedit infinitè Deipara omnes iustos ornatos gratia habituali: ibidem, num. 68.
 Deipara Dominæ dicitur sancta corpore, & spiritu: ibidem, num. 80.
 Sanctificaverit nè suum Filium Divinum, dubitatur; & plures affirmant: ibidem, num. 81.
 Persona Sanctissimæ Virginis MARIE non constituitur essentialitèr in esse personali per Maternitatem Dei; ut novatores aliqui affirmant: ibidem, sect. 5. per totam; pag. 57.
 Non eger falsis prærogativis: ibidem, num. 83.
 Actio generativa Christi Domini à Virgine Matre talis fuit, ut per ipsam ac-

tio-

tionem Christus in quantum homo sit Filius naturalis respectu Patris Aeterni, propria philosophica generatione viventium. Tract. 2. Disp. 3. sect. 9. à num. 135. pag. 96.
 Conceptionem Purissimam Deiparæ Dominæ calamo, & scriptis illustrare, licitum est, & sine censura fit. Tract. 3. num. 2. pag. 102.
 Purata fuit, ut coram illa non exprimitur nomen peccati; & hoc evanescat à voce ipsius quasi sanctificante. Tract. 3. Disp. 1. num. 1. pag. 104.
 Deipara Dominæ omninò impeccabilis fuit & immunis à peccato etiam originali, adhuc stando principijs Angelici Doctoris D. Thomæ. Tract. 3. Disp. 1. sect. 1. subsec. 2. à num. 13. pag. 107.
 Impeccabilis etiam fuit per gratiam habitualem vt fundatam in Maternitate Dei in amissibili per peccatum: ibidem, num. 23.
 Impeccabilis in super fuit per beatitudinem formalem supernaturalem: ibidem, nu. 24.
 Supposita possibilitate creaturæ rationalis impeccabilis ex natura sua, talis debuit esse Deipara Dominæ ratione Maternitatis Dei: ibidem, num. 25.
 Impeccabilitas Deiparæ Dominæ tanta est ut in hypothesi peccati, deberet mundari ab omni reatu culpæ, & pænæ; per supervenientem Maternitatem Dei: ibidem, sect. 2. subsec. vnic. à num. 38. pag. 112.
 Impeccabilitas illa tanta est; ut in Sanctissima Virgine MARIA omninò extinxerit fomitem peccati: ibidem, sect. 3. subsec. vnic. à num. 46. pag. 114.
 Conceptio Deiparæ Dominæ fuit supernaturalis. Tract. 3. Disp. 2. sect. 1. num. 3. pag. 115.
 Conceptio Deiparæ Dominæ celebrata ab Ecclesia Catholica designatur: ibidem, num. 5.
 Conceptio Deiparæ Dominæ omninò immunis à peccato originali defacto demonstratur. Ibidem; præsertim à num. 14.
 Conceptio ipsa fuit Purissima, utpote in gratia, & gloria: ibidem, num. 30.
 Debitum proximum non habuit, sed tantum remotum: ibidem, sect. 2. per totam; pag. 221.
 Præservativa redemptio Deiparæ Do-

minæ, & ordo decretorum Dei explanantur; ibidem, sect. 2. subsec. & 3. à num. 38. pag. 122.
 Impugnatur nova opinio adstruens, dari debitum proximum in sola Deipara Dominæ, secus tamen in reliquis posteris Adami. Tract. 3. Disp. 2. sec. 3. subsec. 5. à num. 65. pag. 149.
 Semel supposito, Deiparam Dominam peccasse in Adamo, nequit componi, nec verificari, non contraxisse peccatum originale. Tract. 3. Disp. 2. sect. 3. per totam, præsertim à num. 47. pag. 125.
 Conceptionis immaculatæ mysterium est proximè definibile de fide in præfenti rerum itatu; ibidem; sect. 4. per totam, pag. 131.
 Martyr verus esset ille, qui mortem subiret pro tuenda veritate Mysteriorum Conceptionis Immaculatæ in præfenti statu: ibidem, sect. 5. per totam, pag. 132.
 Nequit Deipara Dominæ eligere disiunctivè immunitatem à peccato mortali originali, aut immunitatem à peccato veniali personali: ibidem, sect. 6. subsec. vnic. à num. 84. pag. 134.
 Caruit omnibus pœnis, effectibus que temporibus peccati originalis: ibidem, sect. 7. per totam, pag. 135.
 Eximia excellentia Deiparæ Dominæ fuit immediatum esse obiectum respectu superbiæ Luciferi, & peccati Angelorum malorum. Tract. 2. disp. 3. sect. 9. à num. 135. pag. 96.
 Meruit Deipara Dominæ superabundantèr defacto, modo connaturali, primam gratiam habitualem, & primam gloriam, atque habitus per se infusos supernaturales in primo instanti suæ Conceptionis. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsec. 1. à num. 8. pag. 160.
 Dei maternitas dicitur superans dignitatem gratiæ habitualis, & gloriæ: ibidem, num. 11.
 Deiparæ Dominæ dicitur concessa potestas Pontificiæ. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsec. 5. num. 56. pag. 172.
 Diva Virgo MARIA, non solum defacto, verum etiam de possibili, nequit mereri condignè Maternitatem Dei, adhuc comparativam, si principium meriti non possit cadere sub merito. Tract. 4. disp. 1. sect. 2. subsec. 1. à num. 95. pag. 180.

Ttt

Divæ

Diva Virgo MARIA potuit divinitus promereri de condigno Maternitatem Dei per meritum condignitatem ab ipsa Maternitate Dei: subindeque *principium meriti potest cadere sub meritum*. Tract. 4. disp. 1. sect. 2. subsect. 3. à num. 102. pag. 182.

Meritum Deiparæ Dominae respectu Incarnationis non est perperam æquandum merito antiquorum Sanctorum Patrum respectu ipsius Incarnationis divinæ. Tract. 4. disp. 1. sect. 3. subsec. 1. num. 13. pag. 189.

Diva Virgo Mater MARIA divinitus potuit mereri condigne Incarnationem Verbi divini quoad substantiam, & circumstantias, via executionis, per meritum dignificatum à Maternitate Dei: ibidem, à num. 132.

Deipara Domina potuit mereri de condigno suam existantiam. Tract. 4. disp. 1. sect. 4. subsect. 1. num. 152. pag. 194.

Deipara Domina promeruit incorruptionem sui corporis cadaverici: ibidem, subsect. 2. num. 154. pag. 195.

Deipara Domina promeruit anticipatam resurrectionem sui corporis, quæ sane peracta fuit in sepulchro, & non in celo: ibidem, subsect. 3. à num. 156. pag. 195.

Deipara Domina meruit de condigno Angelis, & hominibus, per meritum dignificatum à Maternitate divina, executionem, & actuale largitionem omnium eorum donorum, quæ ipsis promeruit Christus Dominus de condigno. Tract. 4. disp. 1. sect. 5. subsect. 1. à num. 164. pag. 197.

Sensus ad rem aperitur circa propositionem hanc: *impossibile est, Deipara Domina cultorem damnari*: ibidem, subsect. 2. à num. 169.

Commendaturque inde devotio Sacratissimi Rosarii Mariani, num. 176. pag. 198.

Sensus exponitur, in quo possit verificari Deiparam Dominam valere eripere ab inferno suum cultorem, etiam si damnatus supponatur: ibidem, subsect. 3. à num. 172. pag. 199.

Satisfactio condigna pro peccatis semel supposita in merito dignificato à Maternitate Dei, adhuc esset metaphy-

lice necessaria. Incarnatio Verbi Divini. Tract. 4. disp. 3. sect. 1. subsect. 1. à num. 9. pag. 211.

Deipara Domina non solum est in ordine supremo unionis hypostaticæ, quam physicè produxit, sed etiam in ordine infinito, & divino supremo, ratione Maternitatis divinæ: ibidem, num. 4. & num. 8.

De conceptu satisfactionis condignæ: ut talis non est æqualitas personæ satisficientis respectu personæ offensæ: subindeque semel supposita satisfactione condigna pro peccatis in merito dignificato à Maternitate Dei, non esset ibi desideranda illa personarum æqualitas. Tract. 4. disp. 3. sect. 2. subsect. 1. à num. 14. pag. 213.

Diva Virgo MARIA ut Mater Dei potuit iustam condigne satisfacere pro aliquo peccato mortali, adhuc supposito, quod nulla alia pura creatura potuerit satisfacere de condigno pro illo. Tract. 4. disp. 3. sect. 3. subsect. 1. à num. 27. pag. 220.

Valor satisfactorius meriti dignificati à Maternitate Dei infinita simpliciter foret superabundans pro peccato mortali adhuc infinito. Tract. 4. disp. 3. sect. 4. subsect. 1. à num. 37. pag. 22.

Adhuc supposita finitudine simpliciter in ipsa satisfactione, esset condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter: ibidem, sect. 5. subsect. 1. à num. 50. pag. 223.

Adhuc supposito, Maternitatem Dei non esse formam sanctificationem, pollet satisfactio ab illa dignificata esse condigna, & superabundans pro peccato mortali infinito simpliciter: ibidem, sect. 6. subsect. unica, à num. 64. pag. 224.

Supposito per impossibile, quod Deipara Domina peccasset mortaliter, pollet utique in tali statu peccati, & simul stante Maternitate Dei, satisfacere nedum condigne, verum etiam superabundanter, pro illo peccato adhuc infinito simpliciter. Tract. 4. disput. 3. sect. 7. subsect. 1. à numero 69. pag.

Maior obligatio submitendi se Deo ex dignitate Maternitatis divinæ non arguit in Deipara Domina impotentiam

tiam satisfaciendi pro peccato mortali: ibidem, sect. 8. subsect. unica, à num. 81. pag. 231.

Licet Maternitas Dei non esset forma elevans moraliter personam Deiparæ Dominae ad altiorem ordinem merendi & satisfaciendi; nihilominus tamen obligatio orta præcise ex tali dono divino non minueret eius valorem meritorium, ac satisfactorium in ordine ad vitam æternam. Tract. 4. disp. 3. sect. 9. subsec. unica, à num. 91. pag. 233.

Supposita finitudine simpliciter peccati mortalis, potuit Deipara Domina, per meritum dignificatum à Maternitate Dei infinita simpliciter, satisfacere condigne, & superabundanter pro toto cumulo peccatorum: ibidem, sect. 1. à num. 95. pag. 235.

Supposita infinitudine simpliciter alicuius peccati mortalis in sensu communi (ibi exposito) & satisfactione condigna Deiparæ Dominae pro illo; debet necessario sequi, Deiparam Dominam posse satisfacere condigne pro toto cumulo peccatorum adhuc infinitorum simpliciter, saltem secundum intensivum. Tract. 4. disp. 3. sect. 11. subsec. 1. à numero, 107. pag. 238.

Ex eo quod SS. Virgo MARIA ut Mater Dei possit satisfacere condigne, & superabundanter pro peccato mortali non inferitur similis virtus satisfactiva in Sanctis Iosepho, Ioachim, & Anna: ibidem, sect. 12. subsect. 1. à num. 117. pag. 241.

Deipara Domina habuit unionem physicam realem substantialem cum Christo Deo homine in utero materno. Tract. 4. disp. 3. sect. 12. subsect. 3. num. 123. pag. 243.

Deipara Domina habuit, ipsique debet concedi de facto, omne id, quod est excellentia, ac perfectio, manifeste non repugnans, iuxta Sanctos Patres, & Doctores. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 9. pag. 160.

Responsio Deiparæ Dominae MARIE, & Divi Iosephi, potuit esse, & fuit de facto, verum Matrimonium ratum, non obstante voto absoluto virginitatis, quo Sacri Coniuges obstructi præsupponuntur. Tract. 5. Disp. 1. per to-

tam; præsertim à numero 41. pag. 245.

Deipara Domina aperuit votum Virginitatis Sacerdotibus Templi: ibidem, num. 5.

In contractibus interveniunt variæ conditiones: ibidem, num. 6.

Sponsalia quid sint, & quomodo accipiuntur in iure ibidem, num. 7.

In Matrimonio, seu contracta matrimoniali, realiter distinguuntur eius essentia, & actualis versus conjugalis: ibidem, num. 8. & num. 40. pag. 747.

Essentia matrimonij, cuiusque materia, & forma dilucidantur: ibidem, nu. 23. & num. 36.

Domina diversimodè accipiuntur: ibidem, num. 10. pag. 35.

Voces nubere, nuptia, sonabant olim copulam conjugalem, apud Auctores Sacros, & prophanos: ibidem, num. 20.

Canon vocentibus apud Gratianum, dist. 27. quam auctoritate, & veritate fruatur: ibidem, num. 24.

Votum virginitatis quomodo, & quando invalidet matrimonium: ibidem, num. 29. pag. 25.

Impotentia se copulandi quænam impediat, aut invalidet matrimonium: ibidem, num. 34. & num. 37.

Verum matrimonium, & cohabitatio Deiparæ Dominae cum Sponso Divo Iosepho, præcessit ante tempus Angelicæ Annuntiationis, & Incarnationis Verbi Divini. Tract. 5. Disp. 1. sect. 2. subsect. 1. à num. 41. pag. 255.

Sacramentum illud veteris legis suscepit Deipara Domina, quod alijs feminis applicari consuevit. Tract. 5. Disp. 2. num. 1. pag. 257.

Baptismus suscepit ex præcepto à Christo Domino: ibidem, sect. 1. subsect. unica, num. 3. & num. 10. pag. 256.

Sacramenti Baptismatis assignatur materia, & forma: ibidem, num. & numero 8.

Sacramentum Pœnitentiæ non suscepit: ibidem, num. 7.

Sacramentum Divinæ Eucharistiæ suscepit, nedum frequenter, verum etiam quotidie. Tract. 5. Disp. 2. sect. 2. subsect. unica, à num. 16. pag. 260.

Sacramentum hoc institutum fuit principaliter ob amorem Deiparæ Dominae: ibidem, num. 19.

In ipso Sacramento Eucharistico virginea caro *Deiparæ Dominæ* permanet, & manducatur à nobis; ibidem, n. 20.

Fideles primitivæ Ecclesiæ quotidie reficiebantur hoc cibo divino; ibidem numero 14.

Communio quotidiana in quo statu fit post retroactas controversias; ibidem, num. 15.

Confirmationis Sacramentum suscepit *Deipara Domina* per vñctionem Spiritus Sancti in die Pentecostes. Tract. 5. disp. 2. sect. 3. num. 22. pag. 261.

Extrema Vñctionis Sacramentum suscepit *Deipara Domina*; ibidem; sect. 4. num. 25. pag. 261.

Sacramentum hoc conferri potest homini, qui nunquam peccatum personale commisisset: de præcepto tamen illius certò non constat; ibidem, num. 28.

Ordinis Sacramentum non recepit *Deipara Domina*: de potestate tamen eius Pontificia lucubravat plura ingeniosus P. Antonius de Vieyra. Tract. 5. disput. 2. sect. 5. à num. 29. pag. 262.

Gratia habitualis *Deiparæ Dominæ* non fuit infinita simpliciter, nec in categorematica intentione. Tract. 6. disp. 1. sect. 1. subsect. 2. à num. 10. pag. 265.

Si esset possibilis talis gratia habitualis infinita, correspondisset vt præmium merito dignificato à gratia Maternali *Deiparæ Dominæ*; ibidem, num. 12.

Gratia habitualis *Deiparæ Dominæ* considerata, nè dùm in termino viæ, verum & in primo instanti Conceptionis Purissimæ, excedit gratiam habitualement omnium Angelorum, & hominum purorum, etiam si collectivè sumantur Tract. 6. disp. 1. sect. 2. subsect. 1. à num. 27. pag. 268.

Deipara Domina Microcosmus totius Ecclesiæ decantatur: ibidem, numero 32.

Virtutibus omnibus supernaturalibus in gradu heroico perfectionis circumornata fuit *Deipara Domina*, scilicet non dicentibus ullam imperfectionem ex connotatione. Tract. 6. disp. 2. sect. 1. subsect. vnica; à num. 3. pag. 271.

Deipara Domina est collegium perfectionis, seu sanctitatis, & forma virtutis: ibidem, num. 4.

Deipara Domina, non morbo corporali, nec senio confecta, sed cuspide chari-

tatis divinæ vulnerata obvijs; ibidem, num. 6.

Deipara Domina in exercitio omnium virtutum de facto respondit omnimodioni divinæ gratiæ à Deo collatæ. Tract. 6. disp. 2. sect. 2. subsect. vnica. à num. 10. pag. 272.

Motio efficax divinæ gratiæ fuit nihilominus speciale beneficium: ibidem, num. 16.

Scientia supernaturali per se infusa *Deipara Domina* exornata fuit à primo instanti suæ Conceptionis. Tract. 6. disput. 3. sect. 1. subsect. vnica. à num. 3. pag. 274.

Omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei sunt in *Deipara Domina*; ibidem, sect. 2. num. 7. pag. 274.

Scivit optime Biblia Sacra, & mysteria Theologica Fidei; ibidem, sect. 2. subsect. 1. à num. 8. pag. 275.

Præcognovit suam prædestinationem in Matrem Deiant Angelicam Annuntiationem: ibidem, subsect. 2. à num. 10. pag. 275.

Prædestinationem etiam suam ad gloriam æternam præcognovit à primo instanti suæ Conceptionis; ibidem, subsect. 3. à num. 17. pag. 276.

Prophetia donò claruit; ibidem, num. 19.

Maternitas Dei est propria Beatitudo formalis perfectior visione beata in ratione beatitudinis. Tract. 7. disp. 1. sect. 4. subsect. 1. à num. 61. pag. 290.

Beatitudo formalis supernaturalis, seu gloria essentialis *Deiparæ Dominæ* tanta est, vt excedat gloriam essentialem collectivè sumptam omnium Angelorum, & hominum purorum, &c. Tract. 7. disp. 2. sect. 1. subsect. 1. à num. 4. pag. 293.

Gloria *Deiparæ Dominæ* in cælo tanta est, vt eius intuitiva visio sufficeret ad beandum aliquo modo; ibidem, subsect. 2. à num. 9. pag. 294.

Gloria accidentalis omnium Beatorum accrescit ex præsentia *Deiparæ Dominæ*: ibidem; subsect. 3. numero 15. pag. 265.

Gloria accidentalis *Deiparæ Dominæ* tanta est, vt excedat gloriam accidentalem collectivè sumptam omnium Beatorum Angelorum, & purorum hominum. Tract. 7. disp. 2. sect. 2. subsect. vnica. à num. 18. pag. 296.

Glo-

Gloria accidentalis *Deiparæ Dominæ* in cælo augmentum accipit de facto; ibidem, à num. 24. pag. 297. vide inferlit. B. verb. *Beatitudo*.

Dores gloriosæ animæ ac corporis *Deiparæ Dominæ* in cælo dilucidantur. Tract. 8. disp. 1. sect. 1. à num. 3. pag. 298.

Dores non tribuuntur Angelis sub tali expressione: vbi de Custodia Angelorum respectu *Deiparæ Dominæ*: ibidem, sect. 2. à num. 6. pag.

Aureola, sive laureola, triplex in cælo, scilicet Doctoratus, Virginitatis, & Martyrij: et an ea triplex condecoret *Deiparam Dominam* in cælo. Tract. 8. disp. 2. sect. 1. & 2. à num. 1. pag. 301.

Aureola doctoratus ostenditur in *Deipara Domina* specialiter; ibidem, sect. 2. subsect. 1. à numero 5. pag. 302.

Aureola Virginitatis demonstratur in *Deipara Domina* singulariter; ibidem subsect. 2. à num. 10. pag. 303.

Aureola Martyrij elucidatur in *Deipara Domina* luculenter; ibidem, subsect. 3. à num. 14. pag. 304.

Deipara Domina non est colenda tanquam vera Dea, vt volebant Collyridiani. sed vt vera Mater Dei. Tract. 9. num. 1. pag. 306.

Adorationis essentia, & divisio explanatur. Tract. 9. disp. 1. num. 2. pag. 307.

Adoratio debita est *Deiparæ Dominæ*: ibidem, sect. 1. subsect. vnica, à num. 4. pag. 308.

Deiparæ Dominæ cultus ab Apostolis originem duxi, adhuc illa vivente; ibidem, num. 4.

Deipara Domina debet adorari, non solum ab hominibus, sed etiam ab Angelis; ab hisque adorata fuit simul cum filio Iesu in Bethleem co stabulo; ibidem; num. 6. & num. 8.

Adoratio hyperdulicæ debita est *Deiparæ Dominæ*, ita vt hæc adoratio sit præfatiior adoratione dulicæ, & adoratione respectiva patriæ: ibidem, sect. 2. subsect. à num. 12. pag. 309.

Circa adorationem respiciam patriæ debitam illi loquendum est cum distinctione: ibidem, subsect. 2. à num. 17. pag. 310.

Præsentia personalis physica, & realis *Deiparæ Dominæ* in aliquibus imagi-

nibus revelata est ab ipsa; & in quibus hoc speciale donum resplendet; ibidem, subsect. 3. à num. 21. pag. 311.

Modus singularis, & practicus proponitur, quo *Deiparæ Dominæ* cultum ac reverentiam quisque promovere potest, magno spiritus profectu. Tract. 9. disp. disp. 1. sect. 2. subsect. 3. num. 22. pag. 313.

Cultus deferendus SS. Nomini *MARIE* insinuat: ibidem, num. 25.

Deiparæ Dominæ manus nobis summe beneficæ exigunt à nobis remunerationem in exercitio Sacratissimi Rosarij Mariani, quod est maxima eius devotionis demonstratio. Tract. 9. disp. 2. num. 1. & 2. pag. 412.

Rosarium Marianum est chorda, quæ Deus explicatur homines peccatores; ibidem, num. 2.

Rosarij Mariani corona homines à *Deipara Domina* coronantur: quod illustri exemplo Iudithæ exponitur; ibidem, num. 3. & iterum num. 22.

Corona Sacratissimi Rosarij est corona coronarum, & devotionum omnium *Deiparæ Dominæ*. Tract. 9. disp. 2. sectione vnica, num. 4. pag. 313.

Solemniior festivitas *Deiparæ Dominæ* de Rosario initium sumpsit de Victoria Navali, sub titulo *sanctæ MARIE de la Victoria*; sub B. Pio V. ibidem num. 5.

Victoria illa Navalis describitur poetice ibidem, num. 26.

Rosarij Mariani recitatio capit ab Apostolis, fuit que primum officium Ecclesiasticum dictum *Psalterium*, & vnde; num. 6.

Rosarij Mariani excellentia principaliter dignoscitur ex eo, quod Deus Opt. Max. sit specialis Auditor illius; continetque principaliora mysteria Fidei; ibidem; num. 8. num. 12. & numero 16.

Excellentias Rosarij Mariani prælo mandarunt plurimi scriptores, quorum plures sunt Iesuitæ, qui devotionem hanc à S. P. N. Ignatio hauserunt; ibidem, num. 9. & num. 10.

Rosarium Marianum à Christo Domino recitatum, & importatum supra peccatus, ex fide dignis revelationibus; ibidem, num. 14.

Rosarium Marianum publice decantatur

in solemnibus processionibus quotidianis per vicus & plateas huius Regum vrbis Linæ, magno animarum lucro; ibidem, num. 15.

Recitatio debet esse simul mentali, sac vocalis; & pro vtili meditatione vtriusque orationis *Pater Noster*, & *Ave MARIA*, SS. Theresiæ, & Getrudis opera citantur. Tract. 9. disp. 2. lect. vnic. sublect. 3. num. 18. pag. 315.

Mysteria quindecim Sacratissimi Rosarij recensentur; ibidem, num. 19.

Rosas reliquit in coronam suæ magnæ Matris *MARIÆ*, & spinas delegit in suam coronam Christus Dominus Rex spinarum; ibidem, sublect. 3. num. 21. pag. 316.

Rosarum Corona florida Sacratissimi Rosarij Mariani poetice celebratur; ibidem, num. 22. & num. 23.

Elogia Rosarij Mariani ex varijs Sacræ Scripturæ locis de prompta proponuntur pro cõcionibus; ibidem, n. 25.

Corona Rosarij Mariani est corona victoriæ; immò victoriæ reportandæ ex hostibus ante prælium prælagiuntur. Tract. 9. Disp. 2. lect. vnica; sublect. 4. num. 27. & sequentibus. pag. 317.

Rosa Jerocuntina, siue Jerico, symbolum exprimit centum quinquaginta folijs; armaturque contra Turcas, simulque contra Anglicos Piratas, qui rosæ forma nobilitant suâ stemmata; ibidem, num. 28.

Coronaria certantium suorum cultorum *Deipara Domina* extat. Tract. 9. disp. 2. lect. vnica, sublect. 5. a num. 33. pag. 320.

Devotio *Deiparæ* Dominæ, eiusque Sacratissimi Rosarij, signum est prædestinationis; ibidem, num. 35. & sequentibus.

Deipara Domina est initium consolationis, & finis laboris; ibidem, num. 10.

E

Effectiois, & *effectus* imperfectio repugnat a seipati Dei. Tractat. 2. disput. 2. lect. 1. sublect. 2. num. 11. pag. 36.

Elias vxoratus dicitur à S. Petro Damiano. Tract. 2. disp. 1. lect. 2. sublect. 2. num. 14. pag. 23.

Elias, & *Enoc* non superabunt per sua me-

rita gratiam habituales SS. Apostolorum. Tract. 6. disp. 1. lect. 2. num. pag. 269.

Emmanuelis nomen interpretatur. Tract. 2. disp. 2. lect. 1. sublect. 1. n. 4. pag. 36.

Equites militares sub tessera Purissimæ Conceptionis Mariæ recensentur. Tract. 3. disp. 2. lect. 1. sublect. 2. n. 19. pag. 117.

Errores hæreticales circa essentiam peccati originalis extricantur. Tract. 3. disp. 3. lect. 2. sublect. 1. a numero 031. pag. 143.

P. Echemundi Campiani Martyris Jesuitici elogium, & dictu singulare. Tract. 2. Disp. 3. num. 1. pag. 59.

Sacratissima Eucharistia Sacramentum, vide lit. *D. verb. Deipara Domina*.

Existentia moralis explanatur. Tract. 2. disput. 2. lect. 4. num. 62. pag. 49.

F

S. Felicis Martyris elogium poeticum. Tract. 8. disp. 2. lect. 2. sublect. 3. num. 18. pag. 304.

S. Felicis elogium, in quo plusquam Martyr prædicatur. Tract. 8. disp. 2. lect. 2. sublect. 3. num. 15. pag. 304.

Femina sunt incapaces recipiendi ordines Ecclesiasticos; licet Priscillianistæ delirent. Tract. 5. disp. 2. lect. 5. num. 29. & num. 30. pag. 262.

Fideles primitivæ Ecclesiæ communionem quotidiana reficiebantur. Tractat. 5. disp. 2. lect. 2. num. 14. pag. 259.

Filius qua filius imporrat subsistentiam. Tract. 2. disp. 2. lect. 1. sublect. 1. num. 7. pag. 36.

Fomes peccati explicatur. Tract. 3. disp. 1. lect. 3. num. 45. pag. 110.

Funera Davidis fuit symbolum Sacratissimi Rosarij felicitè triumphantis. Tract. 9. disp. 2. lect. vnica; sublect. 4. num. 29. pag. 317.

G

Genealogia Regiæ, & Sacerdotalis *Deiparæ* Dominæ demonstratur. Tract. 1. disp. 1. lect. 1. sublect. 1. a num. 6. pag. 3.

Generatōis anomalæ, seu anomaleitatis, ratio

ratio explicatur. Tract. 2. disp. 3. lect. 9. num. 134. pag. 96.

Gloria prima de facto non cadit sub meritum nostrum condignum. Tract. 4. disp. 1. lect. 1. sublect. 7. a num. 79. pag. 176.

Gloria essentialis, & gloria accidentalis explanantur. Vide lit. *D. verb. Deipara Domina*; vbi plura de his.

S. Getrudis revelationes circa Salutationem Angelicam *Ave Maria*, & Marianum Rosarium. Tract. 9. disp. 2. lect. vnica, sublect. 2. num. 18. pag. 315.

Gordianus nodus memoratur. Tract. 3. disp. 3. lect. 1. sublect. 3. numero 19. pag. 139.

Gratia prima de facto cadit sub meritum nostrum congruum. Tract. 4. disp. 1. lect. 1. sublect. 7. num. 78. pag. 176.

Gratia habitualis dicitur substantia, & in quo sensu. Tract. 1. disp. 1. num. 43. pag. 13.

Gratia habitualis non expellit peccatum mortale sine novo favore Dei. Tract. 2. disp. 2. lect. 4. sublect. 2. num. 75. pag. 52.

Gratia habitualis debet dici intrinsece inherens, iuxta Tridentinum; ibidem, num. 78.

Gratia habitualis vt fundata in Maternitate Dei, secus tamen secundum se, reddit *Deiparæ* Dominam impeccabilem absolute, & simpliciter. Tract. 3. disp. 1. lect. 1. sublect. 2. numero 23. pag. 107.

Gratia habitualis qualis, & quanta in *Deipara Domina*. Vide lit. *D. verb. Deipara Domina*.

P. Gregorij de Valentia elogium Pontificium. Tract. disp. 3. lect. 9. num. 138. pag. 96.

H

Habitus per se infusi supernaturales modo connaturali promeriti à *Deipara Domina* in primo instanti suæ Conceptionis. Tract. 4. disp. 1. lect. 1. sublect. 1. a num. 8. pag. 160.

Habitus supernaturales sunt proprietates strictæ respectu gratiæ habitualis, & latæ respectu Maternitatis Dei; ibidem, sublect. 3. a num. 30. pag. 165.

Hebrais non fuit in vsu lex præscriptio: nisi iuris ad regnum. Tract. 1. disp. 1. lect. 2. sublect. 2. num. 27. pag. 8.

Hæreticorum errores circa Christum Deum hominem. Tract. 2. disp. 2. lect. 1. n. 2. pag. 36.

Hebræi viri turpes notantur a Cardinali Bellarmino; ibidem, num. 16.

Hominines non tenentur se convertere ad Deum statim, ac attingunt primum in stans discretionis, ex vi præcepti, quod non est. Tract. 2. disp. 3. lect. 6. num. 141. pag. 96.

Homo immortalis esset, si non peccasset. Tract. 3. disp. 3. lect. 3. sublect. vnica. num. 69. pag. 151.

Homo non semel operatur actum supernaturalis modo connaturali, sine habitu supernaturali intrinseco. Tract. 4. disp. 1. lect. 1. sublect. 1. num. 13. & sequentibus. pag. 160.

Hydra hæreticalis describitur, contraquâ S. Augustinus melior Hercules victor evasit. Tract. 3. disp. 3. lect. 1. sublect. 2. num. 11. pag. 138.

Hypothesis implicatoria in adiecto explanatur. Tract. 3. disp. 2. lect. 3. sublect. 1. num. 57. pag. 125.

I

Identitas *Deiparæ* Dominæ cum Christo Deo hominè a SS. Patribus prædicatur. Tract. 2. disp. 2. lect. 3. sublect. 2. num. 49. pag. 46.

Septè vovens Deo, quomodo se gesserit in adimplentione voti. Tract. 2. disp. 1. lect. 2. sublect. 2. num. 15. pag. 23.

Jeremias Pater fuit Ezechielis. Tract. 2. disp. 1. lect. 2. sublect. 2. num. 14. pag. 23.

IESVS Nomen Dulcissimum, Tract. 1. disp. 1. lect. 5. sublect. 2. num. 49. pag. 15.

Jesuitarum Nobilitas Divina ex Nomine *IESVS*; ibidem, num. 51.

Jesuitica Religionis, & P. Iacobi Laines Generalis sectandi elogium. Tract. 3. disp. 2. lect. 1. sublect. 2. numero 18. pag. 117.

S. P. N. IGNATIJ insignis charitas commendatur. Tract. 2. disp. 1. lect. 3. sublect. 2. num. 44. pag. 128.

S. P. N. IGNATIJ eximia devotio demonstratur.

monstratur erga Sacratissimum Rosarium Marianum, quam ab ipso omnes Jesuitæ hauerunt. Tract. 9. disp. 2. sect. vnica, num. 10. & numero 18. pag. 313.

Imaginibus sacris cultus exhibendus est, contra hæreticos. Tract. 9. numero 1. pag. 306.

Imago miraculosa Deiparæ Dominæ de Rosario Limana, aliæque similes recensentur, de quibus verificatur revelatio præsentia realis Deiparæ Dominæ in ipsis. Tract. 9. disp. 1. sect. 2. subsect. 3. num. 22. pag. 311.

Impeccabilitatis species diversæ explanantur: pluraque traduntur de impeccabilitate Deiparæ Dominæ. Tract. 3. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. à numero 8. pag. 105.

Incarnatio quid significet? Tract. 2. disp. 3. num. 1. pag. 59.

Incarnationis possibilitas in Virgine Matre ostenditur: ibidem, sect. 1. per totam, à num. 2. pag. 60.

Incarnationem ita per actam fuisse defacto defenditur: ibidem sect. per totam, pag. 61.

Incarnationis mysterium ita conveniens, & respectu quorum, defenditur: ibidem, sectione 3. per totam, pag. 69.

Incarnationis mysterium incognoscibile ab vilo intellectu creato solis viribus naturæ convincitur. Tract. 2. disp. 3. sect. 4. per totam, pag. 81.

Quid si adsint lumen gloriæ, & visio beatifica? ibidem, sect. 5. num. 70. pag. 84.

Quid si daretur revelatio naturalis? ibidem, num. 71.

Quid de evidentia negativa pure naturali respectu ipsius Incarnationis? ibidem, sect. 6. per totam, à num. 75. pag. 84.

Quid de evidentia naturali directa ex suppositione revelationis? ibidem, sect. 7. à num. 82. pag. 86.

Quid de necessitate morali antecedente absoluta Dei ad Incarnationem? Tract. 2. disp. 3. sect. 8. per totam, pag. 88.

Quid de illa determinate in Virgine Matre? ibidem, num. 104.

Infinitas simpliciter talis exponitur. Tract. 2. disp. 2. sect. 3. num. 43. pag. 45.

Infinitas categoricam, & infinitum

in categoricam explicantur. Tract. 6. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 8. pag. 264.

Inter res infinitas simpliciter datur vna maioralià. Tract. 2. disp. 2. sect. 2. num. 46. pag. 45.

S. Joachimi nomen interpretatur, eiusque elogium concinnatur. Tract. 1. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. num. 4. & num. 5. pag. 3.

S. Joachimus, & *S. Iosephus* habuerunt verum ius proximum in sceptum Iudæ, & regnum Iherosolymitanum. Ibidem, sect. 2. subsect. 1. a num. 17. pag. 6.

S. Iosephus consanguineus suæ sponse Deiparæ Dominæ: ibidem, sect. 1. subsect. 1. num. 9. pag. 3.

S. Iosephi elogium. Tract. 5. num. 1. & sequentibus, vbi de vero eius matrimonio, & voto Virginitatis. pag. 244.

S. Ioannes Baptistæ præcognovit suam prædestinationem ad gloriam. Tract. 6. disp. 3. sect. 2. subsect. 3. num. 17. pag. 276.

Indulgentiæ innumera concessæ Confraternitatibus Deiparæ Dominæ de Rosario, novissime auctæ à S. P. N. Innocentio XI. huiusque elogium. Tract. 9. disp. 2. sect. vnica. subsect. 3. num. 24. pag. 316.

L

Lapides Davidici habebant inscripta nomina *IESVS*, & *MARIA* in alijs mirabiliter inscripta oratio *AVE MARIA*: in alijs insculptæ Rosa, 9. disp. 2. sect. vnica. subsect. 4. num. 29. & num. 30. pag. 317.

Liber vitæ, in quo electi scribuntur. Tract. 3. disp. 3. sect. 4. subsect. 1. num. 77. pag. 153.

Libellus miraculorum S. Dominici laudatur. Tract. 3. n. 4. pag. 102.

Limana vrbs elogium ex singulari devotione decantandi publice Rosarium Marianum. Tract. 9. disp. 2. sect. vnica. subsect. 1. num. 15. pag. 314.

Lot genuit filios sine voluptate, iuxta P. Arrigam. Tract. 3. disp. 3. sect. 2. subsect. 5. num. 62. pag. 149.

S. Ludgardis Virginis singulare privilegium aureolæ Martini) lumbis aureolæ S. Ag.

S. Agnetis V. M. Tract. 3. disp. 2. sect. 5. subsect. vnica, num. 80. pag. 133.

Lumen gloriæ, vide lit. D. verb. *Deipara Dominæ*.

Luna sub pedibus Deiparæ Dominæ exprimit singulare privilegium ipsius. Tract. 6. disp. 1. sect. 2. subsect. 1. num. 28. pag. 268.

M

MARIA nomen divinum, idem que cum nomine Iesu: vide hæc, & alia plura, lit. D. verb. *Deipara Dominæ*.

Maria, Soror Moyse, vxorata fuit. Tract. 2. disp. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 14. pag. 23.

MARIE tres filia S. Annæ olim decantabantur confictæ ab aliquibus. Tract. 1. disp. 1. sect. 5. subsect. 2. num. 52. pag. 15.

Mare rubrum rosas germinavit. Tract. 9. disp. 2. sect. vnica. subsect. 4. num. 32. pag. 317.

Martyrij definitio, ethimologia, & species elucidantur. Tract. 3. disp. 2. sect. 5. à num. 75. vsque ad numerum 80. pag. 131.

P. Martini Gutierrez Martyris Iesuitici elogium, & revelatio ipsi facta à Deipara Dominæ. Tract. 6. disp. 1. sect. 2. subsect. 1. num. 27. pag. 268.

Maternitas Dei; vide plura lit. D. verb. *Deipara Dominæ*. Vt etiam de *Matrimonio*.

Meriti vt sic definitio recta. Tract. 4. disp. 2. sect. 1. subsect. 1. num. 4. pag. 201.

Meriti divisio traditur: ibidem, sect. 2. à num. 14. pag. 204.

Meritum superabundans debet dici etiam condignum respectu præmij: ibidem, sect. 3. à num. 16. pag. 204.

Meriti libertas expenditur: ibidem, sect. 4. subsect. 1. num. 23. pag. 205.

Meriti supernaturalitas explanatur; & definitio *Entis supernaturalis* vt sic traditur. Tract. 4. disp. 2. sect. 4. subsect. 2. à num. 24. pag. 206.

Meriti differentia, sive discrimen, à laudabilitate, impetratione, satisfactione & satis passionis: ibidem; sect. 5. à num. 41. pag. 208.

De Matrimonio plurima inveniunt. Tract.

5. disp. 1. per totam; vbi de vero Matrimonio Deiparæ Dominæ cū Divo Iosepho disceptatur.

N

Natura humana in triplici statu consideratur à Theologis. Tract. 3. disp. 3. sect. 3. subsect. vnica. num. 66. pag. 151.

Nazareni non nulli duxerunt vxores. Tract. 2. disp. 1. sect. 2. subsect. 2. num. 14. pag. 23.

Necessitas moralis absoluta, & antecedens ad optimum non datur in Deo. Tract. 2. disp. 3. sect. 8. subsect. 2. à num. 99. pag. 90.

Nobilitas non denigratur artibus fabricibus. Tract. 1. disp. 1. sect. 1. subsect. 2. num. 15. pag. 5.

Nomina *IESVS*, & *MARIA* dilucidantur. Tract. 1. disp. 1. sect. 4. & sect. 5. à num. 36. pag. 12.

O

Opera ad extra quo modo sint communia toti Trinitati. Tract. 2. disp. 3. sect. 2. subsect. 2. num. 35. & sect. 9. n. 129. pag. 67. & 96.

Opinio nova fiet verus, & verus fuit aliquando nova. Tract. 4. disp. 1. sect. 1. num. 3. pag. 159.

Opinionum varietas oritur ex ignorantia veritatis. Tract. 2. disp. 1. sect. 3. subsect. 1. num. 22. pag. 25.

Ordo, sive series decretorum Dei expenditur. Tract. 3. disp. 2. sect. 2. subsect. 2. num. 39. pag. 122.

P

Pactum à Deo initum cum Adamo constat ex sacra pagina. Tract. 3. disp. 3. sect. 1. subsect. 3. numero 23. pag. 139.

Palma symbolum martyrij. Tract. 8. disp. 2. sect. 2. subsect. 3. num. 14. pag. 304.

Parvuli decedentes cum solo peccato originali qua pena æterna afficiendi sunt; & in quo loco permansuri in æternum. Tract. 3. disp. 3. sect. 4. per varias sub-

- lectiones. pag. 152.
Peccatum originale definitur; eiusque pæ-
 næ æternæ, & temporales; aliaque plu-
 ra de ipso. Tract. 3. disp. 3. per totam,
 à num. 1. pag. 136.
Peccatum Angelorum habuit pro obiecto
 immediato eximiam excellentiã Dei-
 paræ Domine. Tract. 2. disp. 3. sect. 9.
 à num. 135. pag. 96.
S. Petri Principis Apostolorum varia e-
 logia: Tract. 9. disp. 1. sect. 1. num. 4.
 & Tract. 5. disp. 3. sect. 1. num. 12.
 Vindictamq; à culpa veniali in casu
 singulari. Tract. 3. disp. 1. numero 9.
 pag. 104.
S. Paulus accedit insignitus Doctoris lu-
 minosa aureola. Tract. 8. disp. 2. sect.
 subsect. 1. num. 5. pag. 302.
Potentia vili vâ materialis possibilis, &
 existens de facto, debent æquo pede
 currere in repugnantia elevationis ad
 videndum Deum; vel è contra. Tract.
 7. disp. 1. sect. 3. subsect. 1. num. 49.
 pag. 286.
Prædestinatio, eiusque ethimologia expē-
 duntur. Tract. 7. disp. 2. num. num.
 1. pag. 17.
Pulchritudo Deiparæ Domine quanta, &
 qualis. Tract. 1. disp. 1. sect. 3. pag.
 10.

Q

- Qualitas* infinita in categorématica in-
 tentione repugnat, iuxta plures. Trac.
 6. disp. 1. sect. 1. pag. 263.
Quæstio nulla habetur de Deipara Domi-
 na, vbi habetur quæstio de peccatis.
 Tract. 3. disp. 1. sect. 1. subsect. 1. nu.
 3. pag. 263.

R

- Rabatâ* Mater Osmani Turcarum Im-
 peratoris arborem mirabilem vidit in
 somnis. Tract. 9. disp. 2. sect. vnica;
 subsect. 4. num. 31. pag. 317.
Relationis prædicamentalis definitio.
 Tract. 2. disp. 2. sect. 3. num. 41. pag.
 45.
S. Rosa à S. MARIA Virgo Limana.
Rosa Rosarium; vide plura, cum in De-
 dicatoriâ huius Operis, tum Tract. 9.

- disp. 2. per totam; pag. 312.
Rosarium, seu *Rosetum*; vide plura ibidem;
 & in decursu huius operis: lit. D. verb.
Deipara Domina, & lit. L. verb. *Lapi-
 der*.
Rubus Moyfi Rosarium, seu Rosarium
 fuit iuxta Rabbinos. Tract. 9. disp. 2.
 sect. vnica. subsect. 4. num. 29. pag.
 317.

S

- Sanctitatis* definitio. Tract. 2. disp. 2.
 sect. 4. num. 61. pag. 49.
Sanctitas corporea in Deipara Domina
 defenditur à Magistro Saavedra. ibi-
 dem, num. 80.
Satisfactio, *sacramentum*, *Scientia*: vide de
 his plura lit. D. verb. *Deipara Domina*.
Supernaturalis Entis definitio traditur.
 Tract. 4. disp. 2. sect. 4. subsect. 2. à
 num. 26. pag. 221.
Subsistentia divina Verbi supplet defectû
 subsistentiæ humanæ Christi Domi-
 ni, & quomodo. Tract. 2. disp. 3. sect.
 1. subsect. 2. num. 21. pag. 60.

T

- Theologia*, in quo sensu dicatur scientia:
 Tract. 1. disp. 1. sect. 5. subsect. 1. nu.
 43. pag. 13.
Theatros quid significet. Tract. 2. disp.
 2. sect. 1. subsect. 1. num. 3. pag. 34.
S. Theresia meditationes quotidianæ vitæ
 lissimæ circa *Pater Noster*. Tract. 9. dis-
 put. 2. sect. vnica; subsect. 2. num. 18.
 pag. 315.
S. Thoma Angelici Doctoris elogium
 Tract. 3. num. 5. pag. 102.
S. Thoma Aquinatis testimonia: quo mo-
 do componenda sunt, & exponenda.
 Tract. 3. disput. 1. sect. 1. subsect. 2.
 num. 27. pag. 110.
Turcica classis devicta à Deipara Domi-
 na de *Rosario*, seu de *Victoria*. Tract. 9.
 disp. 2. sect. vnica. subsect. 4. à num.
 26. pag. 317.

V

- Vera* Deiparæ Domine, & vulnera
 Christi Domini, poetice dilucidantur
 ex

- ex meditatione S. Augustini. Tract.
 1. disp. 1. sect. 5. subsect. 1. num. 46.
 pag. 13.
Virginitas quid sit. Tract. 2. disp. 1. sect.
 1. num. 3. pag. 20.
Virginitas prima regula est Divina Tri-
 nitas: ibidem, num. 2. Vide plura lit.
 D. verb. *Deipara Domina*.
Viso beatifica. Vide lit. B. verb. *Beatitu-
 do*, & *Beatifica visio*.
Vlysses R. ex polluit arte fabrilis. Tract. 1.
 disp. 1. sect. 1. subsect. 2. num.
 15. pag. 5.
Voluntarium quid sit? Tract. 3. disput. 3.
 sect. 1. subsect. 3. num. 18. pag. 139.
Voluntatum nostrarum translatio in vo-
 luntatem Adami facta à Deo expla-
 natur: ibidem à num. 20.
Votum Virginitatis tolemniratem accepit
 ab Ecclesiâ Catholica. Tract. 2. disp.

1. sect. 2. subsect. 2. num. 17. pag. 23.
Votum moriendi pro tuenda veritate my-
 sterij Purissimæ Conceptionis Maria-
 næ commendatur. Tract. 3. disp. 2.
 sect. 5. subsectione vnica; num. 79. &
 80. pag. 133.

X

- S. Xaverij* eximia devotio erga Sacra-
 tissimum Rosarium Marianum.
 Tract. 9. disp. 2. sect. vnica, num. 106.
 Historiographi enim tradunt, medio
 Mariano Rosario, innumera miraculâ
 perpetrasse, adhuc per pueros assis-
 tentes, ad maiorem Dei, & Deiparæ
 Domine gloriam, quæ fuit eius faul-
 torum facinorum finis.

FINIS

